



## Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

## Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

## Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Ht 9585



UNIVERS













ACTA  
ERUDITORUM  
ANNO  
M DC XCVIII

publicata,

*Cum S. Cæsareæ & Regiæ Poloniæ Maje-  
statum privilegiis.*

---

L I P S I Æ.

Prostant apud JOH. GROSSII Hæredes  
& JOH. THOM. FRITSCHIUM.

---

Typis JOHANNIS GEORGII  
M DC XCVIII.



XIX  
ACTA  
ERUDITORUM

*Publicata Lipsiæ*

*Calendis Januarii, Anno M DC XCVIII.*

---

*PRÆNOTIONES MYSTAGOGICÆ EX JURE CANONICO,*  
*Auctore NICOLAO COMNENO PAPADOPOLI Cretensi, Abbate*  
*S. Zenobii, S. Theol. Philos. ac J. U. D. & in Academia Pa-*  
*tavina Canonum Sacrorum Interprete.*

Paravii, ex typographia Seminarij, 1697. in fol.

Constat Alphab. 5½.

**N**Atione Græcus est, sed inter Romanæ tamen Ecclesiæ addictos vitam agit Auctor hic clarissimus, qui totus in eo occupatur, ut demonstrat, Ecclesiam orthodoxam Græcam a Latina nec in moribus abire, nec in fidei capitibus uspiam recedere. Et Opere quidem immani, ceu ipse vocat, typisque jam parato, uberius se declarasse istud refert, cujus heic præludia velut exhibeat, nondum ad fidei dogmata perrecturus, sed ritus ac jura, quæ ad sacros spectent Ordines, inque Ecclesia Græca eodem, quo in Latina, modo obtineant, expositurus. Non negat, magnum Ecclesiæ Græcæ odium conflatum ab iis, quos passim sub Photianorum nomine fugillat; nec mores aliquos per Antistitem negligentiam hoc seculo corruptos fuisse inficiatur; & Maximum præ cæteris Margunium, Cythereum Episcopum, accusat, quod edito Nomo-Canone suo novissimo omnia corruerit, ut Latinos, quos erga se munificos minime expertus odio habuerit, Græciæ suæ, Photianæ nimirum, detestabiles redderet; id quod mox Georgius Coressius, Chius Medicus, magistro deterior, additis ad Synopsin Nili Rhodii absurdissimis notulis fuerit profecutus. Præcipua igitur Marguniani Nomo-Canonis capita palam insectari Noster studet, ac quamvis de moribus agere primarius in opere hoc scopus sit, non raro tamen ad quædam dogmata simul excurrit, & cum Margunio Coressium quoque, imo & Photianos in

A

uni-

universum omnes acriter impugnat. Neque tamen adhuc ipsos Ordines sacros aggreditur, sed in iis subsistit, quæ istis, & præcipue minoribus, præmittenda sint, totumque opus in sex, quæ vocat, Responſa, quorum singula Meletio Tipaldo Archi-Episcopo & Metropolita Philadelphiz, sicut universa Eminentissimo Cardinali Albano, & Protosebaste Constantino Contacuzeno, inscribuntur, dispescit.

In primo de præmittendis agendisque necessario ante ordinationes sacras disserit, & postquam ab Apostolis quatuor præmitti solita ordinationibus affirmasset, vaticinium puta, jejunium, preces, tandemque examen vitæ & morum ordinandi, tria tantum posteriora ab Ecclesia retenta innuit. A precibus auspiciam sumit, easque ut in Latina, sic in Græca quoque Ecclesia ante ordinationes semper usurpatas legi ostendit. Nec jejunia a Græcis tunc omiſſa probat usque ad A. C. 915; id quod testimonio Theodori Metochitæ confirmat, & hoc adversus Margunii exceptiones vindicat. Mox ad jejunium sabbati dilabitur, & causas, cur interdictum istud fuerit, indagat. Quinimo uti ex allegatis Margunii sententiis contrariis frequentissimam ad alia excurrendi occasionem arripit, ita non mirabitur Lector, si cognoverit, prolixam cum hæc inferere disputationem de precibus, jejunii, & sacrificiis pro mortuis, circa quæ Ecclesiam Græcam cum Latina conspirare ait, quicquid contra Photiani actitent. Negat tamen, omnibus ea defunctis prodesse, sed in illorum tantum commodum cedere existimat, qui sine lethali noxa, sive criminum leviorum rei, sive prænis expiatorum criminum levibus obligati, diem supremum obierint; unde, quod damnatos preces nullæ juvent, colligit, & eam ob rem jactatas a nonnullis Trajani, Falconillæ, & Ethnicici cujusdam anonymi ex inferno liberationes ridet, illam maxime de Trajano Magni Gregorii precibus ab inferis redempto fabulam refutans. Damascenum certe orationem illam, in qua reperiatür hæc narratio, composuisse negat. Ut tamen utilitas precum & oblationum pro defunctis eo adstruatur melius, tertium animarum, quæ nec beatæ sint nec damnatæ, statum defendit, ac Purgatorium omnino dari asserit, Græcorum suffragia ubique Photianis opponere allaborans. Nec digressionum adhuc dum satis est; prolixè enim indulgentias quoque propugnat, easque in Synchoreticis Græcorum concedi, horumque apheſima ejusdem rationis esse cum indulgentiis affirmat, & exempli in vicem Nicolai Mystici Synchorochartion indul-

dulgentiam manifeste concedens producit. Equidem Græcorum indulgentias privatim & sigillatim singulis dari largitur; inde tamen impugnari haud putat Ecclesiæ Latinæ morē, quo eadem & publice & omnibus dentur, istaque occasione in Jubilæis vindicandis multus est. Redit postea ad rem propositam, tertiumque illud, quod ante ordinationem observandum sit, examen puta candidati ordinis, describit, & sub hujus Responsi finem non nisi de examinante dispicit, quem Episcopum esse debere monet, ac ad Sacerdotes examinis jus haudquam pertinere observat.

Quæ autem in Examine ipso discutienda veniant, Responso *secundo* enumerat, eaque sub generali primum Irregularitatis nomine comprehendit, sed postea paulo distinctius eloquitur, a digamia exorsus, quam Latinis Græcisque consentientibus ab Ordinibus valide repellere docet; interpretativam quoque digamiam quandam contra Margunium stabilit, eamque ejusdem esse ponderis in arcendo ab Ordinibus candidato, ac priorem illam, contendit. Dehinc non nisi legitimo toro progenitis ad Ordines aspirare licere, & filios naturales penitus hinc jure Græco excludi ianuit, plurimumque laborat in detergenda a Latinis illa, quam existimat, Margunii calumniæ, quod inter eorum Pontifices multi Episcoporum ac Sacerdotum filii, adeoque spurii fuerint, monetque ante susceptum a patribus sacrum munus fuisse natos. Postea considerari cupit ætatē, circa quam definitū olim esse apud Græcos memorat, ut Hypodiaconi dignitas non nisi vigesimo anno peracto concederetur; Diaconi ministerium ei, qui minorem ætatem superasset; Sacerdotium trigessimum annum agenti; Infula vero iis tantum, qui trigessimum quintum ætatis annum absolvisent. Hæc & ante & post Trullaniam Synodum sancte custodita refert, donec per Photianismum negligi cœperint. Maximam vero in Ecclesiæ Græcæ consuetudines depravationem ex notis Margunii ad Nomo-Canonem irrepsisse queritur: ibi enim cum decernatur, nullam ætatis in ordinationibus habendam rationem, hinc Græciam imberbes Hypodiaconos & semiberbes Diaconos, imo aliquando & Presbyteros pati didicisse profitetur. Porro ad statum ordinandorum in examine respiciendum, servosque sacris initiandos haud venire monet, ac Corefium refutat, qui contrarium asserturus, per Ordinem liberari dixerit servum, sicuti per Baptismum idem contingat. Negat insuper, Ord-

nibus sacris iniciandos esse illos, quibus aut nullum ecclesiasticum beneficium sit, aut nullum patrimonium, quandoquidem cum Latina Ecclesia Græca quoque prudenter cavere soleat, ne sacra ministeria damni quid ex Clericorum egestate attrahant. Corpore vitiatos a sacris repelli, unum omnium contra Græciam universam inficiasivisse Margunium commonstrat, & vitia hæc in examine exploranda recenset, obiter ad historiam foeminæ aliquando in Papale solum evectæ excurrens, eamque Græcis, ac ipsismet Photianis ignotam, quin & ab his rejectam esse pronunciat. Prout amentes atque energumenos ab Ordinibus sacris arceri debere, manifestum putat: ita Græcos cum Latinis illiteratos merito haud mitius tractare, contra Margunium his patrocinantem evincere conatur; quin & rei Christianæ perperam gnaros eodem interdicto teneri ait, unde Græci neophytos quoque ab Ordinibus repellendos autument. Certa denique servanda esse Ordinum interstitia probat, causasque allegat, cur minora hæc apud Latinos, quam apud Græcos statuuntur. Cum nimirum Latina sacra facilius liceat addiscere, Græca magis difficulter, hinc apud illos minus etiam ad notitiam sacrorum spatium temporis sufficere, Græcis contra infinitam prope rerum congeriem, modumque sacrarum precum sæmoreriter plerumque peragendarum, plus temporis impendendum indicere arbitratur.

Responsum *tertium* ea, in quæ tanquam culpæ rationem habentia Examinator ante ordinationem, Græcis constitutionibus ita jubentibus, inquirere teneatur, denominat. Antequam tamen istud agere incipiat, mores prius Græcorum aliquot defendit, & inter alios hunc quoque, quod nonnunquam frumentum leviter excoquant, ut pene vix intumescat, & istud lancibus acervatim impositum frugibus variis respargant, pisibus puta itidem coctis, tufis avellanis, cortice nudatis amygdalis, malogranatorum rubentibus gemmis, uvarum passis globulis, aliisque ejusmodi bellariis, quod edulium Colyba nuncupent, & ea vel divorum honori, cum annalia eorum festa remeent, vel defunctorum memoriæ, cum instante magnæ quadragesimæ jejuni pro piis parentum Manibus inferias agant precesque solennes concipiant, aut pro fanis egenorum turbæ distributa, aut sepulcris imposita, in Sacerdotum usus postmodum cessura offerant. Merito quoque Græcos abhorreret docet a liquoribus per immunda ani-

animantia contaminatis; unde tales haud præter rem expiare sueverint. Morem abstinendi a suffucato & sanguine in Ecclesia Græca diu admodum obtinuisse, non equidem inficiatur, aut neminem tamen, qui contra morem istum fortean egerit, ideo ab Ordinibus re upulsum fuisse ostendit. Propius vero ad ea accedens, quæ a culpa neutiquam aliena sint, de eunuchis dispicit, ac eos, quibus non sponte cæsa virilitas, ab irregularitatis vitio excipit, indeque frustra Græcis Patriarchas quosdam eunuchos objici colligit; eorum enim tres, quos solos pro talibus agnoscit, Ignatium, Photium & Theophylactum sine culpa propria fuisse eviratos respondet. Talem contra, cui volenti exsecta virilitas, utique inter irregulares habendum concedit, Coreffiumque, dum Methodium Patriarcham eunuchis annumeret famam illius iniquissime lædere docet. Apellas sive circumcisos, qui inviti probrum hoc passi fuerint, ab Ordinibus haud arcet, licet valde in eos invehatur Margunius. Id vero non alia de causa ab eo fieri monet, quam ut ostenderet, nihil habendum esse Christianis cum Judæis commune: unde statim exin occasionem apprehendat, Græcos in Eucharistia panes azymos adhibentes cavillandi; quos tamen defendit Noster, ac ab ipso Christo Pascha in azymo celebratum fuisse probat, variasque Photianorum, & Severi imprimis, adversus Græcorum azyma objectiones diluit. Ut nullo veniali, ita nec omni mortali peccato, sed sola seu juris seu facti infamia Græcos quempiam ab Ordinibus rejicere, ob crimen autem capitale omne probatum legitime excludi eodem notatos contendit, ac sigillatim de Simoniaco & foeneratore agit, quem recipi posse negat, utut foeneris patronum agere Margunius haud erubescat. Sodomitas iisdem æquiparat, & incestuosos jure Græco ab Ordinibus removeri, contra alios id inficiantes adstruit. Concubinariorum poenitentes admitti posse statuit, aut poenitentiam vicissim publicam inter Ordinum impedimenta collocat.

Responsi *quarti* auspicia in recensendis iis occupantur, quæ tolerari possunt in Ordinum candidatis, quale barbæ & comæ detonsio; ubi tonsuram Clericorum receptam esse Græcis moribus, demonstrat, ac Latinorum tonsuram tuetur. Gulæ quoque peccatum huc refert, & ob id quemquam ab Ordinibus jure Græco arceri, contra Coreffium negat, & simul Catumfyrutum ex Nilo & Nectario contrarium docere satagentem redarguit. Non eo usque autem lenitatem Græcæ Ec-

clēsiā extendere se admittit, ut & homicidas in Ordines assumant, quod nec Latini facere deprehendantur, etsi Margunius iisdem id objiciat, & Papam remittere solere talia facinora asseveret. Cumque huc delatus in potestatem gladii, quam Papa sibi arroget, idem invehatur, adversarium denuo Nostrum experitur, quippe qui Ecclesiā utramque potestatem, & spiritualem & temporalem, tribuendam esse, modis omnibus probatum dare nititur. Suppeditata homicidii definitione, ac institutis mediante hac pro more suo variis digressionibus, v. g. de Tympanitis, de miraculis, quæ jactent Photiani, deque aliis, pergit ad istius distinctionem, ac prout voluntarium aliud, aliud involuntarium & casuale, rursusque necessarium aliud constituit, ita voluntarium ab Ordine excludere pro certo habet, usque adeo, ut & eum, qui consilium auxiliumque homicidæ tulerit, excludi haud dubitet, nec minus eum, qui abortum foetus animati promoveat, eodem loco habendum existimet. Eum contra, qui agat, ut foetus inanimatus ejiciatur, ab irregularitate absolvit, & dum ad quæstionem Philosophorum, quandomam foetus animetur in utero, excurrit, opinionem quorundam Græcorum circa plures in uno homine animas late refellit. Militem recipi ad Ordines posse ex more in Græcia recepto statuit, & a Margunio absolute hoc negante totus abit. Circa homicidium casuale docet, eum qui det operam rei illicitæ, si casu occidat, irregularem evadere, non item operantem rei licitæ. Judicem mortis sententiam ferentem ex jure Græco & Latino irregularem pronunciat; tametsi largiatur, non esse irregularem Clericum, si reum foro seculari puniendum juxta Canones tradat, aut si ipse laicam jurisdictionem habens judici laico iudicium sanguinis deleget. Testem etiam in causa sanguinis, & accusatorem, si accusationem mors rei consequatur, quin advocatos etiam in causa sanguinis ad Ordines admitti non vult; quamvis hanc non minus ac antecedentes regulas limitibus quibusdam adhuc circumscribat. Quoad homicidium necessarium definit, si fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, excusare istud ab irregularitate; minus contra ab hac excusari eum, qui occiderit, cum posset fugere; nec eum, qui ad tutelam patris vel propinquorum, ipse interim in nullo periculo constitutus, alterum interfecerit; nec eum, qui ob solam bonorum tutelam ad homicidium progressus fuerit. Patrem, qui filiam, & maritum, qui uxorem in ad-



dulterio deprehensas enecarit, ad Ordines admittendos Margunius censuerat; sed neutri horum accessum ad istos patere, Noster contra statuit, inque hac controversia res ante ordinationem sub examen vocandas considerare desinit.

In Responso *quinto* de Probationibus agit, præmissaq; illius asserti defensione, quod Judex non ex scientia privata, sed secundum allegata & probata, licet hæc illi contrarietur, judicare debeat, Episcopum quoque regulariter stare debere probatis innuit, cum conferat Ordines, aut ab iisdem rejiciat. Posse tamen contingere addit, ut aliquando Episcopus ex privata scientia aliquem rejiciat, modo ea repulsa famæ rejecti damnum aliquod haud afferat; imò si Ecclesiæ immineat ex ordinatione cujusdam hypocritæ periculum, non esse attendendum, utrum rejecti fama minuatur, an secus. Incidenter istam quæstionem ventilat: an in pœnam quoque dari possint Ordines? & circa ejus decisionem negatiivæ sententiæ calculum suum addit. Præcipuum igitur examinis momentum cû in probatione situm sit, hinc varias ejus definitiones sub incudem revocat, palmariamque putat eam, qua Baldus probationem dixerit fidem veri legitimis modis atque temporibus factam cognitori causæ. Eam rejici ait a Margunio & Coressio, solum ideo, quod Latino- rum menti videatur consona, & inde in Vatinianum istud, quo uterq; horum flagret in Latinos, odium invehitur. Coressium ait Latinos legitimum habere Baptismum negasse, & denuo baptizandos docuisse, veluti qui per trinam immersionem haud baptizent, & receptis duobus Spiritus Sancti principiis, non in triade, sed in tetrade baptizent. Verum e contra Latino- rum baptismum æque ac eorum de Spiritu Sancto doctrinam late Auctor vindicat. Probationes, quales nonnulli vocitent canonicas, per ignem aut aquam olim factas, in examine ordinandorum adhiberi posse, Coressius putaverat; sed contradicentem & hoc in loco habet Nostrium, qui istiusmodi probationibus & falsum sæpe statuminari, & Deum impie tentari regerit. Omnium de cætero probationum, quas attendere heic deceat, modum optimum constituit evidentiam; post quam pro firmissima haberi posse adversus Margunium & Coressium docet rei confessionem, & hanc jurejurando insuper firmatam evidentiam æquiparari statuit. Atque hic amplam satis per excursus de Eucharistiæ forma, & adversus Cabasilianos disputationem insertam videas, nobis quidem nimis prolixitatis visandæ causa transfiliendam.

*Sex-*

*Sextum*, idque ultimum Responſum cœptam in antecedenti tractationis telam pertexit, ubi probationibus ſuperius allegatis præſumptionem Auctor addit, non temerariam quidem aut qualemcunq; ſed quã juris & de jure vocant, eaq; Epifcopo in examine candidati Ordinum utendum maxime venire innuit. Equidem Margunium cum Photianis eam rejicere ait, ideo quam maxime, quod & Romani Pontificis ſummam poteſtatem ex præſumptione probari perhibeant. Aſt enim vero non ex hac ſola, ſed argumentis quoq; pluribus aliis, iisque non minus validis, eandem probari poſſe, & a Latinis actu probari, reſpondet, & ex inſtituto auctoritates, quas facere huc opinatur, per ſectionem integram recenſet. Famam inter probationes idoneum aliquam efficientes, locum vix obtinere ait, niſi tunc, quando aliis ſtipetur adminiculis; verum ad repulſam a ſacris Ordinibus eandem jam tum ſufficere, nihil ſocius affirmat, ac de cætero in Margunium famã aula Romanæ multis modis lædere annitentẽ prolixius invehitur, crimenaq; præ cæteris Simoniz ab ea remove nititur, & accuſationem hanc in Photianos retorquet. Falſum quoq; vocat, quod Margunius dixerat, ex avaritia Romanorum Pontificum matrimonia sæpe ſolvi, & ad exemplum Henrici VIII, Angliæ Regis, provocat, cujus cum Catharina conjugium diſſolvere Pontifex noluerit, pluraque de inſolubilitate matrimonii diſſerit. Minor excuſionum numerus apparet in allato ab Auctore novo probationis genere, quod jure Græco a teſtibus proficiſci notat, & hic quidem unum haud ſufficere, ſed duos ad minimum requiri, nec teſtimonium pro ordinandis dicere poſſe infamia facti laborantes, foeminas, excommunicatos; agnatos etiam cognatosve, familiares, amicos, parentes aſſertione ſua prodeſſe iis non poſſe, etſi non inutiliter ex iis Epifcopi de ordinandorum indole cognoscant, obſervat. Teſtimonium Confellarii ad initium Ordinis requirere quidem Margunium & alios, e propriis illorum verbis probat, aſt pro corruptela Photiana & hoc agnoſcit, Sacerdotemque, qui ſit a confeſſionibus, neque pro ſpiritali ſuo filio, neque contra eum dicere teſtimonium valere arbitratur, inter alia hoc urgens, quod Sacerdos talis sæpe ex ipſius ordinandi de ſe teſtimonio in ejus laudem quædam proferat, nemo autem ſeipſum commendare valeat. Equidem Margunium provocare ait ad quandam apparitionem

tionem monachi in monte Atho, qui nunciaverit post mortem rediens, se non potuisse ingredi sinum sanctorum Patrum, qui expectent sine dolore in loco refrigerii beatitatem extra Paradisum & conspectum Dei, eam solum ab causam, quod sacris initiatus citra confessarii testimonium fuerit. Sed fabulosum hoc commentum facit Noster, cumque ex eodem novum quoque confectarium elicuerit Margunius, Sanctos demortuos nimirum haud videre Deum, & huic proin dogmati Latinos immerito refragari dixerit; hinc non Latinos solum, sed universam quoque Græciam a Margunio dissidere, & hanc constantem Latinorum Græcorumque, & plurimorum ex ipsismet Phœtians fidem esse regerit, quod piorum animæ ab omni corporis contagione solutæ Beatorum adscribantur ordinibus, choris Angelorum intersint, conspectu adorandæ Divinitatis fruantur, totiusque beatitudinis, cujus capax sit animus a corpore separatus, compotes reddantur.

Hæc summa est præsentis nec ineruditi operis, quod longe majus excipiet. Equidem de ipsis thesibus hucusque enarratis, instituti nostri memores, judicium nobis nullum sumimus, istud tamen asseverantes, nihil aut probari aut refutari ab Auctore, quod lectissimis ex historia ecclesiastica, & Græciæ imprimis suæ, lemmatibus haud illustrarit.

Gedächtnißhülffliche Bilder-Lust der merckwürdigsten Welt-Geschichten aller zeiten ꝛc.

Hoc est;

*SCULPTURA HISTORIARUM ET TEMPORUM MEMORATRIX.*

Norimbergæ, apud Joannem Danielem Tauberum, 1697, in fol.

Constat Alphab. 5. plag. 3. & plagulis figurarum

ænearum 24.

Post tot Scriptores alios, qui memoriam studiosorum historiæ diversis juvare subsidiis allaborarunt, novam excogitavit methodum præsentis libri Auctor, *GREGORIUS ANDREAS SCHMIDIUS*, Juris utriusque Doctor, & Illustri Reipublicæ Norimbergensi a consiliis, qui superiori anno, cum breve iter suscepisset, ab equis ferocien-  
tibus rheda excussus, immaturo fato obiit. Quo minus tamen inventum hoc illius utilissimum intercideret, solliciti de publico bono Christophorus Weigelius, sculptor Ratisbonensis, & Norimbergen-

B

sis

sis editor modo nominatus Tauberus curarunt, opusque hoc nitidissima facie indutum post inventoris mortem in lucem emiserunt. Eo autem hic imprimis respexerat, ut historiarum universalis momenta præcipua, juxta seriem a mundo condito ad nostra usque tempora, figuris æneis expressa ita oculis exponeret, ut tanto facilius constantiusque memoriarum insigi possent. Habent itaque hic singuli annorum millenarii, & quatuor insuper postremorum millenariorum singula secula singulas Tabulas, in duodecim areolas quaterna serie dispositas. Harum supremæ sinistimæ, millenarii; dextimæ, seculi illius millenarii numerus inscriptus est: reliquas areolas ordine, a serie summa ad imam & a sinistra serierum ad dextram observato, occupant historiarum, quæ singula secula, aut annorum decades, Autoris iudicio, maxime insigniverunt; subscripta unicuique Latina epigraphæ, historiarum depictæ indice. Præter has Tabulas, quatuor ultimis millenariis singulis præmissæ sunt peculiæ, quarum areolæ uno velut obtutu historiarum summaria exhibent, quæ per singula chiliadis cuiusque secula, annorumque in his decades, contigere; sequentium postea Tabularum picturis conspicuæ. Utque tanto distinctiorem faceret temporum, ad quæ quarumque areolarum historiarum pertinent, cognitionem, harum perimetros angulorum suorum numero, seculi, ad quod referendæ sunt, numerum referre voluit; circulari peripheria primi cuiusque seculi areolis attributa. Sed & annum decadis, pro historiis, quarum momenta eousque prodita sunt, peculiæ characteres inhuunt: primum quidem Solis aut sceptri; secundum aviculæ; tertium tripodis, pyramidis aut insecti volucris; quartum canis, lapidis octangularis, aut tessellæ lusoriæ; quintum animalis caudæ prolixioris; sextum stellæ aut leporis; septimum testudinis; octavum serpentium, vermiumve; nonum florum; decimum globi, bullæ, pomorum aut fructuum similis figuræ imagines, areolarum tincturis appositæ. Exempli causa, Eglonis Moabitarum Regis ab Ehude patrata cædes invenitur in tabula millenarii tertii titulum referente. Figura ejus est sexangularis, & locum medium in serie secunda occupat, ac circa illam Soles quatuor comparent. Quæ indicio sunt, contigisse facinus millenarii tertii seculo sexto, hujusque anno primo, hoc est A. M. 2551. Sic areola quinquangularis transitum Xerxis in Europam, millenario quarto currente, sistens, in infima serie locum sinistimum tenens,

tenens, pomisque exornata, eidem Annum M. 3480 vindicat. \*Ne tamen solo picturarum adfectu oculos pascere voluisse Auctor censeri possit, non solum historiarum iconismis representatarum, sed & synchronarum aliarum uberiolem enarrationem, quin universum historię a condito mundo ad nostram usque ætatem contextæ recensum, operis hujus partem non postremam esse voluit. Discursus vero tres, Chronologiæ ordinationem, regnorum præcipuorum ac quatuor imprimis monarchiarum origines, idololatriæ item ortum, fabularumque Poeticarum sensum complexos, qui exordium sunt libri, B. Auctor delineare tantummodo occœpit, perficiendorum provinciam, morte inopinata præventus, alteri reliquit.

*JO. CLERICI ARS CRITICA.*

Amstelodami, apud Georgium Gallet, 1697. in 8.

Volumina duo. Constant 4. alph.

**C**Riticum formaturus Auctor clarissimus, non pædagogico tumen-  
tem fastu, nec farragine quadam jejunæ eruditionis onustum, sed  
non minus judicio utentem quam memoria, probeque gnarum, quam  
multa in veterum monumentis lateant nobis incognita: paulo latius  
extendit fines artis criticæ ac vulgo solent constitui, nec judicandi mo-  
do de Poetis facultatem, ut Eustathius in Homerum fecit, sed quæ-  
cunque ad intelligendos emendandosque Auctores, & ad judicium de  
illorum ætate, dictione, scriptisque ferendum faciunt, hujus artis am-  
bitu complectitur. Quare tres illi partes subjicit: primam, quæ mon-  
strat viam & rationem discedarum linguarum, præsertim Latinæ,  
Græcæ & Hebraicæ; alteram, quæ tradit regulas interpretandi voces  
& locutiones; tertiam, quæ instruit judicium, quod de libris veterum  
locisque, tam genuinis, quam spuris, ferri oportet. Usus vero Critices  
conspici monet in cognoscenda historia & omni politiori literatura:  
propriam autem ejus munus versari cum in vi & potestate verborum  
expendenda, sententiaque Scriptorum indaganda; tum in depravatis  
locis restituendis, & supposititiis scriptis, alienave fraude interpolatis,  
agnoscendis & dijudicandis.

His in Præfatione expeditis, aggreditur primam Partem; & in eo,  
qui ad veterum lectionem cum fructu est accessurus, requirit post per-  
cepta Grammaticæ elementa, aliquam Geographiæ veteris, (cujus i-

gnorationem in Erasmo notat) Chronologia, veterumque rituum atque opinionum cognitionem. Latini vero sermonis tria notat tempora, *ἀρχήν, ἀκμήν & παρακμήν*. In legendis Scriptoribus incipiendum esse ab iis præcipit, qui & in *ἀκμή* vixere linguæ, & cum argumento tum dictione sunt faciles: veluti Phædrus, Terentius, Plautus. Inde pergendum ad Historicos, primum faciliores, Nepotem, Cæsarem, Justinum; deinde comitiores, Livium, Salustium, Curtium, quorum hunc tumidiorem, illum brevitate stili duriolem esse censet. Hisce jungendas Ciceronis epistolas ad familiares, nec non quasdam ejusdem orationes reliquis faciliores, veluti pro Archia, pro Lege Manilia, Catilinas &c. Hisce perceptis, Poetas demum legendos esse monet; ac delibata prius ex Apollodoro vel Hygino historiæ mythicæ cognitione, primum Ovidii Metamorphoseon & Fastorum libros, Epistolasque Heroidum, deinde Virgilium, Horatium, Gratum, Statium, Lucanum, cæterosque pervolutandos. Porro in studio Græcæ linguæ, sine qua Latina recte intelligi non possit, memoriæ mandatis nominum declinationibus verborumque inflexionibus, statim accedendum suadet ad Scriptores ipsos legendos, non quidem Poetas, multoque minus Homerum, quod doctis quibusdam superiori seculo visum, sed orationis solutæ. Initium adeo faciendum esse a Polyæni strategematis, Æliani varia historia, Luciani quibusdam dialogis, Aristophanis comœdiis minus obscœnis, veluti Pluto, Nubibus, Ranis, tabula Cebetis, Theophrasti characteribus: hinc pergendum ad Xenophontis libros historicos, quædam scripta Philosophorum argumenti facilioris, & Herodotum; de quibus sic judicat, multum profecisse in Græcis, cui Xenophon & Herodotus valde placuerint. Thucydidem quoque, licet obscuriorem, lectu esse dignissimum. His lectis, non difficiles intellectu fore Oratores Atticos; nec Platonis præmittendam esse lectionem. Rerum vero & antiquitatum Græcarum cognitionem ex Ubbonis Emmii Græcia, scriptisque Jo. Meursii, ad illos scriptores afferendam. In Poetis legendis primas deberi Homero & Hesiodo, & facillimis, nisi dialectorum alicubi obster varietas, & antiquissimis, ut, quid sequentes ex iis hauserint, his lectis perspicatur. Hinc reliquos Epicos adeundos, inprimis Apollonium Rhodium; porro Bucolicos, Moschum, Bionem, Theocritum; demum Tragicos, Euripidem, Sophoclem, Æschylum; omniumque postremum

mum Pindarum. De quibus recte qui judicare velit, eum non expectem esse debere artis poeticæ, quæ a Vossio in institutionibus, & Renato Bossu in tractatu de carmine epico, rectissime sit tradita. Ad Hebrææ linguæ discendæ rationem accedens, ejus primo necessitatem & usum ostendit, præsertim in Novi Testamenti libris explicandis; deinde quoniam natu grandiores ad hanc linguam discendam se conferunt, in primis ejus elementis quomodo versandum sit, docet; punctorum recentius inventum, nec linguæ coævum, cum Capello statuit; multa vero ad legendum comparata præcepta secure negligi posse monet, quum intelligendi causa, non loquendi aut scribendi, hujus linguæ cognitio expetatur, nec a Rabbiniis ipsis veram linguæ prononciationem teneri constet. Syntaxin e Buxtorfii Thesauro, vel Glasii Philologia sacra; antiquitates & res Judæorum e Seldeni, Spencersi, Bocharti, Drusii, Capelli, Buxtorfii, aliorumque scriptis perdiscendas monet. Comparandum esse textum Hebræum cum præcis versionibus, quum recentiores præjudiciis theologicis corruptas esse pateat. Multa vero esse in Hebraico sermone, librisque adeo Veteris Testamenti, quæ hodie profus intelligi nequeant, pluribus ostendit. De Rabbiniis studiis nihil hic sibi tradendum statuit, nec de iisdem magnifice sentit. Nam quum vel in Scriptura interpretanda, vel in Talmudica doctrina explicanda, eorum occupentur libri; in illa multo inferiores eos esse Christianis commentatoribus, & in hac parum ab iis afferri ad Veteris Testamenti illustrationem, existimat. Denique consilia varia iis suggerit, qui linguis perceptis rerum causa Scriptores legunt; & in Poetis ab antiquissimis, in Historicis ab iis, qui antiquissima perscripserunt, initium faciendum, atque sic ordine temporis servato progrediendum esse suadet: nec interrumpendum esse unius rei studium, aut inquisitionem prius relinquendam, quam parta notitiâ quam quærimus. Quotidie ergo legendum, nec ullum diem sine linea prætermittendum; nimium multis diversisque studiis quæ eodem tempore dent operam, illos confusam quandam doctrinam assequi, idque Seldeni exemplo (quod an hic locum habeat, ipsi Auctori tuendum relinquimus) patere putat. Uni ergo disciplinæ incumbendum, reliquas delibandas, memoriæ subveniendum excerptis, quorum optimam methodum a se in Bibliotheca Univers. tom. 2. traditam affirmat. Denique notat Salmasii rationem studiorum, qui omnia

veterum monumenta secundum ætates distributa, ab antiquissimis initio facta, evolverit; verum nec cuivis hanc imitandam esse, nec ipsi forte Salmasio satis successisse, existimat.

Parti secundæ, quæ in vi & potestate vocum ac phrasium indaganda versatur, præmittit notionum & vocum in septem classes distincta genera: ita ut notiones sint (1) vel simplices vel compositæ, (2) aliæ substantiarum, aliæ modorum, (3) aliæ relationum, (4) concretæ vel abstractæ, (5) universales vel particulares vel singulares, (6) claræ vel obscuræ, (7) adæquatæ vel inadæquatæ. De quibus singulis priusquam agit, generales interpretationis regulas tradit, quarum potiores hæ sunt: (1) Linguas sibi invicem exacte non respondere, nec vim & gratiam orationis in versionibus servari posse; quod Gallica interpretatione Platonis & Terentii fuse demonstrat. (2) Voces diversarum linguarum, quæ putantur esse synonymæ, sæpe non profus idem significare: quod exemplo nominum *Elohim, Deus, Deus*, ostendit, quibus Hebræi, Græci & Romani non modo summum illud Numen, sed naturas humana præstantiores indicaverint; at vulgaribus linguis inter Christianos non alium dici *Deum*, quam æternam, a qua omnia sint condita, Naturam. (3) Fieri quoque observat, ut versiones præferant emphasim, quæ in fontibus nulla sit; veluti *morre* vel *moriendo mori*, quod apud Hebræos sine emphasi eadem dicitur figura, qua apud Atticos *concionari concionem, consulere consilium*, & similia. (4) Porro in omnibus linguis multa occurrere ambigua, quibus diversa notione utantur Scriptores, seu linguæ coacti inopia, seu incitia proprii sermonis. Ambiguorum sensum in translatis venandum esse ex ratione similitudinis, quam in transferendo secutus est Scriptor, veluti in voce *foederis & testamenti*: nonnunquam ex vocibus adjectis innotescere ambiguae vocis sermonem; sic vocem *spiritus* diversis in locis varias induere significationes, quarum sedecim Auctor enumerat. (5) Quin & ejusdem vocis significationes nunc ampliores esse, nunc restrictiores; id quod vocabulis *justitia & caritatis* declarat. (6) Nec propriam vocum significationem cum translata esse confundendam: veluti quum in loco Paulino Gal. IV. 8. τὰς μὴ Φύσει Θεὸς Grotius interpretatur, *qui re ipsa non sunt Dii*; at ex propria vocum vi, *natura* non esse *revera* vel *re ipsa*, sed opponi ei quod est ex hominum instituto vel opinione. Similia in vocibus, *mortales, sanctus*, observat. (7) Plurimis vocibus



cibus obscuras admodum notiones esse subjectas, quarum videlicet clara & distincta notio ne ipsis quidem illarum auctoribus fuerit obversata: veluti nomina quædam divinitatum a Gentibus cultarum, aut vocabula philosophiæ Aristotelicæ, præsertim in physicis, nec non vocabulum *gratia* ab Augustino & Jansenistis crebro usurpatum. (8) Nonnullas etiam voces nil nisi inanes sonos esse, quibus homines putent se aliquid dicere, quum revera nihil dicant: veluti quum *fortunam* aut *casum* nominent. (9) Esse præterea in omnibus linguis locutiones, quas vocant, anonias; non tam quod a regulis grammaticis abeant, quam quod, si verbis insistas, vel obscurum vel non satis idoneum sensum pariant: ut cum Livius *vates avibus extisque consultos* dicit, quum hi potius Deos per exta & aves consularent; & quum Græci dicunt *νικᾶν πόλεμον, δίκην Φεύγειν*, & hujusmodi alia. (10) Hujusmodi autem *ἀκυρολογίας* nec tropis nec figurato sermoni accensendas, multo minus in exemplum trahendas esse monet, quod in simili genere sequamur: neque enim arte & virtute quadam, ut tropi & schemata adhibentur, sed scriptorum negligentia ejusmodi *ἀκυρα* in oratione nasci. (11) In multis autem verborum constructionem ita esse comparatam observat, ut varie exponi possint: quod sæpius contingat in conjunctione duorum substantivorum, quorum alterum est in genitivo, ubi diversæ relationes, quas enumerat, locum inveniunt. (12) In primis ad intelligendum scriptorem afferendam esse notitiam opinionum & consuetudinum, quæ illo ævo inter populares scriptoris vigerunt; ut quum voce *τρέχειν currere* apud Apostolum Rom. IX, 16. aliosque scriptores, ad Græcorum ludos respicitur. Solere autem scriptores opiniones eorum, de quibus loquuntur, & res gestas exprimere plerumque verbis & phrasibus suo ævo usitatis, & apud gentem, cujus lingua utuntur, receptis, non habita ratione sermonis eorum, de quibus scribunt: ut quum Philistæorum rex 1. Sam. XXIX, 6. fertur jurasse per *Jehovah*, Hebræo more; aut quum Tacitus Lib. V. Hist. cap. 13. narrat, Hierosolyimis auditam vocem humana majorem, *excedere Deos*, etsi apud Judæos *πολυθεότης* fuerit ignorata. (13) Inter sectas porro diversas non raro evenire, ut, qui verbis conveniant, sententia discrepent, aut ut eadem secta retentis vocabulis a majorum doctrina discesserit. Sic de Trinitate Platonicos eadem videri dicere, quæ Christiani, at non eadem sentire. (14) In primis oratorium figuratumque

si-

stilum obſtare, & ornatum orationis prohibere, quo minus veritas li-  
quido poſſit agnoſci, multaſque figuris exornata perſuaderi poſſe, quæ  
proprio ſermone expoſita nunquam probarentur. Hinc ſubjicit Hi-  
ſtoriam Rhetoricæ, hoc eſt, ſtudiorum Rhetoricorum originem, pro-  
greſſum, genera, incrementum, & abuſum: qualem eſſe putat, quod  
his ſtudiis imbuti ſcriptores eccleſiaſtici nimium figurato ſtilo indulſe-  
rint, & Declamatores ferme ubique egerint, idcirco Hieronymi alio-  
rumque Patrum notati cenſura.

Traditis interpretandi regulis generalibus, perſequitur vocum &  
notionum ſeptem diſcrimina antea propoſita; & *ſimplicium* notio-  
num nomina appellat, quibus exprimere nitimur id, quod fit in nobis,  
quum ſenſus noſtri re quapiam, quæ illis objecta eſt, ſunt affecti: veluti  
nomina colorum, (cærulei, de quo multa exempla proferit) boni, gra-  
ti, jucundi, pulchri, in auditu, (ubi de numero oratorio) odoratu, gu-  
ſtu; qualia definiri poſſe negat, quod non conſtet, an idem alter ſenti-  
at, quod nos, eadem licet voce utamur. At *compoſitas* eſſe notionem,  
in quibus variz partes diſtingui poſſint, veluti notionem corporum, quæ  
ſenſu ad animum deferuntur, aut rerum incorporearum, quæ ab ani-  
mo meditando eſſinguntur. Nomina igitur harum notionum plene  
intelligi non poſſe, niſi partibus omnibus perſpectis, ex quibus notio eſt  
compoſita. Porro, *ſubſtantiam*, hoc eſt, naturam quæ per ſe eſt & cui  
inſunt qualitates ſeu modi, a modis ſejunctam non poſſe cognosci,  
unde & nomina ſubſtantiarum ſint obſcuriſſima, e. g. vox *Deus*,  
*exercitus*, *clafſis*, *urbs*. Nomina *modorum* eſſe quidem ſatis perſpi-  
cua, quæ unum aliquem modum abſtracte ſignificent, uti figuræ geo-  
metricæ; at nomina qualitatum, quas ſenſiles dicimus, eſſe ambigua  
& ſignificare cum id, quod in nobis perſpicimus, tum quod eſt in cor-  
poribus ſenſus feriens. Nomina vero, quibus plures modi inter ſe  
complexi & conjuncti ſignificantur, eſſe valde obſcura, veluti affe-  
ctuum, vitiorum & virtutum. *Relationum* nomina vocat, quibus  
modi ſignificantur, qui augeri minuique poſſunt, ut *longus*, *breviſ*, *cla-  
rus*, *dives*, & infinita alia, in quibus hand facile definiri poſteſt, quouſ-  
que procedat modus, quo ad alia referuntur hujusmodi voces. De  
*abſtractis* cum alia, tum hoc inprimis obſervat, iis ſæpe induci homi-  
nes, ut ſeorſim exiſtere credant, quæ ſine alicujus ſubjecti notione di-  
cuntur: hinc fieri, ut quum v. g. *ſynodum*, *patriam*, *ſenatum* abſtracte

nominari audimus, longe majori veneratione imbuamur, ac si homines, ex quibus illa constant, nominentur. Quæ de Synodis & Conciliis hic annotat p. 618. 619, aliis dijudicanda relinquimus. In *singularibus* notionibus, quum sint compositæ, subesse difficultatem, num omni ex parte, an aliquatenus significant: in *particularibus* pariter haud facile cognosci, quor illi sint, ad quos pertineat notio particularis: in *universalibus* quædam necessario interdum excipienda: quin & universalia particulariter, & particularia universaliter, aliquando significare. *Obscurarum* notionum nova hic affert exempla, & *mundus, immundus, purus, impurus, pollutus, profanus*, quo sensu dici poterit, inquirat. Denique *adequatas* voces dicit, quæ exacte respondent rei, & nec plus nec minus significant: quales esse statuit voces notionum simplicium abstractas, aut rerum ab animo nostro effectarum; contra *inadequatas* eas, quibus indicantur substantiæ, eventa, sermones, aliaque quæ narrantur.

Parte tertia emendandi rationem tradit, quæ pars est Criticæ præcipua. Originem mendorum a quatuor causis derivat, Librariis, Criticis, Impositoribus & Vetustate. Postquam autem ostendit, non heri aut nudius tertius, sed ex quo scribi cœpere libri, Ebraici æque ac Græci & Latini, in eos irrepsisse menda, nec ullum antiquitatis monumentum, ac ne ipsum quidem sacrum Codicem, (quam recte id asseratur, judicent Theologi) ab omni corruptione & depravatione integrum servari potuisse: *sigillatim causas mendorum singulas* exequitur, uti in superioribus quoque fecit, exemplis cum sacris ex veteri & novo Testamento, (de quibus tamen censuram iis relinquimus, qui theologica studia tractant) tum profanis, ex utriusque linguæ scriptoribus petitis, iisque vel ab aliis antea vel a se observatis, copiose illustrat, criticamque suam *εὐσوخίαν* lectori approbat. Ex quibus pro instituti ratione unum alterumque exemplum afferre satis fuerit, quo singula mendorum genera declarentur. Et Librariorum quidem peccata vel dictanti vel scribenti imputanda esse tradit: (quamvis sæpe unius mendi non una possit esse origo;) Dictanti quidem, (1) quod male legeret librum non optime scriptum; hinc apud Plinium *abjectis pro adjectis, bis profuis, sancitur pro sarritur*; apud Platonem *ἀγροικῶν* pro *ἀγρευτικῶν*; apud Theophrastum *ἀκοντα* pro *ἀκείοντα, Φαυμάσας* pro *ἀσπᾶσας*. (2) vel quod affines figura literas, similesque

ductus, non satis discerneret; unde in Glossis a Stephano, Vulcanio & Labbæo editis plurimæ mendæ: ubi observat, quæ literæ in MStis codd. facile misceri & permutari soleant; quam partem etiam Scioppius in Arte critica, Dausquejus in libro de Orthographia, Passeratius in libello de literarum inter se cognatione & permutatione, & Canterus in Syntagmate de ratione emendandi Græcos auctores, diligenter sunt executi. (3) vel quod omiserit quædam, quæ erant inter eandem vocem repetitam interjecta: sic in Theophrasti Charact. cap. 15. supplet voces omissas, & integrum locum ita constituit: ἰδὺ γε τῶν ἀσφῶν Φᾶς, καὶ νύκτα αἰφρίαν νομίσει, ἤντινα οἱ ἄλλοι λέγουσι μελαντέραν πῖος ηε. (4) vel quod male pronuntiaret, permiscens literas, quas Hebræi vocant, ejusdem organi, quod sæpe factum in Glossis, & apud Arnobium *formas* pro *Phorbas*, *cumatum* pro *subabo*, apud Justinum & Martialem *paludes* pro *baluces* & c. aut finem vocum non factis distincte pronuncians, ut in Glossis *herba sinaria* pro *asfnaria*, in Cæsare *inferiorem partem fluminis* pro *flumini*, in Theophrasto *εἰς κόπυς* pro *εἰς σκοπὸς*, in Terentio *in sole ilignis pedibus* pro *illic salignis pedibus*, & *dinumeret illi Babyle* pro *dinumerent illis ab illo*; aut aspirationem addens vel detrahens, ut in Terentio *ac nullus* pro *bac nullus*, in Plauto *ominis* pro *hominis*. (5) vel quod glossemata in margine scripta in seriem orationis receperit; quorum quædam veteri scriptioni adduntur, ut totus versus 14. in Plauti Aulul IV, 7; quædam scriptioni ejectæ substituuntur, ut in Corn. Nep. Miltiade cap. 8. pro *communitas* edidere *comitas*, quæ vox prioris est interpretatio. A Scribente peccari potuisse ostendit, (1) dum scriberet quæ cogitabat, non, quæ audiebat. Indicio esse varias tot lectiones, in Novi Testamenti libris occurrentes, e quibus manifestum, quam sæpe scribentes nonnulla omiserint, verborum ordinem mutaverint, & synonyma miscuerint, sensui magis quam verbis intenti. (2) dum perperam audiret parum attentus, clara licet voce legentem & recte pronunciantem; hinc apud Ciceronem *videris* pro *videtur*, *attamen* pro *ac tandem*, *judicio* pro *indicio*, *arationibus* pro *nationibus*, apud Lactantium *navinosus* pro *araneosis*, apud Theophrastum *ἀσπάρομαι* pro *ἰππάρωμαι*, *καταισχύναι* pro *καταργεῖναι*. (3) dum non assequeretur orthographiam, aut literas antiquiores; unde in Lactantio *oculis contrectari* pro *collustrari* legatur, quod monachi in claustris antiquam scribendi rationem.

tionem ignorarint. Esse vero Critici munus, ut perspectam habeat cujusque seculi orthographiam; & e re fore, ut characteres MStorum, e quibus eduntur veteres Scriptores, æri incisi publicentur, quo sagaciores Critici, quibus non est aditus ad MStos, perspecta scribendi ratione in iis usitata, veram lectionem his vestigiis odorari possint. Porro distinctiones omissas, (quod in vetustissimis codicibus solenne est,) multa peperisse menda: neque tamen prisca sive Græcis sive Latinis ignoratam fuisse interpungendi rationem, ex Aristotele potissimum & Cicerone probat. Nec minus e compendiarie scriptura multos in libros irrepsisse errores affirmat. Sic in Livio *navium virtus* pro *navalium* corrupte legi; in Stobæo ex *Φιλ.* quod ibi extat, a nonnullis *Philemonem*, ab aliis *Philistionem*, a quibusdam *Philetam* esse effectum; in Diogene Laertio compendii causa *Μλιος* scriptum Leucippum, modo *Μήλιον*, modo *Μιλήσιον*, appellatum; in Dionysio Halicarnassæo *Δῆμος ὁ Μάγνης* vocatum legi *Demetrium Magnetem*, & *Socratem* pro *Sofocrate*. Ad compendia scripturæ etiam referendos numeros, non integris vocibus, sed litteris aut notis descriptos, observat. Interdum ex mera incuria peccasse librarios affirmat, indeque profectas esse luxationes & transpositiones in scriptis veterum: quales in Hieronymi præfatione ruperi editores Benedictini, in Manilio & Virgilio Scaliger, in Horatii arte poetica Dan. Heinsius, sibi deprehendisse sint visi. Alterum fontem mendorum ex Criticorum temeritate vel imperitia scaturire ait; qua Aristarchus, Plutarcho iudice, quatuor ex Homero versus perperam sustulerit, Gellius etiam quædam in Cicerone & Virgilio corrupta annotarit, & Hieronymus in Novo Testamento quædam vitiosa observavit. Ex Orosii editione veteri Basileensi MSCto Genevensi collata idem patere ait. Falsarorum quoque vestigia in sacris profanisque libris deprehendi, nec Christianos quosdam religioni sibi duxisse pia, quam vocabant, fraude veritati subvenire, exemplis in Barnabæ epistola, & Josepho, ipsa etiam sacra Scriptura occurrentibus, ostendit. Denique Vetustatem, quæ omnia absumit, libris inducere lacunas, & multas voces mutilare, annotat. Apelliconem in corruptis situ Aristotelis & Theophrasti operibus restituentis & explendis operam sic posuisse, ex Strabone narrat: in Clementis epistola Patricium Junium simile studium literarum vetustate exasarum suppleandarum adhibuisse notat: ipse in Cice-

ronis quibusdam locis, & Psalmorum versiculis nonnullis, idem tentat. His mendorum generibus expositis, septem subjicit emendandi leges, secundum quas loca quædam Ovidii, Virgilii, Plinii, Lucretii, Lactantii, Ciceronis, Plauti, Aristophanis, emendat, aut ab aliis immerito tentata restituit, eorundemque emendationes examinat, præsertim Tanaquilli Fabri audaciam improbens. Progreditur deinde ad aliud artis Criticæ munus, dignoscendi nimirum loca & scripta spuria a genuinis; veterumque testimoniis confirmat, præcis Scriptoribus, quorum libri avidius versarentur, multa loca a librariis esse inserta, & integros libros suppositos; quod contigisse Ignatii, Hieronymi, Tertulliani, Cypriani, Ambrosii, Chrysoctomi, Origenis scriptis, Constitutionibus item Apostolicis, observat. Indicia quibus falsa a veris, mutila ab integris, interpolata a sinceris, secerni queant, decem tradit, & totidem aphorismis doctrinam eorum includit; quibus interpretationem & exempla subjicit, quæ hic recensere nimis longum foret, quum jam prolixè nimis summa libri hujus exposuerimus capita. Et exempla si omnia recensere vellemus, ea etiam quæ e Sacris Literis Veteris & Novi Testamenti deprompta clarissimus Autor attulit, dum sacros quoque libros vim vetustatis sensisse, nec intercessisse divinam providentiam quominus nonnulli longinquitate temporis vitiarentur, passim asserit, haud sine offendiculo Lectorum plerorumque id futurum veremur. Quod minus in censura Curtii formidandum, quam postremo loco prolixè instituit, istius insigni exemplo monstrans, quale de Scriptorum charactere & stilo, secundum artis criticæ regulas, ferendum sit judicium.

*MENSONIS ALTING DESCRIPTIO, SECUNDUM ANTIQUOS, Agri Batavi & Frisii, una cum conterminis. Sive Notitia Germania inferioris cis & ultra Rhenum, qua hodie est in ditione VII Fœderatorum, representata Tabulis Geographicis V. & Commentario, a G.*

*Julio Cesare ad Justinianum Augustum.*

Amstelædami apud H. Wetstenium, 1697. fol.

Constat 49 plagulis, & 10 tabulis æneis.

**B**Ene de republica merentur, qui non illorum modo, quæ sua cuiusque ætas fert, sed antiquitatis etiam rationem habent. Vetera enim cognovisse, quis status rerum, quæ facies terrarum fuerit, non jucundum modo est, & mirifice delectat; sed fructum etiam perpulchrum

chrum adfert ad rempublicam. Interest enim ejus mutationes nosse, ut, quæ in pejus abierint, ad pristinam dignitatem reducantur: aut quo se melius nunc habet posteritas, majori cura custodiat atque conservet. Præclarum itaque opus MENSIO ALTING, Vir amplissimus, suscepit, quum, cui quisque debet, patriæ vicem rependens, industria effecit, ut, quæ illius antiquitas fuerunt, ne ignorentur a posteris. Opus quod animo complexus fuit, & nunc feliciter perfecit, ut distributum ornatumque est, quæ nostræ partes sunt, carptim breviterque enarramus. Germaniam Inferiorem, quæ in ditione VII Fœderatorum est Ordinum, ab Julii Cæsaris ætate ad Justiniani usque tempora, ut sibi repræsentaret, quæ legit observavitque in Batavis & Frisiis, eorumque sociis & conterminis nationibus fuisse, Geographica Tabula nobilissimus Auctor consignaverat, ut conspectus rem distinctiorem daret, & memoriæ rerum etiam adjumento alicui esset. Præstantius vero id opus erat, quam ut privatis teneri cancellis posset, nec undique ab amicis, qui audiverant, expeteretur. Quorum precibus etiam id contendebatur, ut, quæ Tabella in conspectum edidisset, amplioribus commentariis illustraret. Fecit Vir doctissimus, ut monitus ab amicis erat, & universam Tabellam retexuit, auxit, & in Cimbronsque atque Suevos produxit, ut complecteretur utramque Germaniæ Inferioris, Veterem & Novam, cis & ultra Rhenum provinciam, quia constitutum erat de Batavis Frisiisque agere, quorum illi Citerioris, hi Ulterioris & Transrhenanæ portio fuerunt. Nec contentus fuit Vir industrius, Tabellam illam, quæ cum amicis communicata fuerat, ampliatam ita exornasse, nisi specialiores alias adjunxisset, ut in universum quinque Tabellis, quod proposuerat, distributum explicatumque exhiberet. Duabus ergo, quarum altera veterem limitem, altera ulteriora etiam, ad Albim usque producta tradit, adjecit Tertiam, quæ Cistrhenanam seorsum, ad lævam medii alvei sitam, ostentat; addidit & Quartam Quintamque; illam, pro Batavo agro intra & extra insulam explicando; hanc, ad Frisiorum patriam, Bructerorumque fines ordinatius proponendos. In quibus ut certiori pede tum ipse ireret, tum aliis una lumen in numeris & signis Ptolemaicis præferret; *Scalam* pro dimetiendis distantibus ad parallelos Ptolemæi subjecit, ejusque insignem usum in Commentario demonstravit. Est hic ordine alphabetico ita dispositus, ut singula, quæ in Tabulis intra constitutum

limitem conspiciuntur, perspicue illustrentur, & quæ controversa sunt, ita disputentur dilucide, ut suam Auctoris opinionem, si a communi sententia discedit, ubique argumentis & rationibus stabiliat. Ut exemplis commendemus, quæ rara & singularia in Commentario habentur, ex eo quædam breviter enotamus. Amisiam Taciti cis amnem ponit in litorali tractu; non, ut vulgo fit, in illo loco, quo hodie ejusdem nominis urbs existit nobilissima: amni vero Amisio duplex ostium, Burchana insula divisum, & orientale, & occasum versus alterum, quod Wider (*Weiter*) id est laxius, appelletur, distinctum a Vechta fluvio, ex Ptolemæo vindicavit, ejusdemque portum *Marnam*, qui inter Amisium & Flevum situs est, in Unsingis ostio demonstrat, quod flumen etiam Tacito reddit annali I. cap. LXX, seu Vilsurgi, quasi perperam ibidem scripto, substituit. Ad ripam vero ejus *Corbulonis Munimentum*, a Tacito non dubie significatum, quaerit, & in Gröninga sua quaesitum invenisse certas ob rationes existimat. *Arenacum*, quod veteres laudant, ab Arnhemii loco, ubi vulgo ponunt, reducit: & *Jubones* populum unquam fuisse negat, Taciti verbis, unde unice probabantur, in dubium suspectæ lectionis devocatis. *Praetorium Agrippina* haud procul Lugduno ostendit, tanquam prope cum Armamentario conjunctum: & *Vada* quoque Taciti secus locat, quam a Cluverio factum fuerat. Hæc excerptisse specimina sive exempla sufficiat, unde de ceteris judicare pronum erit. Adjungit tandem Germaniæ Magnæ Ptolemaicam Tabellam, eamque quadripartitam secundum quatuor climata, quibus hanc solam distinxit Pelusiora Geographus, eandemque ad veram ab Æquatore distantiam ita correctam revocavit, ut situm oppidorum, quæ Ptolemæus delineavit, jam rectiorem præ se ferat. Expositionem subjicit ejusdem Tabulæ, ac quatuor illorum Climatum conditionem planissime demonstravit, parallelis locis ostensis, quæ Ptolemæi in Germania oppidis nostra ætate respondeant: v. g. Koinoënum in Stralfundi fere, Astuiam in Stetini, Argeliam in Berolini locum, ad Sprevm amnem, incidere, ex parallelis & conjecturis existimat. Quod si firma sunt Ptolemæi nomina, recteque collocata; diligentiori meditatione excussioneque non indignum erit, quod de illa locorum convenientia tradidit. Promittit & alteram partem hujus Operis, qua patriæ communis faciem, qualis a Francorum ab Romano Imperio emancipatione ad usque Au-

gustæ



gustæ Suevicæ Domus excidium fuerit, expositurus est; quæ ut propediem hanc editam subsequatur, & vitam & otium amplissimo Auditori apprecamur.

*LES MEMOIRES DE MESSIRE ROGER DE RABUTIN*

*Comte de Bussi &c.*

*Id est:*

Commentarii historici Rogerii de Rabutin, Comitiss de Bussi.  
Parisiis apud Jo. Anisson, 1697. 12. Alph. 2.

**R**erum præclare fortiterque gestarum gloria non minus, quam fortunæ inconstantis ludibrio, clarus est *Rogerius de Rabutin* Comes de Bussi. In exemplum ergo cum abierit, in quod intuentes, quæ fugere & evitare, quæve contra consecrari debeant, condiscere possint, dignus etiam est, cujus vita non ignoretur posteris. Quod quidem cum aliorum ope facile effici potuisset, ipse tamen nec sibi nec aliis deesse voluit, sed accuratissime in hisce Commentariis, quæ scitu de eadem digna sunt, exposuit. Quo difficilius autem est de se ipso verba facere, eo majorem Vir illustris promeruit laudem, dum nec vituperanda tacuit, nec laudanda dissimulavit; utraque autem ita narravit, ut nec modestiam, nec prudentiam in eo requirere quisquam possit, candorem autem quandam ubique se prodentem facile omnes sint agniture. Accedit vis ingenii & eloquentia, & Gallici sermonis nitor, quo ipso obtinuit, ut communi consensu præstantissimis scriptoribus annumeretur, deusque singulare Gallicanæ Academiæ, cujus membrum fuit, afferre censeatur, tantum abest ut illi sit dedecori. Sed qui delicias ejusmodi sectantur, eos opus ipsum adire oportet. Nos per summa rerum euntes capita, pauca delibabimus.

Natus est Rogerius anno decimo octavo supra millesimum & sexcentiesimum, & in Jesuitarum disciplinam traditus, humaniores quas vocant literas, quibus tenera ætas cum primis erudiri solet, tanta aviditate hausit, ut undecimo ætatis anno dignus judicaretur, qui Philosophiæ sacris initiaretur. Nondum compleverat decimum sextum ætatis annum, cum Patris jussu, relicta Musarum sede, castra sequi inciperet, obsidionique urbis Mothez (De la Motte) in Lotharingia sitæ interesset. Quo tirocinio posito, Pater volebat, ut ad literarum studia animum iterum adjiceret, coeptumque semel cursum feliciter continuaret.

nuaret. - Sed ut magistrorum imperio se submitteret, qui jam militibus imperasset, a se impetrare vix potuit. Octo itaque mensibus in scholastico pulvere transactis, militia iterum nomen dedit. Quid in singulis expeditionibus memoratu dignum gestum sit, diligenter exponit. Cum primis obsidiones expugnationesque urbium, Landreceji, Capellæ, Atrebat, aliarumque accurate delineat. Anno 1641 suspicionem, quod minus accurate suo munere functus esset, subiit: cumque ipse Lutetiam purgatum se venisset, Desnogerii, qui Regi a literis secretioribus erat, gratiaque Mazarini Cardinalis florebat, odium, quo erga Rogerii patrem flagrabat, tantum potuisse ait, ut non auditus, planeque innocens, in custodiam daretur. Quinque jam elapsi erant menses, cum tandem & libertati & dignitati suæ restitueretur, statimque ex muneris sui lege ad exercitum se conferret. Dum expeditionem hujus anni prosequitur, mentionem injicit Domini de S. Preuil præfecti Atrebatensis; quem capite truncatum fuisse memorat, non quod facinus supplicio isto dignum admisisset, sed quod Melleræus Franciæ Marefchallus & Desnogerius ipsi infensi essent. Damnari quidem a plerisque Historicis istum non dissimulat, sed id se mirari negat, cum plerique qui ad scribendam Historiam animum applicant, ipsius judicio, ad mendacia literis prodenda, veritatemque obscurandam, mercede sint conducti. In viam ex hoc diverticulo reversus, legionem suam ad quatuor revocatam fuisse cohortes, hasque alii legioni admixtas narrat, ita ut & sibi ad privatam sortem tantisper fuerit redeundum. Ægre hoc se tulisse non dissitetur, quod ita unico velut ictu se gradu isto fortunæ, in quo se collocatum putabat, iterum dejectum animadverteret. Interim non dubitans, aliam occasionem virtutem suam demonstrandi sibi oblatum iri, suasu & auctoritate Patris matrimonium cum Tulongonia virgine, præfecti Pinarolensis filia, init. Anno 1644 Legati munus in cohorte equitum levis armaturæ ab Henrico Borbonio Principe Condæo obtinet, 12000 Imperialium pretio: moxque Patri jam mortuo succedit, Præfectusque Régius in provincia Nivernensi constituitur, postquam præter munera offerri solita, certam pecuniæ summam Reginæ, dedisset. Mazarino videlicet Cardinali hoc in more positum fuisse ait, ut haud vili pretio cuncta officia venderet. Nova mox dignitate auctus est Rogerius, Consiliariique Status nomen titulumque opera Principis Condæi

dæi impetravit. Volvebatur, dum hæc contingebant, jam annus 1646, quem etiam multarum urbium expugnationes, memoratu dignum reddiderunt. In his fuere Contracum, Mardicum, Dunquerca, & aliæ Belgii civitates, quarum obsidionem & expugnationem diligenter describam hic legere licet. Sed & quæ in obsidione urbis Ilerdæ gesta sunt, ordine recensentur. Interim similitates & inimicitias inter Condæum Principem, Mazarinumque Cardinalem, magis magisque gliscebant, donec tandem in civile bellum A. 1650 erumperent. Condæi partes & Rogerius secutus est. Et sane Condæum, quod ita se gesserit, minime reprehendendum esse palam profitetur, illosque qui secus censent, aut suspectæ fidei esse, aut rem istam, de qua suam ferre sententiam audent, non satis esse edoctos. Licet autem magnam animo conceperat indignationem, quod Guitaltum sibi prætulisset Condæus, rursus tamen illi conciliatus, in castris ejus contra Regem militavit. Ad secunda quoque tum transit vota, Rouvillamque virginem matrimoniali foedere sibi junxit, quod ex priori conjugem masculam non suscepisset prolem. Refert hic celebre istud prælium, in quo Turennum vicit Plessi-Pralinus. Huic victoriæ maximam partem, quod in libertatem restitutus sit Condæus, esse tribuendam observat. Fundatores enim, cum metuerent, ne potentia & auctoritas Mazarini per eam non ferenda incrementa sumeret, Aurelianensem Ducem ad suas pertraxisse partes, & ita junctis viribus eo elaborasse, ut liberato Principe, regno excedere cogeretur Mazarinus. Revocato A. 1651 Cardinali, Rogerius in ejus se insinuare gratiam instituit, & incredibili ab eo humanitate exceptus; ingentibus oneratur promissis. Sed quam solenne fuerit Mazarino promissis homines fallere, suo se addidisse damno ait. Tandem intellexit, Mazarinum animum Regis insuper a se abalienasse. Multus in eo est, ut ostendat, iram Regis se non promeruisse; Regi tamen id se vitio vertere neutiquam, cum a Mazarino, cui plurimum fidebat, deceptus & odio contra innocentem inflammatus, secus se gerere non potuerit. Quæ A. 1652 gesta sunt, more suo prosequitur. Hoc ipso vero tempore equitatu levis armaturæ a Rege præfectus est, aliis frustra eandem dignitatem appetentibus. De ratione equitatus levis armaturæ hic nonnulla erudite disserit, & quæ ad annum usque 1655 contigerunt, ordine enarrat.

Alterum Tomum orditur texendo historiam obsidionis urbis Landrecij, & quid in ea singulis diebus gestum sit, indicando. Hic expeditiones etiam alias eodem anno susceptas sistit, & ita porro ad annum 1659 historiam suam deducit. Namque in sequentibus, infelicia quæ expertus est fata, variæque, quibuscum illi colluctandum fuit, calamitates calamum ejus occupant. Auctorem suorum malorum Turennum prodit, quocum primo æmulatio, mox simultas, denique inimicitia illi intercesserat. Sed occasionem, ut in Regis iram denuo incurreret, ipsemet suppeditavit, componendo A. 1660 libellum, quo amores fœminarum quarundam illustrium, ut erat ingenio festivo, & ad jocos salesque nato, descripserat. Obtreccionum & inculpationum hinc nec modus nec finis fuit, quæ quam non fuerint irritæ, affatum est expertus. Parum fuit, quod ex aula discedere jussus, & velut in exilium missus est; in custodiam quoque datus est, & videbatur sævitia inimicorum ac vindictæ cupiditas ultra progressura, nisi innocentia contra quævis molimina invictum præstitisset. Et hæc quidem ad ipsum Rogerium pertinent. Inspergit & alia de Fouqueto, de Mazarino Cardinali, de Turenno, quem utrum parum sibi faventem habuerit, sua tamen laude non privat, de receptione sua in numerum Sociorum Academiæ Gallicanæ; ut taceam carmina & epistolas, quæ ut lectoribus non possunt non voluptatem asferre, suaque varietate eos delectare, ita a nobis per instituti leges paucis saltem velut in transitu indicanda fuerunt.

Additus est hisce Commentariis libellus ejusdem Auctoris, de utilitate ex adversitatibus capienda. Continet is sermonem ad liberos suos, quo propositis in medium ex veteri pariter ac recentiori historia magnorum virorum exemplis, eos non tantum ad fortunam adversam fortiter ferendam adhortatur, sed ostendit quoque, quo pacto non alium in finem, dispensante ita res mortalium sapientissimo Numine, adversa immittantur, quam ut iis excitati ad cœlestia animum convertamus, deliciisque hujus seculi ultimum dicamus vale. Exempla autem non ut sese obtulere arripuit, sed studiose selegit, Jobumque, Tobiam, Danielelem, Davidem ex historia sacra, ex profana autem Boetium, Belisarium, Ludovicum sanctum, Marignyum, Johannem Galliarum Regem, Riverium, Gyæum, Philippum Cominæum, Franciscum I, Samblancæum, Bellegardæum, Bassompetrum & Chatræum sistit, idque

ea styli elegantia, ut licet maximam partem vulgata sint & protrita, nova tamen & plane singularia esse videantur. Ultimo loco de se ipso verba facit, vitæque suæ curriculum in compendio exhibet.

Holländischer Kirch- und Schulen Staat.

Hoc est:

*ECCLSIARUM ET SCHOLARUM BELGICARUM STATUS,*  
*descriptus ab HENRICO LUDOLFO BENTHEM.*

Francofurti & Lipsiæ, apud Nicolaum Försterum, 1698. in 8.

Constat Alphab. 4. plag. 15. & figurarum  
ænearum plag. 2.

**Q**ui hodie Pastoris, Canonici & Superintendentis munere Bardovi-  
ci summa cum laude fungitur, maxime reverendus libri hujus Au-  
ctor, duabus olim vicibus Belgium curiosis ipse oculis perlustravit.  
Fructus igitur peregrinationis istius & in alios transferre, suarum post-  
quam duxit esse partium, præsens ipsi opus subnatum est, quod non  
eos modo, quibus domi Belgarum statum cognoscere volupe fuerit,  
delectare, sed & peregre istuc abituros, & Theologiæ præsertim stu-  
diosos, instruere potest, de quibus potissimum rebus sollicitos se in istis  
regionibus gerere debeant. Nec primus hic Auctoris labor est in hoc  
scribendi genere, quandoquidem jam ante annos aliquot Angliæ sta-  
tum similem in modum descriptum dedit; de qua tamen opera in præ-  
sens plura dicere non attinet, cum suum illa locum in Supplemento-  
rum nova sectione propediem a nobis publicanda inventura sit. Sta-  
tum autem Belgicum prout ille in Ecclesiasticum divisit ac Scholasti-  
cum: ita duas quoque partes liber hic sortitus est, in quarum priori, post  
annotata quædam generaliora de his, quæ aut laudem mereantur in  
oris istis aut vituperium, ac post indicatam viam, qua omnium com-  
modissime proficisci eorum ex Germania nostra literatus valeat, de reli-  
gione imprimis, cujus exercitium ibi florere deprehendatur, Auctor  
differit. Atque heic in exaggeranda credendi sentiendique libertate,  
qua fruantur istarum regionum incolæ, multus est. Reformatani ta-  
men religionem altiores ibi radices præ cæteris egisse consuetur, cau-  
sas, quæ Lutheranz cursum olim retardarint, ea occasione simul re-  
censens. Hinc libros Reformatorum Belgarum Symbolicos recen-  
set, ac Confessionis maxime Belgicæ & Catechismi Palatini historiam

pandit; prout & illam integram, hujus vero epitomen ad verbum descriptam inferit. Mox publici cultus modos ritusque apud Belgas receptos contemplantur, dumque ab ipsorum studio, quo in Sacra ferantur Biblia, tractationem isthanc inchoat, plura inspergit de horum versione vernacula, jussu Synodi Dordracenæ olim adornata. Ab hac ad conciones Belgarum progreditur, quibus exacte delineatis, ceremonias ipsorum in baptismatis & sacrae cœnæ administratione, in precatione & cantatione publica, in neogamorum copulatione, ac mortuorum tandem sepultura observari solitas, jucundo non minus ac utili commentario persequitur. Maxima etiam incrementum Reformatæ in Belgio religioni Synodus Dordracena cum attulerit, hinc in peculiari capite istius acta recenset, & his ita deductis constitutiones, personas, congregationes sacras, disciplinamque ecclesiasticam eorum, qui religionem sæpius nominatam inibi profiteantur, considerat. Sed nec Lutheranorum obliviscitur, ac quo pacto Pontificii quoque, Armeni, Quackeri & Judæi in Belgio tolerantur, ostendit. In Arminianorum porro sive Remonstrantium historia diu detinetur, confessionem sive declarationem ipsorum super præcipuis articulis religionis Christianæ, decantatissimam illam quidem, sed quam hæctenus nisi in Actis Remonstrantium Synodalibus haud unicuique obvis legere vix concessum fuit, integram inserere haud pigritus. Parili ratione ubi de Anabaptistis verba facit, fidei articulos, quos addicti sectæ huic omnes atque singuli recipiant, in medium producit, ac in Socinianorum, sua itidem latibula in Belgio quaerentium, commemoratione partipriori finem imponit. Posterior pars, quæ statui consecrata est Scholastico, Academiarum æque ac Gynnasiorum per istas provincias florentium plenam Lectori notitiam pollicetur, utpote cum uniuscujusque & fundationem, & collegia, & auditoria, & faciem hodiernam solícite referat. Sedulam vero imprimis diligentiam Auctor maxime reverendus in Professorum doctorumque apud Belgas Virorum auctorum mentionem impendit, & proin veteres æque ac recentiores magno numero allegat, & plerorumque vitas, munera, libros sistit, eorum etiam, qui adhuc sunt superstites, agendi rationem, quam notam sibi ex familiari cum iisdem conversatione reddidit, aperiens. Nec desunt literariorum disceptationum ab annis aliquot proximè elapsis inter quosdam e doctis hisce Viris agitatarum designationes. Quæ

enim

enim v. g. Joannes Vander Wayen & Fridericus Spanhemius, quæ Marckius & Braunius, quæ Viringa & Rhenferdius inter se gesserint certamina, quæ lites motæ sint Roellio, quæ nova dogmata profeminavit Balthasar Bekkerus, quæ passim sub intudem revotarint alii, doctè hæc & bona cum fide relatùm invenies. Joannis præterea Cocceji nomen frequentius in hoc libro apparet, & cui caput ejus tertium perlegere placuerit, is non hypotheses modo, sed facta etiam celeberrimius Viri distinctius perspiciet. Inscriptionum, quas hinc inde in urbibus præcipuis obvias habuit, abundantem Auctor supellestem cum harum elegantiarum amatoribus communicat, & ne quicquam desit, Bibliothecam instructissimam librorum, quos Belgæ concinnarunt, Theologorum, Positivorum, Exegeticorum, Moralium, Historicorum & Polemicorum sub calcem sui hujus operis anectit. Et incisas exhibet effigies Rudolphi Agricolæ, Jac. Arminii, Jo. Cocceji, Mennonis Simõnis. Nummos item sistit in Synodum Dordracensiam, in Coccejum, in Petrum Jurium, in Joannem & Cornelium, fratres de Wit, inque eventus quosdam notatu digniores excusos; ut Synagogæ Judæorum Amstelædamensium conspectum figurasque alias subinde representatas taceamus.

**JOH. PETRI ERICI ANΘΡΩΠΟΓΛΩΤΤΟΦΟΝΙΑ, SIVE HUMANANA Lingua Genesis. Partis prima Tomus primus.**

Venetis; sumptibus Auctoris, typis Franc. Tramontani, 1697. in 4<sup>to</sup>  
 Constat Alph. r. pl. 3.

**P**ROdromum hujus operis a clarissimo Autore nobis olim benevole transmissum, & sub *Renati Principii Philologici* titulo in vulgus edidit in *Actis* anni 1686, p. 327. seqq. recensuimus. De scopo illius itaque pluscula jam tum dicta sunt, atque monitum cumprimis, in sollicita linguarum investigatione vere novum illum esse atque *παράδοξον*, quippe qui in deducendis vocum etymologiis Græcam imprimis linguam matrem statuat, & ex ea potissimum ceterarum originis eas arcessitum. Hoc ipsum vero multo prolixius nunc fusiussque manifestum reddere conatur in opere præsentis, quod nuper itidem pro suo in nos affectu nobiscum communicatum voluit. In præfatione certe disertis verbis se non ambigere testatur, quin Græca lingua non Latina solum & antiquæ Celticæ, sed etiam Hebraicæ ceterarumque ori-

entium linguarum mater haberi queat. Quod ut comprobet, a prima sermonis humani origine orditur.

Nam, cum Adamus recens a Deo conditus terram cœlumque admirandus contempleretur, & se insuper Divinæ auræ particulam ac imaginem Creatoris deprehendisset: tum vero ait mira delectatione repletum, ex intimo pectoris fonte eum hausisse & ore protulisse optatum humanæ loquelæ omen ω, & hoc uno sono sufficienter animi sui sensa expressisse existimat, eodemque ad animalia, in quorum medio stabat, humano clamore suo ad laudes Creatoris excitanda usum, nec incondito varioque animantium bestiarum sono ac cantu impediri potuisse, quominus ceu basin totius chori, simplicissimum suum vocum literarumque chaos ω constanter ingeminaret. Postquam vero e costa dormientis Adami Divina virtute esset mulier creata, & olfactu primum, velut sensu sopitis ceteris vivaciore, ab eo percepta, expergefatum e somno virum, spiritum naribus attrahendo, olfacientis pariter & admirantis sonum edidisse ũ ũ, hacque prima confabulationis vocula sobolem hanc suam, costamque & conjugem salutasse, & ἐν τρώπῳ νυμφίῃ multis mirisque amplexibus excepisse, basis quoque εὐάδεος suæ Evæ os exosculatum fuisse. E complexu horum natam dein non unam prolem, & hujusplorantis vocem ε̄ε̄ε̄ε̄; alterius, ceu junioris, aliquantisper exiliorem ἴἴἴἴ fuisse: quæ notabilis differentia non nisi a supremo linguarum Moderatore observata, Regique & Prophetæ Davidi tum inspirata fuerit, quando Psalmo VIII. 9. psallens dixerit: *ex ore parvulorum & lactentium fundasti Deus fortitudinem propter inimicos tuos.*

p. 5.

Prima vero isthæc vocum semina αὐτοδιδάκτως & naturæ instinctu prolata, ceu postulata sua prima, porro docet ex instituto aliter atque aliter pro re nata enunciari consuevisse, & paulatim incrementa accepisse. Ita post alia ad duas illas Græcorum particulas εὐ & εὔ, quarum illa negandi ac removendi, hæc approbandi & laudandi vim habet, devenit: quas fusissime deinde ita pertractat, ut quam fuerint diversis rationibus junctæ nominibus, verbis, adverbis, quamque variam in linguis variis seu significationem, seu formationem mutationemve faciant seu sustineant, ostendat; quod non potuit sine immixtis quamplurimis vocum mille etymologiis fieri. Nos speciminis solum gratia paucissimas ex his exhibebimus. E Græco εὐκολος *facilis*, &

p. 9.

εὐ-



*ευκολία* *facilitas*, Germanicum nomen esse deducit, a contrario scilicet, si stomachus non facile cibos capit, sed fastidiose respuit; ab *ευλογειν* *bene precari*, ironice Belgicum *vloeken* & Germanicum *fluchen*; a Græco *εργος*, *custos*, *inspector*, deducit Latinum *Vir*, Italum *Guardiano*, Hispanum *Guardo*, Anglicum *Warden* & *Ward*, Belgicum *Weerd*, & Germanicum *Wirth*; ab ejus autem composito *οικερος* derivat Latinum *uxor*, quippe quæ domi custos sit, & res domesticas curet. Sed & populorum, locorumque nomina hoc modo investigata addit. Sic enim ab *ευνετης*, *concubitor*, seu *maritus*, nomen traxisse illi videntur in Paphlagonia *Heneti*, in Italia *Veneti*, in septentrionali Europæ parte *Vandali*; ab *ευσεβης* mons *Vesuvius*, qui & *Vesebius* aliquando scribitur; ab *ευβαλος* Hebraicum nomen proprium *Jubal*, & *Jubilius* Hermundurorum dux apud Tacitum: ab *ευθως* longa nominum derivatione primo *Bisi* Celtae gentis, inde *Viti* Saxonum gens, tandem *Suiti* & *Suizzeri*.

Generum origines secundæ sectioni servavit, easque Musicæ in acceptis esse ferendas ait, & quidem rudiori illi fabrilis, de qua Poëta :

*Illi inter sese magna vi brachia tollunt*

*In numerum.*

Ex hac enim sonorum intonatione masculinam vim unius, alterius foemininam a Jubale esse observatam, sibi persuadet. In eadem Vulcani seu Tubalcaini officina cusos quoque casus existimat. Ubi insimul observat, olim a recto accusativum fuisse proximum in declinatione, hinc dativum & tum genitivum esse secutos: nam Adamum, qui nominaverit & convocavit familiam, fuisse primum; post hunc incessisse Cainum, quem accusavit; exinde Abelum, cui dederit, & denique Evam utriusque genitricem. Hunc vero ordinem postmodum a Græcis esse neglectum, introducto novo casuum ordine, qui hodieque in scholis superest, monet. Nos, qui ex his, quæ diximus, institutum Auctoris, & modum suas assertiones illustrandi probandive abunde perspicere posse credimus, nihil amplius præter etymologias paucas adjiciemus, quarum judicium esto penes lectorem. Catos, bellicosissimam Germanorum gentem (cum quibus eisdem nomine Quados, Cattucos, Chaucos, Abcastios, Circassios Hassosque, & nescio quos alios facit) dictos putat velut *της κάτω*, *maritimos*, quod maritima olim incolerent; cum contra *δὲ ἄνω* Hunni fuerint, & Heunen, id est gi-

p. 11.

p. 14.

p. 17.

p. 24.

p. 42.

p. 44.

p. 45.

p. 88.

gantes. Ea occasione de Illustrissimis Ruthenis Comitibus rem miram in notula subjecta narrat, quam ejus ipsiusmet verbis recensebimus. *Heunen* (dicit ibi) *in Germania gigantum nomine veniunt, quique aliis Niesen / Neusen / Latinis Rutheni, Sarmatis Rusli audiunt, Unde factum, quod in Illustrissima Comitum Ruthenorum (qui proceritate gigantea præ ceteris eminent) prosapia olim duo hæc nomina Heune Neuse fuerint conjuncta, usque dum in Saxonici Imperatoris Henrici Aucupis, cujus cum sorore Heros quidam hujus nominis & stemmatis matrimonio junctus fuit, memoriam nomen Heune in Heinerich / sive Henericus, quobodienum omnes & singuli appellantur, commutaverint.* Unde hauserit Autor suam isthanc sive conjecturam sive historiolum, non addit, adeoque dubitandi causam relinquit: quam etiam habebit, qui legerit invictissimæ Domus Habsburgicæ etymologiam in Græco Ὑπὺργος, *altis turribus insignis*, quæsitam; & Absynthi Thraciæ urbis, nec non absynthii herbæ nomen deductum ab Ἐψάθυρον, *altos fornices habens*; cui mox additur, Absynthum seu Absynthium postea denuo fuisse corruptum in *Byzantium*. Sed hæc sufficere possunt ad prægustum aliquem exhibendum libri, qui ipsemet totus nondum produit, sed, ut Autor sub finem ait, ad sollicitandam magis sitim, quam ad explendam nobis propinatus est. Multum utique laboris ad edolandum hujus generis librum requiri nemo negaverit, imprimis qui nostrum videbit. Sed, ut sit in istiusmodi etymologiarum studio, planum uni videtur maximeve probabile, quod alteri tale statim non est. Hoc vidit etiam ipse Autor, nec deprecatur, sed sub finem petit, quod est æquisimum, ut æquanimitate lectorum sua augeatur industria.

**GODEFRIDI BIDLOO VINDICIÆ QUARUNDAM DELINEATIONUM ANATOMICARUM CONTRA ANIMADVERSIONES FRED. RUTSCHII, Præf. Anat. Chirurg. & Botan.**

Lugduni Batavorum, apud Jordanum Luchtmans, 1697. in 4.  
Constant plagulis 8, & Figur. tabul. 5.

**N**ovem hætenus in lucem prodierunt *Epistole a Cl. Ruyschio ad totidem Epistolas Problematicas tempore diverso rescriptæ, atque a nobis tum anno superiori, mense Jan. p. 270, tum anno præsentis, mense Januar. p. 14. & mense August. p. 384. in Actis exhibitæ.* Verum cum nobilissimus *Bidloo* multas in iisdem notari acerbius deprehenderet. earum

earum delineationum, quas ipse tredecim abhinc annis in *Anatomia dedit Corporis Humani*, in *Actis A. 1685* commemorata, amicorum hortatu presentes reponere voluit *Vindicias*. In his quemadmodum sub examen *primum* vocando Epistolas Ruyschii, sexta tantummodo, septima & octava sepositis, errores sibi suisque figuris imputatos confutat: ita ex adverso delineationes nonnullas Ruyschianas mendorum postulat, novamque Ruyschii methodum condiendi & demonstrandi cadavera humana pro mero fuco reputat. *Hinc* specimen Ruyschianæ artis, doctrinæ & industriæ sistens, tam figuras a Ruyschio in *Dilucidatione Vascularum &c.* quondam representatas, quam eam demonstrationem, qua hic pulmonum vasa sanguifera publice nuper exhibuit, itemque Observationes quasdam Medico-Chirurgicas ex ejusdem *Centuria*, in *Actis A. 1691, p. 66* recensita, acriter perstringit. *Tandem*, ut Ruyschium in verbis non minus, quam in rebus, hic illic delinquere palam faciat, exempla sequioris ejusdem literaturæ annectit. Cæterum, præter figuras Ruyschianas, portiuncula imprimis cuticulæ a manus dorso avulsa, lien humanus flatu artificioque distentus, atque calculi ex bile in hujus folliculo concreti, aquæ innatantes, occurrunt delineata.

**GEORGII BAGLIVI, DOCTORIS MEDICI ET IN ROMANO Archilyceo Anatomies Professoris, de Praxi Medica ad priscam observandi rationem revocanda libri duo. Accedunt dissertationes novæ.**

Romæ, apud Casarettum, 1696. 8. plag. 25.

Cum ad Medicinam perficiendam nihil æque conducere manifestum sit, quam experientiam rationi conjunctam, parumque conferat ad salutem ægris restituendam effrenis opinandi licentia, quæ hodie passim grassatur; doctissimus *Baglivus* philiatros ad priscam observandi rationem, duobus hisce libris, qui illustri Magliabechii cura ad nos pervenerunt, hortari constituit, communis utilitatis studio impulsus. Unde primo & secundo statim capite libri primi, de maxima in re medica observationum necessitate agit, quæ vel hinc pateat, quod origo, progressus, & quicquid inest certi in Medicina, observationibus maxima ex parte debeatur; quæ a ratione nunquam sint sejungendæ, si modo hoc nomine non illa vis animi intelligatur, quæ obscura naturæ investigat, & magis ad Physicam pertinet, sed ea potius, per quam

E

mor-

morborum principia & causas conjicit Medicus, eorundem progressus eventusque auguratur, & ex rebus presentibus prospicit & assequitur futuras. Sequentibus capitibus Impedimenta recenset, quæ Medicorum in observando diligentiam hucusque retardarunt, quorum facile præcipua sunt (1) Derisio veterum Medicorum, a quibus tamen prima præstantissimæ artis fundamenta jacta sunt, magnisque accessionibus vera praxis locupletata, licet nonnulli Galenicorum in theorias non constantes nec satis certas nimium propensi fuerint. (2) Falsa Medicorum idola, seu opiniones falso præconceptæ; quorum pertinent rejectio purgantium, vesicantium, & reliquorum Galenicæ praxis remediorum; hypotheses universales ex paucis experimentis derivatæ; jactatio Dialectices, Critices, aliarumque scientiarum, ex quibus parum commodi ad praxin medicam redundat; inanis gloriæ desiderium; accusatio fictæ cujusdam in morbis malignitatis, & id genus alia. (3) Falsum genus analogiarum, quo incauti utuntur ad ipsam praxin dirigendam, v. g. cum ad sanguinis missionem in febribus ardentibus dissuadendam arguunt, sicuti aqua in lebetæ ebulliens refrigerari non potest per imminutionem aquæ, sed potius per subtractionem ignis suppositi, ita ebullientis in febribus sanguinis evacuationem per phlebotomiam non posse calorem minuere; cum tamen ignis noster febrilis sanguini immixtus & alte immersus sit, non vero suppositus venis, sanguinisque portione subtracta ipse quoque minuatur. (4) Præpostera librorum lectio, dum alii tumultuarie legunt, alii contradicendi studio, alii obliti suæ libertatis opinionibus auctorum, tanquam Sirenum scopulis adhærescunt, alii denique librorum lectioni fere immorantur, neglecta observandi industria. (5) Sinistra librorum interpretatio, quæ plerumque fit ab illis, qui has sibi partes sumunt nulla instructi experientia, aut quos tenet scribendi & efficiendi systemata cacoëthes. (6) Intermissum studium de morbis aphoristice tractandi, more Hippocratis & scholæ Coæ; cum omnis fere opera recentiorum in eo ponatur, ut Medicinam concludant methodis, & quibusdam ingenii commentationibus mere abstractis digerant atque exornent. Ut ergo cognoscant studiosi, quomodo solidæ diutiusque repetitæ morborum observationes stylo brevi & aphoristico exponendæ sint, specimen aliquod affert experientissimus Auctor, in morbis nonnullis per sedulam in xenodochiis Italiæ factam

Etam observationem examinatis, nimirum pleuritide, febris, lumbricis puerorum, variolis & morbillis, colica, phrenetide, asthma, diarrhoea & dysenteria, apoplexia, dolore & convulsione, tussi, calculo denique & podagra. Decimo capite variaz Medicinaz etates enarrantur; ut scilicet a veteribus Græcis, præcipue schola Coa, stabilita, a Cælio Aureliano, Aretæo, aliisque Græcis per subsequencia ad Galenum tempora promotâ, paulo post autem pernicioso Barbarorum impetu labefactata fuerit: ut devenerit porro ad Arabes, qui activam & masculam Græcorum Medicinam in quandam ingenii agitationem disputationumque exercitationem converterint, & hæc Arabica lues Europæ Academiâ invaserit; donec tandem primi Itali, inter quos M. Fabius Calvus, Martianus Septalius, eosque secuti Galli, Duretus, Ballonius, Hollerius, Jacotius, post excussum Arabicæ servitutis jugum, ad restituendam prisicam Græcorum de re medica sapientiam omni studio contenderint: ut denique Paracelsus & Helmontius, quamvis novis remedium inventis praxin locupletarint, novas dederint turbas, hosque secuti Philosophi recentiores per novas suas hypotheses praxin medicam in philosophiam contentiosam converterint, ejusque præcepta ita turbarint, ut inter peritissimos hodie non facile constet, quid tenendum, cui credendû, quaq; demum via progrediendum sit, in absolvendis morborum curationibus. Capite undecimo examinat doctissimus Baglivus, quid quantumve tum recentiores tum antiqui in theoria & praxi profecerint, nec non quid quantumve unaquæque illarum conferat ad morbos recte curandos: statuitque, theoriâ recentiorum multo certiore esse theoriâ Galenicorum; contra autem hõrum praxin maximis propemodum intervallis praxin recentiorum antecellere, sive diagnoseos, sive prognoseos, sive curationum, theoriarum fecibus intermistarum, solertiam & pondus consideremus. Porro quamvis theoria, philosophiæ naturali & experimentalis innixa, praxin dilucide explicari & confirmari concedat, eandem tamen illi superstruere vetat, cum minima componentia humorum, sive naturalium sive morbosorum, corporis humani viventis nulla arte nullisque speculationibus inveniri, aut determinari unquam possint; contra vero, quamvis ignota nobis sit humorum vera configuratio & textura, ad curationem tamen sufficiat, per experientiam nosse varios eorundem motuum progressus, exitus & declinationes,

quæ, utpote a natura excitata & directa, veros indicationum fontes nobis aperiunt, in exhibendis mutandisque remediis; tandemque concludit, artem curandorum hominum solo usu & exercitatione comparari, adeoque praxin plus quam theoriam ad curationem morborum conferre. Capite duodecimo de morborum hypothesebus recte constituendis exponit, inculcatque Astronomorum hac in re solertiam æmulari debere Medicos, qui ex accuratè observatis motibus corporum coelestium, non autem ingenio proprio, hypotheses condunt, quæ aliquando plane inter se pugnant, & nihilo secius tamen in prædicendis Eclipsibus probe consentiunt. Unde existimat, in re quoque medica, licet illa hypothesis, quæ principiis mechanicis superstruitur, præstantissima jure meritoque censenda sit, nullum tamen damnum allaturam hypotheseon varietatem, dummodo singulæ nitantur stabilibus & continuatis morborum observationibus, sed futurum ut singularum ope æque feliciter morbi debellantur. Quamvis ergo non neget, theorias & hypotheses necessarias esse in Medicina, cum ad investigandas morborum causas & effectus, tum ad methodum recte dirigendam: quoniam tamen cum ægrorum adstantus lectulis, ut de curatione aliquid decernamus, frequenter expectationem nostram deludunt, & aliquando quæ circulationi sanguinis (hypothesi sane omnium certissimæ) contraria sunt aut videntur, ægrotis utilia deprehenduntur, idcirco in Capite decimo tertio nihil in arte medica magis opportunum esse judicat, quam nova quotidie investigare præceptorum genera, sive sententias quasdam longo usu & matura confirmatas experientia, diagnosis, prognosin, curationemque morborum complectentes, quæ non solum raro fallunt, sed statim & absque multis theoriarum ambagibus veras perpetuasque agendorum indicationes nobis manifestant: cujus generis nonnullas in sequentibus exponit, quæ vel per optimorum librorum lectionem, vel per repetitam in variis Italiæ xenodochiis observationem, ipsi certo innotuerunt, ut ad illarum exemplar, tyrones nova indices præceptorum genera investigare conentur. Quandoquidem autem adminicula, quæ a remediis petuntur, frustranea quandoque sunt, imo noxia, in morbis ex animi passionibus dependentibus, Capite decimo quarto Medicos optat diligentes esse cautosque, in compellendis ægrotis de causa morbi occasionali, præsertim de animi passionibus, neque absque ullo facto examine

mine, singulorum morborum originem a repletionis & cacochymie fabula indiscriminatim deducere; monens inprimis curandum, ut animo sua reddatur tranquillitas, deinde vero stomacho primisque conditionibus esse prospiciendum, nec non exhilarandos excitandosque spiritus oppressos & fere confopitos. Desiderat quoque historiam morborum ab animi curis provenientium, in qua scilicet explicetur, qui potissimum morbi a quovis animi motu oriantur, quibus comitentur symptomatis, quomodo augeantur, & quomodo declinent, quamdiu durent, aut in qualis speciei morbum mutari soleant, quibus remediis leniantur, quibus exacerbentur, quæ medendi methodus singularis directe opportuna & stabilis detecta sit, &c. Concluditur liber primus parænesi ad Medicos, de investiganda & stabilienda methodo incolis certæ regionis aut urbis præ cæteris aecommodata, nec non de scribenda historia morborum, quibus illi frequentius sunt obnoxii, cujus præcipua capita sint de aere, fluvii, lacubus, fontibus, plantis & montibus, eorumque ad certas cœli plagas posita, de plantis & animalibus in patrio solo præcipue provenientibus, nec non de mineralibus, aliisque fossilibus: porro de moribus & temperamentis incolarum, de morbis illis familiaribus, & methodo qua eliminantur, de medicina indigena, sive medicamentis in patrio solo nascentibus, de variis & præcipuis tempestatum influentiis, aliisque sexcentis, quibus morborum origines tum foventur, tum curantur. Utque res exemplo clarior fieret, Cl. Auctor breviter exponit, quæ ipse Romæ circa aeris temperiem, & medendi methodum, quotidiano usu expertus est.

Libro secundo specialius argumentum, de quo præcedenti libro generalia allata sunt, pertractat doctissimus Baglivus, urgens inprimis, ut certa & stabilis morborum historia conscribatur, retenta antiqua eorum divisione in acutos & chronicos. Inquirit deinde in causas, cur cum tot ingentia passim prosterent observationum volumina, parum admodum profecerimus in accurata morborum descriptione, easque varias recenset; nimirum quod recentiores Philosophi nimium abstractionibus mentis tribuunt, quod antiquum odium sectæ rationalis in empiricam nondum extinctum, quod plurimi Auctores in faciendis observationibus methodum ac ordinem non adhibuerunt, quod multæ observationes in paucis tantum ægris factæ, nonnullæ autem theo-

riarum commentis turbata & confusa; quod praxis, qua usi nonnulli, speculativa magis & hypothetica fuit, quam ad naturam mentem comparata, quo factum, ut morbi periodos suas non absolverint per leges sibi inditas naturales & constantes, sed progressus, exitus & symptomata magis debeantur perversa methodo, quam immutabili & individua morborum natura; quod tandem ob mentem a predictis hypothesebus occupatam, multa symptomata eisdem non recte quadrantia omissa sunt, multa contra iisdem magis magisque confirmandis necessaria ad libitum conficta. Sed hæc prioribus traduntur capitibus, tertio vero adferuntur regulæ instituendi & promovendi historiam morborum, & ab illa derivandi aphorismos curativos. Opera nimirum danda est sedula, ut infinitæ particulares acquirantur cujusvis morbi observationes, eæque describantur stylo rudi & incomto, iisdemque loquendi formulis, quibus ægrotantes suas exprimunt affectiones, annotenturque minima non solum accidentia de die in diem in morbo apparentia, eorumque vehementia, progressus & exitus in melius vel deterius, verum etiam minimæ circumstantiæ temporis & loci, in quo fiunt observationes, constitutionis anni, causarum antecedentium & præsentium, methodi & remediorum; verbo, omnium quæ morbum antecedunt, concomitantur & consequuntur, quamvis vilia & inutilia videantur; ita ut nihil observator addat de suo, quod illi vel subtilis disputandi ratio, vel inanis eruditionis species possint suppeditare. Comparata sufficiens particularium historia debite separanda, ordinanda & digerenda est, factaque severa & exactissima particularium consideratione, præcepta generalia constituenda sunt, sed necessariis circumstantiis prudenter limitata. Quod opus cum ob ingentes labores multamque meditationem, quam sibi vendicat, non unius aut paucorum hominum, sed integri cœtus doctorum & in praxi exercitatorum virorum sit negotium, necessarium putat Auctor noster, ut Principes in urbibus suis, præsertim celebrioribus, & in quibus ingentia extant xenodochia, Medicorum Collegia praxeos per observationes promovendæ gratia instituant. Quæ in duas commode classes possint distingui, quarum altera legendis libris, morborum frequenter occurrentium observationes, non paradoxas nec raras, sed fideliter traditas continentibus, incumbat, ita ut unicuique clasæ hujus sodali unus duntaxat morbus tota sua vita tractandus

com-



committatur, qui investiget naturam morbi in genere, signa diagnostica & prognostica, monita & præcepta generalia, medendi methodos accuratiores, remedia selectiora ac ferme specifica, symptomatum & morborum mutuas inter se transmutationes, diuturnitatem vel brevitatem eorundem, naturæ conatus, methodum & ordinem in expulsiōne materiæ morbosæ, & hujus generis alia, singulaque in sua capita dispartiat. Altera clas̄is tota sit in exquirendis de novo notandisque morborum observationibus, ita ut singuli hujus clas̄is sodales in singulis morbis indagandis versentur, & (1) omnia ad vivum delineent symptomata, prout ab ægro referuntur: (2) inquirant, & post longas inquisitiones determinent, quænam symptomata sint constantia, ac velut diagnostica perpetua morbi tractandi, eaque distinguant a fortuitis, communibus, aliisque pendentibus potius a diversa medendi methodo, & concursu causarum pæne infinito, quam ab ipsa natura: (3) adnotent cum cura, quæ indoles, quæ vehementia, qui progressus & exitus symptomatum, quæ demum unius in aliud mutatio, singulis morbi temporibus appareat; quæ facies, quæ vehementia, qui progressus & exitus, quæ tandem mutatio in melius vel deterius in ipso morbo succedant, post cujuscunque symptomatis adventum aut recessum; quæ symptomata recedant, quæ augeantur a quovis adhibito remedio, secundum methodum præscriptam, singulis morbi temporibus, quæque mutatio ipsis morbi remedia consequatur; quæ symptomata comitentur morbum usque ad finem, & qua vehementia quovis illo tempore; quæ contra illum brevi deserant, & quonam illius tempore, demum qui eventus observentur in morbo, dum illum relinquunt, vel iterum regrediuntur: (4) horum omnium inquisitionem non solum ad centenos atque millenos ægrotantes perducatur, non neglecta sectione cadaverum morbis extinctorum, ut de rei veritate certi omnino fiant, & axiomata generalia facile possint extruere, sed eodem quoque tempore cogitent de perficienda sigillatim historia causarum, signorum diagnosticorum, indicationum solidarum, sive methodi curativæ, remediorum specificorum, aliorumque ad essentiam morbi cognoscendam spectantium. Inter leges Collegii hanc facit Auctor præcipuam, quæ statuto tempore, & saltem semel in mense, convenire jubet sodales, censoribusque (qui ex sodalibus creati seniores, doctiores, judicio maturi, & longa praxi exercitatissimi) proponere

re observationes peractas, ita ut penes hos jus sit corrigendi, quidquid peccatum fuerit contra leges historiarum, & methodum eidem perficienda prae caeteris opportunam. Capite quinto solvuntur argumenta, quae huic instituto possunt objici, ostenditurque frustra jactari, morbos esse effectus quosdam confusos, & instabiles, inordinatos, motusque naturae destitutae ac se defendere nescientis: cum ipsa experientia constet, morbos aequabilem quandam, certam & individuum in motibus periodisque suis constantiam servare, & humorum in morbis nonnullis specificationes ita esse constantes, ut qualemcunque demum partem morbus occupet, & qualemcunque personam induat, semper tamen manifestetur per characteres quosdam, specificationis suae indivulfos comites. Caeterum ut haec eo planius intelligantur, non tantum capite sexto proponitur specimen historiae in describenda podagra, & aphorismorum practico-rum hinc deductorum, nec non capite septimo longa series eorum, quae in arte medica adhuc desiderantur, quaeque ex historia morborum fideliter consignata possunt restitui; sed specialius paulo agitur capitibus sequentibus, de morborum signis diagnosticis, causis, indicationibus, & remediis specificis. Nam capite octavo, quanti intersit rite nosse morborum signa diagnostica, inculcat experientissimus Auctor, morborumque nonnullorum signa specialius prosequitur. Capite nono causas morborum pertractat, monetque, male vulgo negligi causam procatartica-m, cum tamen illa non raro nos manu quasi deducat ad penitiorum morbi cognitionem, caeterisque sit manifestior. Quamvis autem doctissimi quidam Viri in eam descenderint sententiam, dummodo constet, quibus indicationibus & remediis curandus sit morbus, parum referre, si causam illius immediatam & a sensibus remotissimam ignoremus; nihilominus tamen vias quasdam patere ostendit, quibus sensum ad hujus causae cognitionem pervenire possimus, si scilicet pulsus, feces, urinam, sputum, sudores, vomitus, sanguinem venae sectione extractum, colorem cutis, unguium, linguae inprimis constitutionem, nec non juvenia & laedentia, item mutationem unius morbi in alium speciei vel similis vel diversae, laesionem partium & operationum principalium, symptomata item morbum comitantia vel antecedentia, eorumque naturam, vim & modum invasionis, nec non remissionem aut exacerbationem ab assumptis remediis, probe consideremus. Porro cum indica-

catio-

cationes curativæ constantes & a repetitis morborum observationibus depromptæ prima praxeos sint fundamenta, has capitè decimo maxima indigere correctione asserit, cum falsis hodie hypothefibus innixæ nihil aliud nobis exhibeant, quam inania speculationum fœmnia. Existimat ergo, indicationes curativas aliunde certius deduci non posse, in morbis præcipue illis, in quibus mora omnis perniciofa est, quam a symptomatis tunc temporis gravioribus & supræ reliqua prædominantibus; quippe quæ morbi genium & gravitatem præ cæteris aperte nobis ostendant. Verum cum in quolibet morbo quatuor sint consideranda, morbus ipse, causa, symptomata & vires, Medicum ita horum omnium motus, originem, vim, aliasque circumstantias callere debere, ut de indicationibus nihil audeat decernere, nisi quatuor illis attente consideratis & relatis inter se, ut urgentiori primum possit prospicere. In chronicis contra cum phænomena sint diuturna & constantiora, indicationes a juvantibus & lædentibus præcipue desumendas esse monet, & fideli earundem ætiologia, ex cadaverum morbis denatorum sectione petenda. Capite undecimo ætiori paulo fœdere jungendas censet indicationes cum remediis, sed ita, ut non solum fideliter notentur remedia specifica, sed & præcepta stabilia circa usum, quantitatem, tempus, aliasque adhibendorum remediorum cautiones; cum intempestive usurpata plus noxæ, quam utilitatis, ægris afferant. Ultimo tandem capite illos impugnat, qui crises, criticosque dies derident. *Quamvis enim concedat, crises olim feliciter in Asiæ puriori tenuiorique aere successisse, non tamen hinc sequi putat, nullas apud nos posse observari, si modo post præscripta paucissima in principio morbi medicamenta, dum res ad statum tendit, a remediis, quantum licet, abstineamus, crisisque expectemus: cum constans adeo naturæ sit ordo, in perficiendis statotempore humorum peccantiû coctionibus & depurationibus. Arbitratur enim, defectum crisis hinc frequenter oriri, quod Præctici recentiores, ignari naturam esse morborum, præsertim acutorum, medicatricem, toto febrilis accensionis tempore assiduis remediorum formulis turbant ita humorum motum, ut ad criticam despumationem venire nequeant.*

Additæ sunt Dissertationes tres varii argumenti. Prima de Tarantula agit, quam Baglivus ideo conscripsit, quod illi qui, ante ipsum de hoc animalculo commentati sunt, vel ex alienis dictis scripserunt,

vel plurima ad arbitrium finxerunt; nemoque illorum vidit Apuliam, in qua Tarantula venenosam suam vim potissimum exercit, si unum excipias Epiphanium Ferdinandum Apulum. In eadem præ reliquis notatu digna occurrunt sequentia: Tarantula, a Tarento nobilissima olim Apuliæ urbe nomen adepta, ex araneorum fila textentium est genere, frequens in Apulia, regione plana æstivique Solis calore vehementer adusta, hyeme sub terra latens, nullisque vescens alimentis. Hostem habet animalculum vespæ non absimile, in dorso variegati coloris, in ventre vero nigricantis, quod tarantulas cæterosque araneos avidè quærit, occidit, & depascitur. Si plures in uno vase concludantur tarantulæ, altera alteram interficit & comedit. Per initia æstatis ex specubus suis prodeunt, arva iacolunt, & insidias struunt viatoribus. Ruricolæ, quando eas captare volunt, ad illarum latibula accedunt, tenuisque avenacæ fistulæ sonum, apum murmuri similem, modulantur, quo audito foras exit tarantula muscas venatura; vel tenui vibice motum, & gratum sibilum efficiunt, deinde vibicis apicem ad oram latibuli apponunt, quo factò tarantula e nido prodiens super vibicem ascendit & capitur. Magnitudine æquat vel etiam superat glandem, habetque octo pedes, quorum singuli terna agnoscunt internodia, anterioresque duo reliquis sunt minores. Corpusejus dividitur in duas partes principaliores, thoracem & ventrem, quæ tenui ligamento seu nodulo uniuntur. Caput thoraci & humeris continuum est, ex ejusque ore duo tela prodeunt similia forcipi hamato, quorum apex acutissimus est, suntque quasi duo veneni emissaria. Substantia eorum crustacea est & friabilis, & in maribus tarantulis firmiter sunt & acutiora, in foeminis contra obtusiora & laxiora. Post forcipes occurrunt duæ antennæ, quæ prope illas oriuntur, duo habentes internodia; extremitusque harum antennarum apex in maribus latior est & crassior, in foeminis acutior & subtilior. Tarantula oculos habet octo læves & lucidos, nec monticulis sive tuberculis exasperatos, & ex his quidem quatuor majores hinc inde ad latera capitis sitos, reliquos minores vix oculo nudo conspicuos, linea parallela sub primis dispositos, colore quandoque nigro, quandoque subcœruleo. Est hoc animal pilosum, ejusque color externus est varius. Nonnullæ enim tarantulæ æmulantur colorem coturnicum, aliæ cineritium vel subalbum, aliæ subnigrum, ad instar coloris pulicum, suntque demum,

quæ

quæ maculis hinc inde stellatis consperguntur. Cutis illarum mollis est, in maribus tamen durior, sed ad crustaceam substantiam non accedit. Viscera mollia & friabilia sunt, ut vix possit minima eorundem structura determinari. Fœmina ovario gaudet, mas autem organis prolificum semen generantibus, & pene, qui exurgit ex media commissura thoracis & ventris, estque nigricans, intortus, & forma referens muscæ aculeum. Coeunt appetente Junio, & post elapsos aliquot dies fœmina folliculum parturit coloris cœlestis, figura & magnitudine luxino similem, seu congeriem ovulorum, tenuissimis & flaccidis filis, mucoque sui generis unitorum, quam arcte complectitur, & per 12, 15, aut 20 dies continet, deinde in campo deserit, ut ovula calore Solis excludantur, post 20 aut 30 a partu dies. Noxiæ tantum sunt tarantulæ, quæ Apuliæ campos incolunt, æstivo tempore, præsertim urente Canicula, quia tunc a flagrantissimis Solis radiis venenum illarum exaltatur, ipsæque aguntur in rabiem, ut irritatæ pariter & non irritatæ, quoscunque sibi obvios, vigilantes æque atque dormientes, impetant. Morsus tempore exiguam vixque perceptibilem liquorem eructant, qui utrum venenum sit, an potius inflammatorum venenatorumque spirituum vehiculum, incertum est. Exitiales quoque sunt liquores, in quibus tarantulæ suffocantur. Hyeme si mordent tarantulæ, non offendunt, nec in alias translatae regiones, imo quæ montes Apuliæ terminantes inhabitant, quocunque tempore mordeant, sunt innoxie. Qui punguntur a tarantula, sentiunt ictum veluti a formica aut ape inflatum. Demorsa pars quandoque dolore, quandoque stupore insigni afficitur, circulo livido, nigro, aut subflavo coloratur, & paulo post in tumorem, acerbissimum dolorem commoventem, attollitur. Paucis elapsis horis, patientes ingenti cordis angore corripuntur, & generaliter loquendo, talia occurrunt in ipsis symptomata, qualia in maligna febre ex coagulatione laborantibus observari solent, spirandi scilicet difficultas, omnimoda fere pulsus oppressio, animalium vitaliumque actionum repentina ac pæne fatalis jactura. Quæ symptomata tamen graviora aut leviora sunt, pro varietate tarantularum, & ægri temperie. Variis quoque delectantur ægri coloribus, præcipue rubro, viridi & cœruleo, raro autem nigricanti. Cum autem multiplicia ac fere incredibilia sint tarantatorum symptomata, quorum multa a depravata imaginatione pendere videntur, non a veritate alie-

num censet doctissimus Auctor, venenum tarantularū, post exacerbationem vehementiorum symptomatum primis diebus apparentium, creare demum melancholiam sui generis, præcipuamque sedem figere in liquido nervorum seu spiritibus animalibus. Notatu quoque dignum putat, mulieres chlorosi laborantes eadem fere in Apulia pati symptomata, quæ tarantatas affligunt, eodemque modo curari, atque hinc mulieres non paucas tarantismum simulare, ut opportuna Musices occasione, solis tarantatis permessa, uti possint. Non autem solum, quamdiu tarantula vivit, venenum viget, ut falso nonnulli scripserunt, sed in his etiam, qui remediis ab imminente morte liberantur, adeo intime veneni semina humoribus inseruntur, ut vix extirpari possint, sed quotannis repullulent, potissimum circa illud tempus, quo quis demorsus fuit, & maxima quidem cum vehementia, nisi statim ad consueta remedia confugiatur. Indicationes curativæ in eo consistunt, ut dissolvantur attenuenturque humores virulento afflati contagio, per medicamenta alexipharmaca & bezoardica, & demorsus locus statim scarificetur, ipsique applicetur cucurbitula, ad veneni extractionem, deinde theriaca & allio contuso foveatur, donec venenum aliquantisper fuerit debilitatum. Primas autem inter remedia interna tenet aqua Reginæ Hungariæ, vel ipsa essentia rorismarini per se destillata, & sumta cum aqua theriacali, corticum citri, vel hyssopi, melissæ, aut serpilli, vel etiam brodio herbis alexiteriis alterato. Quæ tamen remedia frustranea sunt, nisi adhibeatur Musica, præcipuum hujus mali antidotum, qua audita, quamvis ad instar apoplecticorum jaceant ægri, sensum movere incipiunt manus, pedes, & reliqua denique membra, donec tandem in pedes erecti ululent, suspirent, & choreas inchoent, quas frequenter duas tresve horas continuant. Postquam vero paululum quieverunt in lectulo, ad sudores abstergendos viresque reficiendas, eadem vehementia ad saltationes prorunt, & duodecim fere horas impendunt in choreis vicissim institutis, donec tandem ab omnibus se solutos symptomatibus persentiunt, quod fit frequentissime post tertium vel quartum diem, & deinde per totum illum annum a pravi morbi insultibus vivunt immunes. Redeunte vero anni tempore, quo a tarantula admorsus fuerant, si per consuetas choreas morbi vehementiæ non antevertunt, paroxysmus derepente ingruens illos occupat, ut ubicunque reperiantur, concidant velut apople-

plectici, aphony, cum denigratione faciei & extremorum, sique nec tunc saltent, toto illo anno miserrime discrucientur. Excitantur tarantati ad saltandum non solum diversis sonorum modis, prout a diversa specie tarantulæ fuerunt icti, sed etiam peculiaribus delectantur instrumentis, alii fistula pastorali, alii tympano parvo, alii cythara, alii lyra &c. omnes tamen velocissima sonorum modulamina desiderant, quibus instar amentium concitantur & moventur. Quod vero & tarantulæ Musica gaudeant, & ad saltandum impellantur, majori probatione egere putat Baglivus, quamvis hoc ipsi non improbabile videatur; neque ipse vidit bruta a tarantula morsa, ut vulgo ferunt, saltare. Cæterum Musicam hinc judicat vim habere solvendi spirituum humorumque venenosum coagulatum, quod ab instrumentis commotus aër vehementius ferit spirituum, humorum & membranarum systema, & ex valido illo impulsu vehementior pariter in humoribus exoritur fermentatio, exaltatio, & debita fluiditatis restitutio: quæ a remediis diaphoreticis intus sumtis effici non possunt, quia antequam ad sanguinem perveniant, vires suas magna ex parte amittunt, aguntque in fluida tantum, non æque in solida. Eidem dissertationi inserta est summa literarum P. Joh. Dominici Putignani S. J. quibus refert, in urbe Calabriae Paula virtutem lapidis serpentis Cobras de Cabelo alexipharmacam, a celeberrimo Redo in dubium vocatam, a se comprobata in rustico a Calabro scorpione icto, & in extremum vitæ periculum redacto.

Dissertatione secunda de usu & abusu vesicantium agitur, & cap. 1. proponuntur nonnulla experimenta circa effectus cantharidum, ex quibus colligitur, causticum illarum sal dissolvere sanguinem & colliquare. Cap. 2. incommoda ab usu vesicantium oritunda recensentur, quod scilicet sitim vehementem producant; quod ulcera a vesicantibus excitata desinant quandoque in gangrænam, præsertim in cachecticis, hydropicis, aut qui lue Gallica graviter laborarunt; quod graviter capite vulneratis, & delirantibus febri acuta, convulsiones mortemque inferunt; quod non solum gangrænam, verum etiam mictus sanguineos & ardores urinæ, aliaque vesicæ mala frequenter gignunt, præsertim in macilentis & gracilibus, tempore anni æstivo; quodque in salacibus viris foedissimas satyriases excitant. Cap. 3. ostenditur, quantum in constitutione sanguinis acri & colliquativa obsunt vesicantia, tantum

illa conferte in diathesi ejusdem crassa, viscida, & ad coagulationem stagnationesque se disponente, v. g. in febribus, quæ exilissimo pulsu, extremitatibus frigidis, anxietate, ad morbos soporosos propensione, aliisque coagulationis indiciis stipantur; in pleuritide, quando circa quintum circiter vel septimum diem magna spirandi & expectorandi difficultas ægrum in summum discrimen conjicit, si duo vesicantia tibis vel cruribus admoveantur; nec non in oculorum & faciei morbis. Si arescant ulcera a vesicantibus excitata cum colore subnigro aut livescente, & quasi gangrænam iminentur, consulit Baglivus, ut bis vel ter quotidie melle rosaceo inungantur, sed si difficulter cicatricem ducant, ut pulvis thuris subtilissime contriti bis in die vulnere aspergatur, Qui gravissima tussi cum sputo crasso & copioso laborant, hos a nullo remediorum genere tantam utilitatem recipere, quantam a vesicatorio cervici appposito, confirmat, hortaturque Medicos, ut in pertinacibus viscerum obstructionibus, cachexiis, suppressionibus mensium &c. usum cantharidum experiantur. Tandem cum vesicantia stimulando agant, & inter stimulos principem obtineant locum, eorum naturam, ad mentem doctissimi Bellini, in capite ultimo exponit.

Dissertatio tertia præter syllogen experimentorum, per infusoriam in vivis animalibus factorum, continet historiam tum apoplexiarum epidemicarum, anno 1694 & 1695 in Urbe & per Italiam observatarum, tum morbi & sectionis cadaveris sagacissimi Medici, Marcelli Malpighii, qui d. 29 Novembr. a. 1694 apoplexia correptus diem obiit supremum. Aperto capite, in cavitate dextri ventriculi cerebri duæ libræ circiter sanguinis nigri & grumosi extravasati, in ventriculo sinistro aqua subflava ad pondus sesquiuncie, eique intermissæ minimæ arenulæ exigua quantitate, ipsaque vasa sanguifera cerebri undequaque varicosa fuerunt inventa.

*JOANNIS CIAMPINI EXPLICATIO DUORUM SARCOPHAGORUM, sacrum Baptismatis ritum indicantium.*

Romæ, typis Bernabò, 1697. in 4. Plag. 4. cum Fig. æneis.

**A**ntiqua duo monumenta marmoris olim insculpta libello hoc illustrantur, quorum id, quod nobis non minus quam Editori celeberrimo momenti maximi visum, hoc quoque loco contemplandum Lettori benevolo exhibemus. Complusculi jam anni lapsi sunt, ex quo



TAB. I



riarum commentis turbata & confusa; quod praxis, qua usi nonnulli, speculativa magis & hypothetica fuit, quam ad naturæ mentem comparata, quo factum, ut morbi periodos suas non absolverint per leges sibi inditas naturales & constantes, sed progressus, exitus & symptomata magis debeantur perversæ methodo, quam immutabili & individua morborum naturæ; quod tandem ob mentem a prædictis hypothesebus occupatam, multa symptomata eisdem non recte quadrantia omissa sunt, multa contra iisdem magis magisque confirmandis necessaria ad libitum conficta. Sed hæc prioribus traduntur capitibus, tertio vero adferuntur regulæ instituendi & promovendi historiam morborum, & ab illa derivandi aphorismos curativos. Opera nimirum danda est sedula, ut infinitæ particulares acquirantur cujusvis morbi observationes, eæque describantur stylo rudi & incompto, iisdemq; loquendi formulis, quibus ægrotantes suas exprimunt affectiones, annotenturque minima non solum accidentia de die in diem in morbo apparentia, eorumque vehementia, progressus & exitus in melius vel deterius, verum etiam minimæ circumstantiæ temporis & loci, in quo fiunt observationes, constitutionis anni, causarum antecedentium & præsentium, methodi & remediorum; verbo, omnium quæ morbum antecedunt, concomitantur & consequuntur, quamvis vilia & inutilia videantur; ita ut nihil observator addat de suo, quod illi vel subtilis disputandi ratio, vel inanis eruditionis species possint suppeditare. Comparata sufficiens particularium historia debite separanda, ordinanda & digerenda est, factaque severa & exactissima particularium consideratione, præcepta generalia constituenda sunt, sed necessariis circumstantiis prudenter limitata. Quod opus cum ob ingentes labores multamque meditationem, quam sibi vendicat, non unius aut paucorum hominum, sed integri cœtus doctorum & in praxi exercitatorum virosum sit negotium, necessarium putat Auctor noster, ut Principes in urbibus suis, præsertim celebrioribus, & in quibus ingentia extant xenodochia, Medicorum Collegia praxeos per observationes promovendæ gratia instituant. Quæ in duas commode classes possint distingui, quarum altera legendis libris, morborum frequenter occurrentium observationes, non paradoxas nec raras, sed fideliter traditas continentibus, incumbat, ita ut unicuique clasæ hujus sodali unus duntaxat morbus tota sua vita tractandus

cóm-

committatur, qui investiget naturam morbi in genere, signa diagnostica & prognostica, monita & præcepta generalia, medendi methodos accuratiores, remedia selectiora ac ferme specifica, symptomatum & morborum mutuas inter se transmutationes, diuturnitatem vel brevitatem eorundem, naturæ conatus, methodum & ordinem in expulsiōne materiæ morbosæ, & hujus generis alia, singulaque in sua capita dispertiat. Altera classis tota sit in exquirendis de novo notandisque morborum observationibus, ita ut singuli hujus classis sodales in singulis morbis indagandis versentur, & (1) omnia ad vivum delineent symptomata, prout ab ægro referuntur: (2) inquirent, & post longas inquisitiones determinent, quænam symptomata sint constantia, ac velut diagnostica perpetua morbi tractandi, eaque distinguant a fortuitis, communibus, aliisque pendentibus potius a diversa medendi methodo, & concursu causarum pæne infinito, quam ab ipsa natura: (3) adnotent cum cura, quæ indoles, quæ vehementia, qui progressus & exitus symptomatum, quæ demum unius in aliud mutatio, singulis morbi temporibus appareat; quæ facies, quæ vehementia, qui progressus & exitus, quæ tandem mutatio in melius vel deterius in ipso morbo succedant, post cujuscuque symptomatis adventum aut recessum; quæ symptomata recedant, quæ augeantur a quovis adhibito remedio, secundum methodum præscriptam, singulis morbi temporibus, quæque mutatio ipsius morbi remedia consequatur; quæ symptomata comitentur morbum usque ad finem, & qua vehementia quovis illo tempore; quæ contra illum brevi deserant, & quonam illius tempore, demum qui eventus observentur in morbo, dum illum relinquunt, vel iterum regrediuntur: (4) horum omnium inquisitionem non solum ad centenos atque millenos agrotantes perducatur, non neglecta sectione cadaverum morbis extinctorum, ut de rei veritate certi omnino fiant, & axiomata generalia facile possint extruere, sed eodem quoque tempore cogitent de perficienda sigillatim historia causarum, signorum diagnosticorum, indicationum solidarum, sive methodi curativæ, remediorum specificorum, aliorumque ad essentiam morbi cognoscendam spectantium. Inter leges Collegii hanc facit Auctor præcipuam, quæ statuto tempore, & faltem semel in mense, convenire jubet sodales, censoribusque (qui ex sodalibus creati seniores, doctiores, judicio maturi, & longa praxi exercitatissimi) proponere

re

re observationes peractas, ita ut penes hos jus sit corrigendi, quidquid peccatum fuerit contra leges historiarum, & methodum eidem perficiendae prae caeteris opportunam. Capite quinto solvuntur argumenta, quae huic instituto possunt objici, ostenditurque frustra jactari, morbos esse effectus quosdam confusos, & instabiles, inordinatos, motusque naturae destitutae ac se defendere nescientis: cum ipsa experientia constet, morbos æquabilem quandam, certam & individuum in motibus periodicisque suis constantiam servare, & humorum in morbis nonnullis specificationes ita esse constantes, ut qualemcunque demum partem morbus occupet, & qualemcunque personam induat, semper tamen manifestetur per characteres quosdam, specificationis suae indivulsos comites. Caeterum ut hæc eo planius intelligantur, non tantum capite sexto proponitur specimen historiarum in describenda podagra, & aphorismorum practitorum hinc deductorum, nec non capite septimo longa series eorum, quae in arte medica adhuc desiderantur, quaeque ex historia morborum fideliter consignata possunt restitui; sed specialius paulo agitur capitibus sequentibus, de morborum signis diagnosticis, causis, indicationibus, & remediis specificis. Nam capite octavo, quanti intersit rite nosse morborum signa diagnostica, inculcat experientissimus Auctor, morborumque nonnullorum signa specialius prosequitur. Capite nono causas morborum pertractat, monetque, male vulgo negligi causam procatarteticam, cum tamen illa non raro nos manu quasi deducat ad penitiorum morbi cognitionem, caeterisque sit manifestior. Quamvis autem doctissimi quidam Viri in eam descenderint sententiam, dummodo constet, quibus indicationibus & remediis curandus sit morbus, parum referre, si causam illius immediatam & a sensibus remotissimam ignoremus; nihilominus tamen vias quasdam patere ostendit, quibus sensum ad hujus causae cognitionem pervenire possimus, si scilicet pulsus, feces, urinam, sputum, sudores, vomitus, sanguinem venae sectione extractum, colorem cutis, unguium, linguae imprimis constitutionem, nec non juvenilia & laedentia, item mutationem unius morbi in alium speciei vel similis vel diversae, laesionem partium & operationum principalium, symptomata item morbum comitantia vel antecedentia, eorumque naturam, vim & modum invasionis, nec non remissionem aut exacerbationem ab assumptis remediis, probe consideremus. Porro cum indi-

catio-

cationes curativæ constantes & a repetitis morborum observationibus depromptæ prima praxeos sint fundamenta, has capitè decimo maxima indigere correctione asserit, cum falsis hodie hypothésibus innixæ nihil aliud nobis exhibeant, quam inania speculationum somnia. Existimat ergo, indicationes curativas aliunde certius deduci non posse, in morbis præcipue illis, in quibus mora omnis perniciosa est, quam a symptomatis tunc temporis gravioribus & suprærelia prædominantibus; quippe quæ morbi genium & gravitatem præ cæteris aperte nobis ostendant. Verum cum in quolibet morbo quatuor sint consideranda, morbus ipse, causa, symptomata & vires, Medicum ita horum omnium motus, originem, vim, aliasque circumstantias callere debere, ut de indicationibus nihil audeat decernere, nisi quatuor illis attente consideratis & relatis inter se, ut urgentiori primum possit prospicere. In chronicis contra cum phænomena sint diuturna & constantiora, indicationes a juvantibus & lædentibus præcipue desumendas esse monet, & fideli earundem ætiologia, ex cadaverum morbis denatorum sectione petenda. Capite undecimo ætiori paulo foedere conjungendas censet indicationes cum remediis, sed ita, ut non solum fideliter notentur remedia specifica, sed & præcepta stabilia circa usum, quantitatem, tempus, aliasque adhibendorum remediorum cautiones; cum intempestive usurpata plus noxæ, quam utilitatis, ægris afferant. Ultimo tandem capite illos impugnat, qui crises, criticosque dies derident. Quamvis enim concedat, crises olim feliciter in Asiæ puriori tenuiorique aere successisse, non tamen hinc sequi putat, nullas apud nos posse observari, si modo post præscripta paucissima in principio morbi medicamenta, dum res ad statum tendit, a remediis, quantum licet, abstineamus, crisisque expectemus: cum constans adeo naturæ sit ordo, in perficiendis statotempore humorum peccantiû coctionibus & depurationibus. Arbitratur enim, defectum criticism hinc frequenter oriri, quod Practici recentiores, ignari naturam esse morborum, præsertim acutorum, medicatricem, toto febrilis accensionis tempore assiduis remediorum formulis turbant ita humorum motum, ut ad criticam despumationem venire nequeant.

Additæ sunt Dissertationes tres varii argumenti. Prima de Tarantula agit, quam Baglivus ideo conscripsit, quod illi qui, ante ipsum de hoc animalculo commentati sunt, vel ex alienis dictis scripserunt,

vel plurima ad arbitrium finxerunt, nemoque illorum vidit Apuliam, in qua Tarantula venenosam suam vim potissimum exerit, si unum excipias Epiphanium Ferdinandum Apulum. In eadem præ reliquis notatu digna occurrunt sequentia: Tarantula, a Tarento nobilissima olim Apuliæ urbe nomen adepta, ex araneorum fila textentium est genere, frequens in Apulia, regione plana æstivique Solis calore vehementer adusta, hyeme sub terra latens, nullisque vescens alimentis. Hostem habet animalculum vespæ non absimile, in dorso variegati coloris, in ventre vero nigricantis, quod tarantulas cæterosque araneos avide quærit, occidit, & depascitur. Si plures in uno vase concludantur tarantulæ, altera alteram interficit & comedit. Per initia æstatis ex specubus suis prodeunt, arva iacolunt, & insidias struunt viatoribus. Ruricolæ, quando eas captare volunt, ad illarum latibula accedunt, tenuisque avenacæ fistulæ sonum, apum murmuri similem, modulantur, quo audito foras exit tarantula muscas venatura; vel tenui vibice motum, & gratum sibilum efficiunt, deinde vibicis apicem ad oram latibuli apponunt, quo factò tarantula e nido prodiens super vibicem ascendit & capitur. Magnitudine æquat vel etiam superat glandem, habetque octo pedes, quorum singuli terna agnoscunt internodia, anterioresque duo reliquis sunt minores. Corpusejus dividitur in duas partes principales, thoracem & ventrem, quæ tenui ligamento seu nodulo uniuntur. Caput thoraci & humeris continuum est, ex ejusque ore duo tela prodeunt similia forcipi hamato, quorum apex acutissimus est, suntque quasi duo veneni emissaria. Substantia eorum crustacea est & friabilis, & in maribus tarantulis firmiter sunt & acutiora, in foeminis contra obtusiora & laxiora. Post forcipes occurrunt duæ antennæ, quæ prope illas oriuntur, duo habentes internodia; extremusque harum antennarum apex in maribus latior est & crassior, in foeminis acutior & subtilior. Tarantula oculos habet octo læves & lucidos, nec monticulis sive tuberculis exasperatos, & ex his quidem quatuor majores hinc inde ad latera capitis sitos, reliquos minores vix oculo nudo conspicuos, linea parallela sub primis dispositos, colore quandoque nigro, quandoque subcœruleo. Est hoc animal pilosum, ejusque color externus est varius. Nonnullæ enim tarantulæ æmulantur colorem coturnicum, aliæ cineritium vel subalbum, aliæ subnigrum, ad instar coloris pulicum, suntque demum,

quæ

quæ maculis hinc inde stellatis conspurguntur. Cutis illarum mollis est, in maribus tamen durior, sed ad crustaceam substantiam non accedit. Viscera mollia & friabilia sunt, ut vix possit minima eorundem structura determinari. Fœmina ovario gaudet, mas autem organis prolificum semen generantibus, & pene, qui exurgit ex media commissura thoracis & ventris, estque nigricans, intortus, & forma referens muscæ aculeum. Coeunt appetente Junio, & post elapsos aliquot dies fœmina folliculum parturit coloris cœlestis, figura & magnitudine luxino similem, seu congeriem ovulorum, tenuissimis & flaccidis filis, mucoque sui generis unitorum, quam arcte complectitur, & per 12, 15, aut 20 dies continet, deinde in campo deserit, ut ovula calore Solis excludantur, post 20 aut 30 a partu dies. Noxiæ tantum sunt tarantulæ, quæ Apuliæ campos incolunt, æstivo tempore, præsertim urente Carnicula, quia tunc a flagrantissimis Solis radiis venenum illarum exaltatur, ipsæque aguntur in rabiem, ut irritatæ pariter & non irritatæ, quoscunque sibi obvios, vigilantes æque atque dormientes, impetant. Morsus tempore exiguum vixque perceptibilem liquorem eructant, qui utrum venenum sit, an potius inflammatorum venenatorumque spirituum vehiculum, incertum est. Exitiales quoque sunt liquores, in quibus tarantulæ suffocantur. Hyeme si mordent tarantulæ, non offendunt, nec in alias translatae regiones, imo quæ montes Apuliæ terminantes inhabitant, quocunque tempore mordeant, sunt innoxie. Qui punguntur a tarantula, sentiunt ictum veluti a formica aut ape inflictum. Demorsa pars quandoque dolore, quandoque stupore insigni afficitur, circulo livido, nigro, aut subflavo coloratur, & paulo post in tumorem, acerbissimum dolorem commoventem, attollitur. Paucis elapsis horis, patientes ingenti cordis angore corripiuntur, & generaliter loquendo, talia occurrunt in ipsis symptomata, qualia in maligna febre ex coagulatione laborantibus observari solent, spirandi scilicet difficultas, omnimoda fere pulsus oppressio, animalium vitaliumque actionum repentina ac pæne fatalis jactura. Quæ symptomata tamen graviora aut leviora sunt, pro varietate tarantularum, & ægri temperie. Variis quoque delectantur ægri coloribus, præcipue rubro, viridi & cœruleo, raro autem nigricanti. Cum autem multiplicia ac fere incredibilia sint tarantatorum symptomata, quorum multa a depravata imaginatione pendere videntur, non a veritate alienum

num censet doctissimus Auctor, venenum tarantularū. post exacerbationem vehementiorum symptomatum primis diebus apparentium, creare demum melancholiam sui generis, præcipuamque sedem figere in liquido nervorum seu spiritibus animalibus. Notatu quoque dignum putat, mulieres chlorosi laborantes eadem fere in Apulia pati symptomata, quæ tarantatas affligunt, eodemque modo curari, atque hinc mulieres non paucas tarantissimum simulare, ut opportuna Musices occasione, solis tarantatis permessa, uti possint. Non autem solum, quamdiu tarantula vivit, venenum viget, ut falso nonnulli scripserunt, sed in his etiam, qui remediis ab imminente morte liberantur, adeo intime veneni semina humoribus inseruntur, ut vix extirpari possint, sed quotannis repullulent, potissimum circa illud tempus, quo quis demorsus fuit, & maxima quidem cum vehementia, nisi statim ad consueta remedia confugiatur. Indicationes curativæ in eo consistunt, ut dissolvantur attenuenturque humores virulento afflati contagio, per medicamenta alexipharmaca & bezoardica, & demorsus locus statim scarificetur, ipsique applicetur cucurbitula, ad veneni extractionem, deinde theriaca & allio contuso foveatur, donec venenum aliquantisper fuerit debilitatum. Primas autem inter remedia interna tenet aqua Reginæ Hungariæ, vel ipsa essentia rorismarini per se destillata, & sumta cum aqua theriacali, corticum citri, vel hyssopi, melissæ, aut serpilli, vel etiam brodio herbis alexiteriis alterato. Quæ tamen remedia frustranea sunt, nisi adhibeatur Musica, præcipuum hujus mali antidotum, qua audita, quamvis ad instar apoplecticorum jaceant ægri, sensim movere incipiunt manus, pedes, & reliqua denique membra, donec tandem in pedes erecti ululent, suspirent, & choreas inchoent, quas frequenter duas tresve horas continuant. Postquam vero paululum quieverunt in lectulo, ad sudores abstergendos viresque reficiendas, eadem vehementia ad saltationes prorunt, & duodecim fere horas impendunt in choreis vicissim institutis, donec tandem ab omnibus se solutos symptomatibus persentiant, quod fit frequentissime post tertium vel quartum diem, & deinde per totum illum annum a pravi morbi insultibus vivunt immunes. Redeunte vero anni tempore, quo a tarantula admorsus fuerant, si per consuetas choreas morbi vehementiæ non antevertunt, paroxysmus derepente ingruens illos occupat, ut ubicunque reperiantur, concidant velut apople-



plectici, aphonii, cum denigratione faciei & extremorum, sique nec tunc saltent, toto illo anno miserrime discrucientur. Excitantur tarantati ad saltandum non solum diversis sonorum modis, prout a diversa specie tarantulæ fuerunt icti, sed etiam peculiaribus delectantur instrumentis, alii fistula pastorali, alii tympano parvo, alii cythara, alii lyra &c. omnes tamen velocissima sonorum modulamina desiderant, quibus instar amentium concitantur & moventur. Quod vero & tarantulæ Musica gaudeant, & ad saltandum impellantur, majori probatione egere putat Baglivus, quamvis hoc ipsi non improbabile videatur; neque ipse vidit bruta a tarantula morfa, ut vulgo ferunt, saltare. Cæterum Musicam hinc judicat vim habere solvendi spirituum humorumque venenosum coagulatum, quod ab instrumentis commotus aër vehementius ferit spirituum, humorum & membranarum systema, & ex valido illo impulsu vehementior pariter in humoribus exoritur fermentatio, exaltatio, & debita fluiditatis restitutio: quæ a remediis diaphoreticis intus sumtis effici non possunt, quia antequam ad sanguinem perveniant, vires suas magna ex parte amittunt, aguntque in fluida tantum, non æque in solida. Eidem dissertationi inserta est summa literarum P. Joh. Dominici Putignani S. J. quibus refert, in urbe Calabriae Paula virtutem lapidis serpentis Cobras de Cabo alexipharmacæ, a celeberrimo Redo in dubium vocatam, a se comprobata in rustico a Calabro scorpione icto, & in extremum vitæ periculum redacto.

Dissertatione secunda de usu & abusu vesicantium agitur, & cap. 1. proponuntur nonnulla experimenta circa effectus cantharidum, ex quibus colligitur, causticum illarum sal dissolvere sanguinem & colligare. Cap. 2. incommoda ab usu vesicantium oriunda recensentur, quod scilicet sitim vehementem producant; quod ulcera a vesicantibus excitata desinunt quandoque in gangrænam, præsertim in cachecticis, hydropicis, aut qui lue Gallica graviter laborarunt; quod graviter capite vulneratis, & delirantibus febris acuta, convulsiones mortemque inferunt; quod non solum gangrænam, verum etiam mictus sanguineos & ardores urinæ, aliaque vesicæ mala frequenter gignunt, præsertim in macilentis & gracilibus, tempore anni æstivo; quodque in salacibus viris foedissimas satyriases excitant. Cap. 3. ostenditur, quantum in constitutione sanguinis acri & colliquativa obsunt vesicantia, tantum illa

illa conferre in diathesi ejusdem crassa, viscida, & ad coagulationem stagnationesque se disponente, v. g. in febribus, quæ exilissimo pulsu, extremitatibus frigidis, anxietate, ad morbos seporosos propensione, aliisque coagulationis indiciis stipantur; in pleuritide, quando circa quintum circiter vel septimum diem magna spirandi & expectorandi difficultas ægrum in summum discrimen conjicit, si duo vesicantia tibis vel cruribus admoveantur; nec non in oculorum & faciei morbis. Si arescant ulcera a vesicantibus excitata cum colore subnigro aut livescente, & quasi gangrænam mimentur, consulit Baglivus, ut bis vel ter quotidie melle rosaceo inungantur, sed si difficulter cicatricem ducant, ut pulvis thuris subtilissime contriti bis in die vulnere aspergatur, Qui gravissima tussi cum sputo crasso & copioso laborant, hos a nullo remediorum genere tantam utilitatem recipere, quantam a vesicatorio cervici appposito, confirmat, hortaturque Medicos, ut in pertinacibus viscerum obstructionibus, cachexiis, suppressionibus mensium &c. usum cantharidum experiantur. Tandem cum vesicantia stimulando agant, & inter stimulos principem obtineant locum, eorum naturam, ad mentem doctissimi Bellini, in capite ultimo exponit.

Dissertatio tertia præter syllogen experimentorum, per infusoriam in vivis animalibus factorum, continet historiam tum apoplexiarum epidemicarum, anno 1694 & 1695 in Urbe & per Italiam observatarum, tum morbi & sectionis cadaveris sagacissimi Medici, Marcelli Malpighii, qui d. 29 Novembr. a. 1694 apoplexia correptus diem obiit supremum. Aperto capite, in cavitate dextri ventriculi cerebri duæ libræ circiter sanguinis nigri & grumosi extravasati, in ventriculo sinistro aqua subflava ad pondus sesquiunciaz, eique intermissæ minimæ arenulæ exigua quantitate, ipsaque vasa sanguifera cerebri undequaque varicosa fuerunt inventa.

*JOANNIS CIAMPINI EXPLICATIO DUORUM SARCO-PHAGORUM, sacrum Baptismatis ritum indicantium.*

Romæ, typis Bernabò, 1697. in 4. Plag. 4. cum Fig. æneis.

**A**ntiqua duo monumenta marmoris olim inculpta libello hoc illustrantur, quorum id, quod nobis non minus quam Editori celeberrimo momenti maximi visum, hoc quoque loco contemplandum Lettori benevolo exhibemus. Complusculi jam anni lapsi sunt, ex quo





quo ea aptud Chiaiam, oppidum Neapoli suburbanum, in villa Excellentissimi Principis *Caramanici*, in cujus palatio hodieque asservantur, fuerunt detecta, eorumque delineatio a Principis affine Reverendissimo *Andrea ab Aquino*, Tricariensi olim Episcopo, Romam ad Illustrissimum *Joannem Ciampinum*, quem in omni Antiquitate curiosissimum noverat, transmissa. Et hic quidem utriusque monumenti figuras jamdudum celeberrimo *Mabillonio*, cum hic Romæ commoraretur, denoverat: qui easdem in *Itinere Italico Litterario* Parisiis A. 1687 edito, & a nobis in Actis hiscæ ejusdem anni mense Novembri pag. 503 recensito, in quo passim Ciampini officiositatem & erga se benevolentiam deprædicat, ad mensem Julium pag. 73. publicavit quidem, sed ita ut nihil aliud, quam repræsentari in iis baptismum per immersionem simul & superfusionem ab homine Laico collatum, Longobardos autem aut Græcos barba quorundam prolixiore indicari, monuerit. Tandem itaque Ciampinus ipse explicationem imaginum, & ejus in primis, quam sistimus, in præsentis libello aggressus est, & Longobardos delineari agnoscit, per eos vero, qui in uno eodemque baptisterio sacris undis abluuntur, non alios, quam *Agilulfum* Longobardorum quondam Regem ejusque conjugem *Theodelindam* repræsentari, persuasum cupit Lectoribus. Et celebris utique est in Annalibus *Theodelinda* illa, *Garibaldi* Bojorum Regis filia, quæ *Authari* Longobardorum Regi primum nupta, postquam hic decessisset, *Agilulfum* Taurinatum eo tempore Ducem ultro sibi maritum ascivit, deditque universæ genti Longobardicæ Regem, & antiqua traditione Longobardos seu a Gentilismo, seu ab Arianismo ad fidem Catholicam convertisse creditur. Eam ergo Maritum quoque ad religionem Christianam perduxisse, ac una cum eo sacrum baptismum suscepisse, Ciampinus probabile existimat, anno etiam baptismatis, supra quingentesimum nempe post Christum natum nonagesimo primo, constituto. Cum vero conjecturæ huic suæ tria obstare deprehendisset, 1. quod *Theodelinda* jam diu ante Christianæ fidei fuerit addicta; 2. quod Longobardi etiam jam ante fuerint Christiani, licet Aarii hæresin sectati; 3. quod Longobardi Neapolin usque nunquam penetrarint: ad singulare spondere nititur. Ad primum: fuisse quidem jam antea *Theodelindam* Christianæ religionis dogmatibus utcunque imbutam, at nondum baptizatam; cum in longius etiam tempus Baptismum differ-

re, infrequens inter Christianos ea ætate non fuerit. Ad secundum: Longobardis Arianis immixtos etiam fuisse Gentiles, & ex horum numero fuisse Agilulfum. Ad tertium: Longobardos Beneventanam saltem regionem jam anno 571 occupasse, posteaque & Neapolitanam subinde invasisse; cumque sub initium septimi seculi Joannes Confinus, Agilulfi forte consanguineus, Neapolitanæ civitatis & provinciæ præfectus esset, probabile videri, quod Agilulfus ad eum profectus Neapoli obierit, ac in ejus suburbio Chiaia fuerit tumulatus. Duo supersunt, de quibus disquiri possit; alterum baptizantis vestitus, qui Laicum prodere videtur; alterum forma baptismi per immersionem simul & aspersionem. Et circa posterius quidem facile se expedit Ciampinus, ritumque illum a temporum istorum consuetudine non abhorre, ex picturis similibus aliis ostendit: quemadmodum idem confirmat *Mabilionius* in laudato supra *Itinere Italico*, ubi ad diem X. Augusti, pag. 81. in atrio Basilicæ S. Laurentii depingi ita memorat S. Romanum a S. Laurentio baptizatum, ut Laurentius dextra Romanum nudum utpote aquis immersum benedicens, sinistra urceum aqua plenum super ejusdem caput effundens repræsentetur; superfusione nimirum, quod caput in aquam mergi non posset, adhibita, ut nulla pars hominis expers esset sacri lavacri. Circa prius vero fluctuare Ciampinum videas, ita tamen, ut postquam varia conjectasset, in ea denique sententia acquiescat, Presbyterum fuisse, qui baptizat, sed metu Arianorum, qui inter Longobardos frequentes erant, Laici habitum indutum; prout olim hodieque Sacerdotes, in ditiones a Catholica religione alienas missi, Laicali habitu incedere consueverint. Hæc summa est eorum, quæ in libello ipso latius ab Illustrissimo Ciampino explicantur, non prohibituro, ut opinamur, quin & alii historiarum & antiquorum sacrorum rituum periti rem omnem sub exactius examen revocent, & si in conjecturas forte alias magis probabiles inciderint, eas cum publico benevole communicent.

*DOMINI MARCHIONIS HOSPITALII SOLUTIO PROBLEMA-  
tis propositi in hisce Actis mense Majò, A. 1697. a D. Jac. Bernoullò,  
desumpta ex Methodo de maximis &  
minimis.*

Addun-

1841



G

nempe

.1698. pag. 49:

Fig: 3





Fig: 4.

Addun-



Adduntur & aliæ Solutiones quinque, ex eadem methodo collectæ, Problematum huic affinium, nuper etiam ab altero D. Joh. Bernouillo fratre propositorum, in hujus anni 1697 Ephemeridibus Gallicis num. 33, pag. 394 & seq.

Vix dum rurſus Pariſios redieram, cum attentius expendi Solutiones *menſe Majo* in *Actis* editas Problematum a doctiſſimo Groningæ Profefſore *Job. Bernouillo* propositorum. Nec fane diffitebor, mearum conſenſum cum illis magis eo placuiſſe mihi, quod illæ non eſſent niſi a Geometris inſignioribus exhibitæ. Hos autem inter legitur clariffimus alter *Bernouillus* (Jac.) Baſilæ Profefſor, qui una cum illorum problematum ſolutionibus duo nova proponit *ad promovendam* (inquit) *ſcientiam de maximis & minimis*, de quorum altero ſic loquitur pag. 213:

*Alterius generis nec minus elegans problema foret, ſi jam porro quæreretur, quam ex infinitis Cycloidibus (aut ſaltem circulis, parabolis, aliisve curvis) per A tranſeuntibus, ac ſuper eadem baſi AH conſtitutis, illa ſit per quam deſcendens grave minimo tempore ad datum perpendicularum ZB appellat. Qui ſpeculaticnem de maximis & minimis promoveri volet, tentabit; nobis ſufficiat propoſuiſſe. Altero deinde problemate præmiſſo, ſic de ipſo Fratre loquens ait: Huic ne detrectare poſſit, adjungimus alterum quod de infinitis cycloidibus ſupra motum fuit, majoremque cum ſuo affinitatem habet, &c.*

Porro Problema hoc adeo commendat doctiſſimus hic idem Geometra, ut licet negotiis circumquaque preſſus, ab eo ſaltem tentando abſtinere non potuerim. Itaque tentavi, nec irritò conatu, cum mentem ſubierit ſtatim Methodus, qua ad vulgarem *de maximis & minimis* id reduci poſſit & ſolvi; quod, ni fallor, omnino eſt ad Authoris ſenſum: idque gratius eo fore geometris autumo, quod hac eadem arte ſolvi quæſtiones huiusce generis quam plurimæ poſſint.

Sit igitur Cycloidis (cujus initium A, ſemi-circulus genitor AMC) pars aliqua AB ad verticalem ZB uſque protenſa. Tum ducta BPM ad Horizontalem AZ parallela, fiat ſemi-circulus alter AND quavis ad libitum diametro AD, quæ conſtans maneat, dum interea mutatur continuo diameter AC circuli genitoris AMC, ut

G

nempe

Tab. II.  
Fig. 1.

nempe hic omnes infinitarum cycloidum AB genitores exhibere possit.

Ponantur jam indeterminatæ  $AP = x$ ,  $PM = y$ , & constantes AZ vel  $BP = a$ ,  $AD = b$ ; ac proinde  $AC = \frac{xx + yy}{x}$ . Hinc si fiat AC.

$AD :: AP. AQ$ , ducaturque ordinata QN, prodibit  $AQ = \frac{bxx}{xx + yy}$ .

Adde quod ex natura cycloidis fiat arcus  $AM = a + y$ , adeoque etiam similis AN, quem appello  $s = \frac{abx + bxy}{xx + yy}$ . Ergo differentiando, du-

plus habebitur valor ipsius  $ds$ ; primus nempe  $ex \frac{abx + bxy}{xx + yy}$ , secun-

duus ex ipso circulo AND: ex quo duplici valore tandem conficitur æquatio differentialis  $2x^3 dy - axxdx - 2xxydx + ayydx - 2axydy = 0$ , quæ dat naturam curvæ transeuntis per puncta M, una cum tangentibus ejus; Quod jam Problema novum est & eximium.

Præterea Geometrarum nemo nescit tempus descensus ex A per AB mensuram habere ab arcu AM diviso per radicem diametri AC, hoc est, a quantitate  $a + y \sqrt{\frac{x}{xx + yy}}$ , cujus differentialis æquata zero, juxta methodum *de maximis & minimis*, dat  $2x^3 dy - axxdx - 2xxydx + ayydx + y^3 dx - 2axydy = 0$ .

Jam quia æquatione superiori definiuntur omnia puncta M respondentia punctis B, in quibus singulis singulæ cycloides, ex eodem initio A super eadem basi AH possibiles, occurrere possunt eadem verticali ZB; hac altera vero exprimitur, quodnam ex hisce punctis pertineat ad cycloidem celerrimi descensus: sequitur hac utraque simul æquatione hanc adæquate cycloidem definiri. Quapropter secundam extraho a prima, residuamque  $y^3 dx + xxydx = 0$  divido per  $yydx + xxdx$ ; atque hinc prodit,  $y = 0$ , seu M cadere in C, vel esse AC = ZB in cycloide quæsita celerrimi descensus. Unde tandem patet ex infinitis cycloidibus AB ab initio communi A ad eandem verticalem ZB pertingentibus, quæ dimidia compre-

hen-

MENSIS JANUARI A. M DC XCVIII.

henditur inter A & ZB, vel (quod eodem recidit) cujus semi-circumferentia circularis genitrix AMC æquatur rectæ datæ AZ, eam ipsam esse per quam grave descendens ab A, minimo tempore ad datum perpendicularum ZB appellat. *Quod erat inveniendum.*

ADDITIO.

AD confirmationem ejus, quod superius dictum fuit: eadem arte, qua Problema præcedens, plurimas ejusdem generis quæstiones ad methodum communem *de maximis & minimis* posse reduci & inde solvi; novas hic addere juvat solutiones Problematum illi affinium nuperrime propositorum ab altero pariter doctissimo fratre, *Job. Bernaullo in Ephemeridibus Gallicis hujus (1697) anni, pag. 394.* Sex ibi proposuit, e quibus illico jam quinque solvi: scilicet

1.º Data Curva CC tali, ut descripta quavis Ellipsi BC dati axis, cum ordinata communi CD, segmentum BCD sit ubique constans & æquale spatio dato: primum exquiritur ratio ducendi tangentes ejus. Tab. II.  
Fig. 2.

Data Ellipsium diametro describatur circularis arcus BCF, cujus centrum A, quiq; occurrat in F ordinatæ DC; tum fiat DC. AG :: BCD.  $\overline{DF}^2$  Dein assumpta DT tertia proportionali ad GD & DF, ducatur CT: Hæc tangens erit quæsitæ ad datum punctum C Curvæ datæ CC.

2.º Ex hac constructione sequitur æquatio differentialis curvæ CC, & inde valor ipsius  $\frac{dx}{dy}$ , qui si fiat  $\frac{y}{x}$ , nova prodibit æquatio Curvæ geometricæ qua secabitur data CC, in eo & suis puncto quod omnium minime distat a puncto B.

3.º Data Curva CC indolis ejus, ut descripta quavis parabola BC, axe BA & vertice B, arcus BC sit ubique constans & æqualis lineæ datæ: exigitur tangens ejus CT, ex quovis puncto in ea dato C.

Ducta parabolæ tangente CE, si fiat CE = BC. BC :: BD. BT, erit CT tangens ipsa quæsitæ.

4.º Eadem arte qua superius (*art. 2*) hujus naturæ Curvæ invenietur una cum ejus puncto C, cui proximum est punctum datum B.

5.º Sic recta AC positione data, quæ Parabolas omnes iisdem axe BA & vertice B descriptas secet in C: Quæritur minimus arcuum BC. Fig. 3.

G 2 Ut

Ut generalius longe fiat hoc Problema, loco rectæ pono curvam quamvis, sive geometricam, sive transcendentem AC. Jam sit ex infinitis Parabolis aliqua BEC, cujus ad libitum sit parameter constans  $= a$ ; ex quolibet puncto C lineæ datæ AC ducatur CD perpendicularis ad AB, quæ parabolæ constanti BEC occurrat in E; dein facto  $CD^2 \cdot DE^2 :: BD \cdot BF$ . ductaque ordinata FG, si in CD producta sumatur DH æqualis arcui BG, fiet curva BHO pendens a rectificatione parabolæ. Tandem ordinatis DH curvæ PQ positis  $= z$ ,

$$BD = x, CD = y, \text{ si fiat æquatio } z = \frac{axydx - axxdy \sqrt{yy + 4xx}}{y^3 dx - 2xydy} \text{ in}$$

qua si substituatur valor  $dy$  notus ex natura curvæ datæ AC, fluet inde valor ipsius  $z$ , solis  $x, y$ , & constantibus expressus, cujus ope describetur curva PQ eo in puncto H secans alteram BH, quod ducta HDC perpendiculari ad AB, definiet arcum omnium minimum BC. *Quod erat inveniendum.*

Advertendum, curvam hanc ultimam fore geometricam aut transcendentem, prout AC geometrica fuerit aut transcendens.

His autem quinque articulis continentur solutiones Problematum 2, 3, 4, 5, 6, D. *Joh. Bernoulli*, quæ cum ex eadem arte pendeant e qua superius D. *Jac. Bernoulli* fratris ejus de cycloidibus infinitis, non est quod in earum Analyfi repetenda diutius immorer, præsertim ne quid suo Marte conficiendi voluptatem tyronibus adimam.

**JOH. BERNOULLII, PROFESSORIS GRONINGENSIS, SOLUTIO** *Problematum, quæ Jacobus Bernoullius, Professor Basileensis, in Act. Erud. 1697, mense Majo p. 214 sq. frater fratri proposuit, excerpta ex Diario Eruditorum Gallico 12 Dec. 1697, pag. 458 sqq.*

Tab. II.  
Fig. 4.

**C**UM *Pappus lib. V, Prop. 10, Collect. Mathem.* optime demonstraverit, circulum inter omnes figuras isoperimetas esse capacissimum, in hac probanda propositione non immorabor, sed ad rem ipsam veniam. Prima quæstio hæc est: *Ex omnibus curvis isoperimetricis, super axe determinato BN constitutis, quaritur illa BFN, quæ non ipsa quidem maximum comprehendit spatium, sed facit, ut aliud, curva BZN comprehensum, sit maximum, prolongata applicata FP ita,*

ut

ut PZ sit in ratione quavis multiplicata, vel submultiplicata; applicata PF, aut arcus BF; hoc est, quæ sit quotacunque proportionalis ad datam A & applicatam PF, aut arcum BF. Sensus hujus quæstionis est, ut determinetur curva BFN, inter infinitas alias ejusdem cum illa longitudinis, cujus applicata PF aut arcus BF si eleventur ad potestatem datam & expressam per alias applicatas PZ, efficiant maximum spatium.

Quamvis plures mihi suppetant hujus problematis solutiones, hic tamen simplicissimam dabo, quæ sufficit. Sit exponens potestatis  $n$ , recta arbitraria  $a$ ; PF aut BG,  $x$ ; BP aut GF,  $y$ ; sumatur GF aut  $y = \int \frac{x^n dx}{\sqrt{a^{2n} - x^{2n}}}$ , dico punctum F fore ad curvam quæsitam;

ita ut faciendo PZ in ratione potestatis  $n$  applicatæ PF, spatium BZN sit maximum ex illis, quæ ita formari possent per alias curvas, constitutas super BN, & ejusdem longitudinis cum BFN.

Hinc manifestum est, si  $n = 1$ , curvam BFN fore circuli semicircumferentiam: nam  $y$  aut  $\int \frac{x^n dx}{\sqrt{a^{2n} - x^{2n}}}$  evadit  $= \int \frac{xdx}{\sqrt{aa - xx}}$

$= a - \sqrt{aa - xx}$ . Id quod ita plane evenire debet, cum curva BZN hoc in casu eadem sit cum BFN. Si fiat  $n = 2$  hoc est, PZ ut quadrata PF, curva BFN illa est quam repræsentat linteum a liquore pressum, & cujus curvaturam frater quoque tribuit suæ Elasticæ. Si  $n = \frac{1}{2}$ , hoc est, si PZ sunt in ratione subduplicata linearum PF, erit tunc BFN cyclois ordinaria, quæ nova est & pulcherrima hujus famosæ Curvæ proprietas. Cæterum generaliter moneo, quotiescunque  $n$  est fractio, cujus numerator est unitas & denominator numerus par quicumque, Curvam BFN semper construi posse per circuli quadraturam; & si denominator est numerus impar quicumque, Curvam BFN plane esse Algebraicam. E. g. si  $n = \frac{2}{3}$ , aut si PZ est in ratione subtriplicata lineæ PF, erit  $y = 2a - 2a^{\frac{2}{3}} - x^{\frac{2}{3}} \sqrt[3]{a^{\frac{2}{3}} - x^{\frac{2}{3}}}$ , Equatio Curvæ quæ sit.

Antequam vero pergam ulterius, non præter rem erit, dare hic solutionem infinitis modis generaliore[m] quam id problema requirit, supponendo quod PZ, quæ antea tantum fuit ut potentia data PF, jam

fit composita pro lubitu ex PF & datis: ut si quis descripta Curvâ data quacunque BH super axe BG parallelo PF, applicataque PZ=GH velit, ut spatium BZN sit maximum; dico ad construendam curvam.

BFN, sumendam esse GF aut  $y = \int \frac{b dx}{\sqrt{aa - bb}}$ . Voco autem  $b$  inte-

gralem aut summam quantitatum  $\frac{GH dx}{x}$ . Unde evidens est, quod

attinet ad arcum BF, qui alteram problematis partem constituit, si vel maxime PZ aut GH esset non solum ut potestas data arcus BF, sed etiam composita pro lubitu ex illo arcu & datis, semper haberi Æquationem differentialem, si non primi, saltem altioris cujusdam gradus, determinantem naturam curvæ BFN. Non possum præterire silentio pulcherrimam proprietatem, quam inveni in nostra Curva generaliter considerata; quod scilicet radius FS evolutæ aut circuli osculantis, sit semper ad partem FR comprehensam inter curvam & ejus basin, ut  $b$  est ad PZ aut GH. Unde efficitur, in casu simplici, qui mihi fuit propositus, quando PZ aut GH =  $x^n$ , semper fore FS & FR in ratione constanti, nimirum FS, FR :: 1,  $n$ . Notandum quoque est, in eadem

Curva, ubi  $\int x^m dy$  est aliquod maximum, fore  $\int \frac{dt}{x^m}$  aliquod minimû, sumendo  $dt$  pro Curvæ elemento. Unde consequitur, quod Curva BFN, posito  $m = \frac{1}{2}$  necessario sit, uti supra jam notavimus, eadem cum Curva æleerrimi descensus, quia in hac  $\int \frac{dt}{\sqrt{x}}$  est aliquod minimum, per ejus naturam. Sed satis de hoc primo Problemate.

Alterum in eo consistit, ut determinetur Cyclois, quæ ex omnibus illis, quæ possunt describi ex eadem origine, & super eadem linea horizontali, hanc habeat proprietatem, ut ejus pars comprehensa inter originem & verticalem datam percurratur a mobili minimo tempore possibili, hoc est, minori tempore, quam alia quavis aliarum Cycloidum, pariter comprehensa inter originem & verticalem datam. Ad quod tribus quasi verbis responderi potest: Cycloidem descriptam a circulo, cujus circumferentia est æqualis duplo distantia inter originem & verticalem datam, quæstioni satis facere. Si loco verticalis supponatur linea recta quæcunque positione data, imò linea quædam curva, problema hinc non evadet difficilius, cum ex natura meæ synchronæ manifestum sit, cycloidem

dem quæsitam semper illam esse, quæ concurrat ad angulum rectum cum linea positione data. Ut vero circulus ejus genitor jam representetur, describendus est circulus tangens horizontalem in puncto, ubi secatur a recta positione data, efficiendumque deinceps, ut sicuti arcus circuli resectus ex parte originis cycloidum per lineam positione datam est ad suam diametrum, ita pars horizontalis interceptæ inter originem & intersectionem, sit ad quartam. Erit enim hæc quarta, diameter circuli genitoris Cycloidis quæsitæ.

Cæterum cum aliam quoque invenierim solutionem hujus posterioris problematis, quæ porrigitur non ad Cycloides tantum, sed alias quascunque Curvas similes & similiter positas, non invitus & hanc cum publico communicabo. Problema ipsum ita generaliter propono: *Sint AGB, AHD &c. Curva data similes & similiter posita, GC recta positione data, quaritur per quamnam ex his curvis corpus grave incipiens descendere ab earum origine communi A, brevissimo tempore perveniat ad rectam datam GC.*

Tab. II.  
Fig. 5.

Solut. Assumatur aliqua ex curvis similibus ut constans, v. g. AGB, voceturque ordinata BL, y; curva AGB, z; deinde ducatur ad quodlibet punctum B tangens BR, quæ sumatur

$$= \frac{1}{2} \sqrt{y} \int \frac{dz}{\sqrt{y}}$$

ita ut extremitates R. omnium illarum tangentium describant Curvam novam AOR; quæ descripta ducatur recta AR parallela GC, ex puncto autem R, ubi secat Curvam AOR, ducatur recta RB, quæ tangit Curvam AGB in puncto B, a quo si extendatur recta AB secans GC in D, & fiat super AD curva AHD similis Curvæ AGB, dico Curvam AHD fore illam, per quam corpus descendens veniet citissime ad rectam GC. Quibusdam in casibus particularibus problema evadit valde facile, e. g. si Curvæ AGB, AHD &c. sunt circuli, constructio facile absolvitur per Curvam quam *Frater* meus alias comparabat complicatæ in nodum fasciæ (à un nœud de ruban) quaque usi sumus ad constructionem Isochronæ paracentricæ Domini *Leibnizii*: ita ut hæc duo Problemata a se invicem dependant; hoc est, unius constructione inventa, alterius quoque habeatur. Si AGB, AHD, &c. sunt Parabolæ, Problema quoque reducitur ad rectificationem Curvæ. Supposui Curvas AGB, AHD &c. esse similes, nihilominus tamen mihi suppetit methodus pro illis, quando

do

do tales non sunt. Quandoquidem vero nondum mihi fatis fuit otii ad eandem expoliendam, & constructio valde evadit implicata in exemplo simplici curvarum dissimilium, licet sint tantum ellipses constitutæ super axe communi; eandem in aliam occasionem reservabo.

*DIONYSII ORBIS DESCRIPTIO CUM VETERUM SCHOLIIS  
& Eustathii Commentariis.*

Oxoniz e Theatro Sheldoniano, 1697 in 8. Alph. I. pl. 4.

Prostat Londini apud S. Smith &

B. Walford.

**N**emo eruditorum est, cui Dionysii, auctoris Augusto cœvi, hæc Περὶ ὀρίων, seu Orbis Descriptio, cujus novam editionem hoc loco sistimus, ignota esse queat; cujus quippe triginta & tres editiones, Græcas Latinasve, novæ hujus curator, Vir doctissimus, Edv. Thwaites pag. 315. numeravit. Tametsi vero novissime Geographus hic Londini A. 1658, & iterum A. 1688, nitidissimo habitu ornatus, cum Eustathii hypomnematis, amplissimoque Guilielmi Hill commentario, & tabulis quoque geographicis, prodierit, ut cultus quidem uberioris vix capax videri posset: haud parum tamen decoris illi in nova hac editione accessit, Hilli quidem commentario omisso, sed insertis aliis, quæ nunquam antea lucem adspexerant. In ea textus Dionysii Græcus ad exemplar Henrici Stephani Parisiense anni 1577 exhibetur, eique ejusdem interpretatio Latina subjungitur. Hanc excipiunt glossæ Græcæ interlineares nunquam adhuc editæ, imumque demum locum veteris Scholiastæ paraphrasis ex manuscripto itidem codice nunc primum eruta occupat. Sequitur dehinc separatim Eustathii commentarius cum duobus manuscriptis collatus ac emendatus, & post variantes Lectiones nonnullaque alia, Periegesis Prisciani cum Andree Papii notis variisque lectionibus, & indices denique, alter vocabulorum omnium, quæ in Dionysio reperiuntur, alter auctorum in commentario Eustathii allegatorum. Quin & tabulæ geographicæ quinque de novo delineatæ, & Dionysio ac Eustathio accommodatæ adjiciuntur.

\* \* \* \* \*



# ACTA ERUDITORUM

*Publicata Lipsiæ*

*Calendis Februarii, Anno M DC XCVIII.*

---

*ANECDOTA, QUÆ EX AMBROSIANÆ BIBLIOTHECÆ CODICIBUS nunc primum eruit, notis ac disquisitionibus augeat LUDOVICUS ANTONIUS MURATORIUS, in eadem Bibliotheca Ambrosiani Collegii Doctor, Tomus prior.*

Mediolani, typis Jos. Pandulphi Malatestæ, 1697, in 4. Alph. I. pl. 12.  
Prostant Augustæ Vindelicorum apud Laur. Kronigerum.

**Q**uemadmodum vetera monumenta restituere utilitatis haud minoris est, quam nova condere: ita non poterit non Eruditorum applausum sibi polliceri clarissimus Muratorius, postquam scripta quædam antiquiora, hæctenus tantum non deperditis annumerata, & scriniis potissimum Bibliothecæ, quæ Mediolani patet, Ambrosianæ erueret, ac notis suis illustrata cum viris doctis communicare instituit. Et hac quidem vice S. Paulini, Episcopi Nolani, Poëmata quatuor, a nemine adhuc, ut inquit, exhibita, Tomo hoc primo publicat, quorum priora tria Natali S. Felicis consecrata sunt, ultimum autem adversus Judæos & Gentiles (ac hos quidem imprimis) directum, eorum Numina, variam Philosophiam & plurimos errores solide non minus atque eleganter confodit. Singula se reperisse ait in codice vetustissimo, Venantii Fortunati, Prosperi, Juvenci, Aratoris, aliorumque veterum Christianorum carmina continente, quem nono jam tum seculo characteribus quadratis minutissimis venuste satis scriptum fuisse auctumat. Tria igitur priora carminibus istis decem in S. Felicis Natali a Paulino effusis, quæ eruditis assatim innotuere, sub undecimi, duodecimi & decimi tertij nomine associat. Doleat autem, in laudato codice repertum non fuisse decimum quartum, quod ultimum facit inter poëmata hæc natalitia. Minime enim iis assentitur, qui eorum quindecim enumerant, Dungali forsan auctoritate adducti,

H

qui

qui in suo adversus Claudium Taurinensem de cultu sacrarum imaginum tractatu, versus quosdam ex Natali cum decimo quarto tum decimo quinto citat; siquidem aut ipsum hunc auctorem, aut librariorum exscribentes deceptos, & carmina ex Natali decimo quarto allegata in decimum tertium rejicienda, & quæ apud Dungalum ex decimo quinto citentur, ad decimum quartum referenda esse arbitratur, idque & codicem suum, & rerum ordinem ait evincere. Equidem non omni adeo ex parte ignota hæc hactenus poemata hæc fuerunt. Nam ex eodem Dungali libro excerpta ex Natali undecimo, decimo tertio, decimo quarto & decimo quinto Fragmenta, & a Frontone Duceo atque Heriberto Rosweido in editione operum S. Paulini Antverpiensi A. 1622, & in Bibliothecis Patrum recentioribus, & in novissima Paulini editione Parisiensi A. 1685, a Joh. Baptista Le Brun adornata, & a nobis in Actis istius anni p. 482. seqq. delineata, exhibentur. Interim optime nihilominus de Paulino meritis hic est Muratorius, dum, quod nemo ante ipsum præstitit, poemata illa integra, ultimo tantum, sive decimum quartum id, sive decimum quintum fuerit, excepto, una cum altero adversus Gentiles, nunc divulgavit. Sed & hoc præterea suarum duxit esse partium, ut ne sine notis suis eadem prodire pateretur, ac idcirco paginis quibusque hujusmodi subjunxit animadversiones, quæ ad sensum Paulini hinc inde melius noscendum quicquam conferre posse ipsi visa sunt. Poëmatibus quoque tribus posterioribus peculiaria præmisit monita, quæ de eorum tempore, materia, aliisque ad eadem attinentibus Lectorem informant. At ne in his quidem acquievit, sed plures insuper Dissertationes breviores annexuit, in quibus, desumpta ex his Paulini poematibus occasione, capita nonnulla ad historiam ecclesiasticam æquæ ac literariam spectantia illustrare studet, velut ubi de Turcio Aproniano, de Asterio Turcii istius filio, de Avita ac Eunomia, de Therasia, & aliis a Paulino nominatis disputat; prout & ipsiusmet Paulini dignitates ac res gestas paulo distinctius enarrat. Jam de Sanctorum Protasii & Gervasii inventis ab Ambrosio corporibus; jam de templorum apud veteres Christianos ornatu, & de diurno in iis cereorum usu; de eorum sepulcris, votis & votivis oblationibus in Sanctorum venerationem factis; de sanctorum Martyrum natalibus, deque similibus aliis erudite commentatur. Recte etiam Paulinum in poemate, quod inter quatuor hæc postremum locum obtinet, cœlum inter ele-

menta

menta retulisse, ac ignem omisisse, in Dissertatione integra contendit, Sub finem ex Misto suo spicilegium ex operibus Paulini deperditis instituit, & pauca quædam verba hinc excerpit, nec minus decem poemata natalicia, ut in editione Plantiniana A. 1622 impressa sistantur, cum isto comparat, & quæ omissa in hac fuere, exinde supplet. Tomum tandem integrum obsignat Appendix, quæ prolixam Muratorii nostri Dissertationem de jure antiquo Metropolitæ Mediolanensis in Episcopum Ticinensem complectitur.

*GEOGRAPHICA ANTIQUA, HOC EST, SCYLACIS PERIPLUS  
Maris Mediterranei; Anonymi Periplus Maotidis Paludis & Ponti Eu-  
xini; Agathemeri Hypotyposis Geographia, omnia Græco-Latina: Ano-  
nymi Expositio totius Mundi Latina. Cum Notis Isaaci Vossii, Jac.  
Palmerii, Samuelis Tennulii; edente JACOBO GRONOVIO,  
cujus accedunt emendationes.*

Lugdunî Batavorum apud J. Luchtman, 1697 in 4. Alph. 1. plag. 16.

**T**errarum Orbis notitiam habere non minus præfici mortales, quam nostræ ætatis homines, in primis partibus prudentiæ humanæ possunt. Quod vero difficile, tot terras peragrare; qui cupidi ejus rei sunt, faciliorem operam navigationibus invenerunt. Hinc tot *Periplos* numeramus, sive circumnavigati orbis descriptiones, quorum plures interciderunt temporum injuria, pauci ad nostram ætatem conservati pervenerunt. Inter quos carus eruditus *Periplus* ille, adhuc fuit, qui *Scylacem Caryandenum* auctorem præfert, non minus antiquitatis, quam industriæ laude commendatum. Hunc Græce, & una alios minores *Geographos* David Hoeschelius, Vir Græcis litteris ornandis natus, Augustæ Vindelicorum CIO IOC anno ediderat: cum Latina vero interpretatione ac suis animadversionibus anno CIO ICXXXIX Isaacus Vossius, tum florente ingenio adolescens, donavit luce, adjecto Anonymi *Periplo*, quem ex *Salmasii*, Viri summi, bibliotheca acceperat, cui itidem Latinam translationem & nonnullas adnotationes liberaliter impendit. Gratum opus eruditus fuit, atque ita avide adreptum, ut ex longo tempore in librariis tabernis nullum ejus exemplum reliquum fuerit. Nec verò quantivis pretii liber in pari apud omnes existimatione fuit, Magnus quippe Vossius, Isaaci pater, in Historicis Græcis aliter de eo judicavit. *Censeo*, inquit, *quod opus habemus, esse compendiosum antiqui illius Scylacis, qui Hys-*

*spidis atate claruit; ac Scylacem inscribi, quia ex Scylace sit excerptum.* Et paucis interjectis: *propius ad verum accedit, aliquem ante secula non ita multa fecisse hoc compendium, fortasse temporibus demum Caesaris Constantini Porphyrogeneta.* Quum ergo Vir clarissimus Jacobus Gronovius editionem novam meditaretur, utique pretium nonnullum duxit, a novitatis suspicione hunc auctorem vindicare; quam operam in dedicatione, sive ad amplissimum Virum Henricum de Bleyswyck epistola infumit, & Scylacem hunc eundem esse, quem Herodotus, & Aristoteles, & Strabo laudaverunt, argumentis non poenitendis probatum ivit. Primum petit ex Hispania, quam ita hic Scylax delineatam det, ut ante Carthaginense in ea imperium scriptis se appareat. Et quod nec Brundisium trajectum laudet, librum hunc prius conscriptum putat, quam Romanorum res in transmarinas partes proferrentur. Addit, nullam ibi Lysimachiam, nullamque Syriæ Antiochiam, nec inclytas postea urbes, Thessalonicam atque Byzantium reperiri, & ipsas Thebas adhuc τὰχ<sup>Ⓞ</sup> fuisse, non quales fuerunt Epaminondæ temporibus. Quo etiam illud referendum, quod nobilem Bithyniæ urbem non Prusam vel Prusiadem, sed veteri appellatione Cium nominaverit; quod itidem argumento est, ante Prusiam & Nicomedes reges hujus libri auctorem exstitisse. Neque illo, quod Vossius pater urget, de sententia sua movetur, vetustum. Scylacem, Strabone testante, ex Abydo; nostrum a Dardano initium regionis Troadis deduxisse. Nam ait, ἐν τῷ Ἰαν, *hinc Troadem incipere*, post memoratam Abydum, non quasi illam in Troade constituat, sed ut finem relinquat regionis superioris, haud secus ac Apollonii Scholiastes ad lib. I. v. 1115. dicat, ἡ δὲ Τρωὰς ἀπὸ Μυσίας ἀρχομένη μεγάλῃς, *Troadem a majore Mysia initium habere*, non ut illam in se contineat, sed ut post Mysiam demum, sive extra illam, suum capiat exordium. Commentationes, quas ad finem libri conjunctas Vossius reservaverat, ita doctissimus Editor dispensavit, ut quod pagellarum est singularium, singulis earum conveniente loco subjungat, etiam eruditissimi viri Jacobi Palmerii animadversiones, nec non suas castigationes intermiscet, singulas tamen auctoris nomine, cujus sunt, ne confundantur, distinctas.

Quod autem Scylaci Geographo, ut diximus, *Periplum Ponti & Maotidis*, ab anonymo Græce conscriptum, quem Salmasio debebat,

bebat, Isaacus Vosſius adjunxerat; ejus nec ſocietatem Gronovius dirupit, ſed adjuvit potius, ſuis non minus notis, quam in Scylace fecerat, ad Voſſianas, ubi viſum fuit, adjectis. Id verò dignum obſervatu eſt, quod in eadem dedicatione memoratur, auctorem hunc eſſe poeticum, ſeu ex poeta excerptum librum; quemadmodum ipſe Voſſius ſenarios verſus, ſæpe longa ſerie notavit, plures inde Holſtenius, Vir eminente doctrina, collegit, quos nuper Romani quidam, cum poſtumis ejus in Stephanum notis, ſub Scymni Chii titulo, & quidem *nunquam editi antea*, in Batavis vulgaverunt: quod ita factum ridet Editor noſter, quum Scymnus & ante produiſſet, & ſub hoc anonymo ſcriptore lateat, quem in Palatina Salmaſius exſcripſerit, Romæ, quo translata illa bibliotheca fuit, Holſtenius in verſus non invita Miaerva tentaverit revocare. Unde ineditus ille poſt Holſtenii fatum Scymnus Chius, cum Stephanianis ejusdem publicus.

Hactenus, quæ Isaacus Voſſius ediderat, præclare in publicum uſum, & auctius quidem, repetita. Nec verò id ſatis clariffimo Editori fuit, ſed *Agathemeri etiam Compendiariam Geographiam* Græce & Latine adjunxit, ab avunculo ejus doctiſſimo, Samuele Tennulio, adnotamentis illuſtrata, quibus nec ſuas obſervationes abeſſe voluit. Hunc auctorem circa Severi, Romani Imperatoris, tempora floruiſſe, Gothofredus Wendelinus probavit, qui & ipſe editurus fuiſſet, niſi fata virum erudiſſimum præveniſſent. Duobus autem libris hæc Epitome continetur, nec verò generalem, quam dicunt, Geographiæ partem excedit, ſummas tantum diſſenſiones & marium cum inſulis, & continentis terræ partium, cum potiorum gentium nominibus, exponens. Laudati Tennulii, & ſuas ipſius obſervationes eodem, quo in Scylace, modo, hoc eſt ſingulis paginis ſubjecit Gronovius. Tandem & *Expoſitionem totius Mundi & Gentium*, ſubrutiſco Latinitatis ſtilo, ut noſter Barthius cenſebat, ab ignoto homine conſignatam, ſuperaddidit, quam Fr. Jureto, poſſeſſori hujusmodi antiquitatum, Jacobus Gothofredus, Vir elegantis æque litteraturæ, quam juris peritiſſimus, acceptam referebat, qui ſuſpicatus ex Græco expoſitam eſſe, Græce eandem convertit, ut revocaret quaſi ad originem. Nec Salmaſius aliter, quam ex Græco translata eſſe exiſtimavit. Contra Philippus Brietius ſub Conſtancio & Conſtante Latine tantum conſcriptam fuiſſe autumat. In

hoc quoque nonnulla emendavit Editor, notas autem non adjecit, quod exilis scriptor est, qui tantum regiones & gentes ruditer designat, urbium aut nullam aut raro habet rationem. Additi sunt duo indices, Geographicus alter locorum & gentium, alter notarum. Jacobi Gronovii, quatuor horum librorum meritissimi Editoris.

*PSALTERIUM CUM CANTICIS, VERSIBUS PRISCO MORE distinctum, argumentis & orationibus vetustis novaque literali explanatione dilucidatum, studio JOSEPHI MARIE THOMASII, Presbyteri ex Congregatione Clericorum Regularium.*

Romæ, typis Josephi Vannaccii, 1697, in 8.

Constat plagulis dimidiatis 104.

**P**salterium integrum jam A. 1683 edidit clarissimus Auctor, tunc quidem sub assumpto *Josephi Mariae Cari* nomine; quam editionem, adhibitamque in ista diligentiam latius nos Tomo primo Supplementorum nostrorum p. 486. & seq. delineavimus. Divino tamen huic libro novam nunc, & eam a priori non parum in plerisque distinctam operam navare Noster haud pigritus est. Textum videlicet Psalmorum ipsum ex septuaginta-virali versione Latinum fecit, ut significantius ex Græco Latinas locutiones exprimeret; ita tamen, ut ad aliam B. Hieronymi interpretationem ex Hebræo animimum simul intenderit. Et huic sane usque adeo adhæsit, ut & obelos atque asteriscos, quibus ille, quæ aut abundabant in LXX interpretibus, aut quæ ex Theodotione ipse addiderat, notavit, suæ etiam translationi inferendos existimaverit. Singulos deinde Psalmos in versus suos dispescuit, quos tamen non ad Jacobi Fabri Stapulensis exemplum, sed ad antiquissimi codicis Græci Vaticani fidem numeravit. Insuper cum plura eloquantur Psalmi aliorum dicta, vel etiam ipsiusmet Psaltis verba propria, quæ se hic dixisse asserit, aut dicere, hinc talia, ut evidentius a psallentibus primo statim conspectu internoscerentur, diverso caractere curavit imprimi; ubi autem ex abrupto interlocutores in Psalmo commutantur, novæ tunc periochæ exordium majoribus literis exprimitur, ac in margine personæ loquentis nomen additur. Psalmi cujusque argumentum Bedæ primum, post etiam Eusebii Cæsariensis ac Athanasii verbis exponitur, suamque tandem epigraphen superaddit, qua, an meditationi in-

servia

serviat Psalmus, an precationi, an laudibus vel gratiarum actioni, declarat. Continuum porro expositionem literalem post cujuslibet Psalmi contextum adjicit, quæ verbis tamen brevissimis concepta est. Post hanc sequuntur preces contentis Psalmi respondentes, quas ex Breviario Mozarabum depromsit, non omissa tamen ubivis ea oratione, quam Georgius Cassander in Collectione precum ecclesiasticarum, Ludovicus item de Saxonia alique jam vulgarunt, quamque ex manuscriptis codicibus Vaticanis se emendatiorem monet reddere, Psalterio absoluto (addidit vero Psalmum quoque centesimum quinquagesimum primum, quamvis, cum is nec in Hebræis habeatur codicibus, nec a LXX Interpretibus ad reliquos adjectus fuerit, repudiandum eum esse haud dissimulet,) simili fere modo procedit cum Canticis, quæ psallit Ecclesia Romana. Auspicatus enim a Bibliis, ea, quæ in veteri pariter ac novo Testamento occurrunt, inserit etiam, quæ habentur in libris apocryphis, persequitur. Post pergit ad Ecclesiastica, & hymnum matutinum, *Te Deum laudamus*, hymnum Angelorum, Seraphicum, glorificationis, aliosque ejus generis; Symbola item, Apostolicum, Nicænum, Athanasianum, Constantinopolitanum, Symbolumque Missæ exhibet. In Canticis tamen hactenus recensitis argumenta ex aliis auctoribus petita, imo & nonnunquam penitus omissa sunt. Nec precationum subjunctarum eadem, quæ in Psalmis, ratio habetur, & explicationis ibi suppeditatæ locum scholia Emanuelis Saheic occupant.

**GUNTHERI CHRISTOPHORI SCHELHAMMERI NATURA**

*sibi & Medicis vindicata.*

Kiliae apud J. S. Richelium, 1697, in 4. Alph. 1, pl. 22.

**O**ccasionem scribendi celeberrimo Auctori dedit recensitorum quorundam dogma, quo Naturæ vocabulum non tantum supervacaneum & inane, verum etiam perniciosum tam Philosophiæ, quam Christianæ fidei declararunt. Etiam si enim Philosophiam Naturalem professi ei nuncium mittere possint ac velint, Medicos tamen, qui in præternaturali hominis constitutione ad naturalem reducenda, unice occupati sunt, quique artem suam nihil aliud esse quam adjutricem & auxiliatricem Naturæ omni tempore publicarunt, eadem carere haut posse, Auctor existimat. Id igitur hic operam dedit, ut ostenderet,

deret, non satis causæ fuisse clarissimis viris, cur hoc totius Naturalis Philosophiæ & Medicinæ fundamentum de solio deicerent. Neque enim aliud eo nomine intelligi doctis Medicis ac Philosophis, quam æternas motus leges, a Conditore sapientissimo in ipsa creatione sancitas. Ut enim lex naturæ moralis, justitiæ omnis & virtutis principium, a teneris insita sit animis atque immerfa; ita corporibus creatis naturalem esse insitam, ad quam moveant & moveantur. Hanc explorare, hanc addiscere, hanc unicam, ut normam atque regulam suam sequi Medicos; quorum totum munus & methodum medendi morbis illa inniti, etiam parte altera manifestum facit. Ut autem specimen ejus doctrinæ habeatur, brevem delineationem totius operis dabimus.

In præfatione igitur, per dialogum quendam, more Platoni usitato, præparare conatur animum lecturi, atque id evincit: esse aliquid Naturam, perinde atque artem, fortunam, casum, etsi non tam corporis quam mentis oculis ea usurpentur. Hoc evictò, ne videatur Andabatarum more aërem ferire, varias vocabuli acceptiones exponit, idque porro allaborat, ut perspicue ostendat, quomodo sensim in naturali scientia ex ignorantia tenebris ad cognitionem Naturæ perveniri cœperit, & qua tandem ratione istoc vocabulum, re cognita, fuerit in scholas introductum, & a quibus cœperit celebrari. Quo nomine omnium antiquorum circa hæc philosophandi rationem recenset, mox etiam recentiorum sententias, & demum omnia ista tam horum quam illorum dogmata excutit, & revocat ad examen. Ex quibus comparet: de Natura antiquissimis quidem temporibus nondum fuisse cogitatum, plerisque autem agnita esse Deum & materiam, illumque hanc agitare existimatum, & hinc procreata omnia: Deum vero esse ignem in supremis cœli terminis hærentem, quæ sententia valuerit usque ad Democritum, qui primus dissensisse videatur. Platonis vero demum tempore Naturæ nomen innotuisse, qui Animam mundo adfinxerit, eum dirigentem, in cujus locum deinde Stoici Deum suffecerint, mundoque illum illigarint: dum interim Aristoteles repudiata Anima Platonica, Principium motus & quietis introduxerit, quod omnibus rebus naturalibus proprium insit, atque in aptitudine moveri varia consistat. His expositis, unde Campanellæ amicitia & inimicitia rerum orta sit, & Helmontii Archeus, nonnullorum porro Spiritus ab anima & corpore distinctus, & Hylarcha, ac similia

Cap. I.

Cap. II.

Cap. III.

Cap. IV.



similia principia moventia, differitur. Quibus omnibus rejectis, tandem ostendit, esse aliquod principium, ad cuius normam moventur, oriuntur & intereant cuncta, idq; esse Naturam; quod cum ex consensu philosophantium & vulgi, tum aliis etiam argumentis stabilit. Cum autem ius etiam admisissis, objici tamen queat, a Deo, tanquam perpetuo motore omnia ista immediate agitari, deinceps ea depromit, quæ a Deo non moveri corpora singula persuadeant, & eorum, qui id asserunt, argumenta refellit: quo facto demum Naturæ descriptionem dat, quam esse credit *æternam Conditoris legem, ipso creationis tempore materia omni injunctam, secundum quam hoc universum & cuncta in eo moveri ab eo jussa sint*, donec ipse eam abrogans, omnia dissolvat in primum Chaos. Sequenti capite primum id agitur, ut summorum Virorum & excellentissimorum Philosophorum consensus clarius elucescat. In quibus cum perillustre sit Boyleanum nomen, ostenditur, eum nec satis idoneis rationibus esse usum, ut Naturam destrueret, nec evitare potuisse, quin in media illa oppugnatione ea ipsi exciderent, quibus tacite eam potius firmet: optimeque hanc doctrinam & cum corpusculari & cum Cartesiana Philosophia coherere, esseque utrique commodissimam asseritur: denique Atheis convincendis nihil ea aptius, contra quos solidum hinc nectitur argumentum. His peractis, Natura quotuplex sit, universalis scilicet, seu universi, & particularis, seu corporum cujuscunque generis, exponitur. Illam quidem in legibus motus universalibus: hanc vero in fabrica & particulis, ex quibus corpora sint conflata, potissimum constitui docetur, & hic tota quasi facies Naturæ panditur. Tum porro, quid contra naturam & supra naturam sit, disputatur, eaque occasione de monstris agitur, & particulas illas, ex quibus morbi epidemici fiunt, esse monstruosas sui generis in aëre productas ostenditur. Porro autem omnia, quæ præter naturam particularis fiant institutum, maxime tamen secundum naturam universam fieri, & hinc esse, quod Medici ex scientia rerum sibi adversantium morbos depellant, inque eo totius esse artis fundamentum. Multum autem differre existimat Autor, contra & præter naturam agere: hoc enim, ut dictum, ad particularium naturam pertinere, nec esse a natura universali alienum; at contra naturam esse, quæ huic vim inferant. Sequens caput, quod primæ partis ultimum est, exponit potentiam Dei, Dæmonum & hominum in

Cap. V.

Cap. VI.

Cap. VII.

Cap. VIII.

IX.

I

DATA.

naturam. Multa hic leguntur, in quibus cum a Theologorum, tum aliorum sententiis non parum clarissimus Autor dissentit. Nam & aliqua miracula Deum salvis naturæ legibus, & per istas edidisse asserit; & Dæmones contra naturam agere, & in corpora hæc inferiora magnum exercere imperium, contendit; spiritus vero corpora non posse movere, adeo non credit, ut experientiæ ac rationi potius id adversari, firmissime sit persuasus: ubi simul de vinculo animæ & corporis, & intercedente inter utrumque commercio singularis profertur sententia. Concluditur hæc disceptatio per solidam demonstrationem artis medicæ, & hinc patefaciendo, quid empirico verus Medicus intersit.

In altera jam parte Medicum Naturæ ministrum instruit, docens quo pacto ei fidem atque operam suam præstare possit; adeoque

1. primo ostendit, in quo consistat natura humana, cui unice studium suum addicat: tum in quonam ejus erga istam officium, quod multiplex esse asserit, ponatur. Et primo publicum id, vel privatum esse: illud, ut a morbis epidemiis atque endemiis, vel imminentibus vel præsentibus, tutas præstet integras urbes & regiones: hoc, ut singulos, idque eos præservando 1. a malignis, grassantibus & epidemicis, 2. ab iis, qui causarios affligere solent. Porro hoc privatum in abigendis etiam præsentibus occupari: esse vero triplicem in his Naturæ, cui opitulandum, conditionem; vel eam succumbere, vel morbo dominari, vel cum eo pugnare: quia & post victum morbum debilitatam erigendam esse. Neque solum premi aut deficere naturam, sed etiam aliquando vehementius & concitatius eam agere, quam par sit, vel minus; item erronee & præter rem. Hæc omnia quo pacto intelligenda, atque ex legibus mechanicis interpretanda sint, ob oculos ponit, & quomodo his occurrendum declarat, eaque occasione mendendi methodum prope omnem tradit, ut hæc pars tota sit medica, omnibusque Medicis cognitu perutilis: multa enim hic docentur, quæ
2. alibi frustra quæras, quin &, quo pacto scientia & prudentia medica acquiri possit ac debeat, postremo ostenditur. Et in his finit Autor, spem faciens, se de Naturæ Miraculis in medicina supplementi loco aliquando esse acturum singulari libro, quem hoc multo prolixiorem, si Deus annuat coeptis, futurum intelligimus, nec injucundum, quippe quo reconditas operationum ejus rariorem causas indagare a-

nimus

## MENSIS FEBRUARII A. M DC XCVIII. 67

nimus est, viasque occultas, quibus ea peragit, quæ in admirationem Medicos rapiunt. Est autem altera isthæc pars libri de Natura variis observationibus practicis rem comprobantibus & curandi rationi, quam tradit, fidem facientibus referta.

### ABBREVIATORIS DE CURIA COMPENDIARIA NOTITIA JOANNIS CIAMPINI.

Romæ, extypographia Cameræ Apostolicæ, 1696, in 4. plag. 12.

**P**eculiare est in aula Pontificia *Abbreviatoris*, qui vulgo nuncupari solet, *de Curia*, officium, cujus partes eo potissimum tendunt, ut, si quando Pontifex supplicis petito annuerit, aut motu proprio gratiam singularem aliis concesserit, *Abbreviator* id, quod in Bulla eapropter publicanda exarandum venit, verbis decentibus exprimat, ac ad debitam formam juxta canones regulasque *Cancellariæ* reducat. Istud officii genus paulo copiosius describit illustrissimus Ciampinus, qui ipse eidem nunc præfectus est, diligentiam tamen præcipuam in id impendens, ut accuratum textat Catalogum eorum omnium, quotquot unquam functos isthoc munere fuisse, e monumentis antiquis pariter & recentioribus colligere potuit.

### DE S. ROMANÆ ECCLESIAE VICECANCELLARIO PECULIARIA ENARRATIO JOANNIS CIAMPINI.

Romæ, typis Bernabo, 1697, in 4. Alph. 1. plag. 9.

**C**ancellarii Ecclesiæ Romanæ munus, quo fungitur hoc tempore Eminentissimus Cardinalis *OTTOBONUS*, antiquissimum & vel hinc ab ævo Damasi derivandum esse, celeberrimus Auctor innuit, ac dum in eo describendo versatur, cur receptum temporibus præcis nomen Cancellarii in Vice-Cancellarii appellationem hodieque usitatam transierit, sub ipsum initium disquirat: ubi quidem, posthabitis aliorum, quas recenset, opinionibus, ideo id factum existimat, quod officium istud a viris Cardinalitia dignitate haud illustribus quandoque fuerit administratum, qui Vice-Cancellariorum nomen ex modestia sibi sumserint, quod a successoribus, utut Cardinalium epomide ornatis, ex quadam incuria retentum postea in legem velut transierit. Ejus autem dignitatem esse ait maximam, ipsumque primum post Pontificem in curia Romana locum obunere notat. Officia

ejusdem præcipua in eo innuit consistere, quod literatum Apostolicarum in Cancellaria expeditionibus præsit, ac ab iis, quibus Episcopatus, Abbatia, Prioratus Regulares & Conventuales, itidemque dignitates aliæ collatæ fuerint, fidelitatis juramentum recipiat; prout complures quoque Officiales alii Cancellariæ Apostolicæ additi coram ipso jusjurandum præstare teneantur. Auctoritatem vero ejus antiquatam & intermissam non minus, atque eam quæ hodiernum viget, describit; dubia item, quæ in Vice-Cancellarii munere indies oriuntur, ad examen revocat, singulisque his expositis in peculiari capite solennia illa enarrat, quibus exequiæ Viri ad hoc dignitatis fastigium evecti cohonestentur. Nondum tamen hæc dimidiam libri hujus partem conficiunt. Prolixum namque spatium occupat Officialium, qui a Vice-Cancellario dependent, historia, plenamque sibi Lector notitiam hinc polliceri poterit de officio Regentis Cancellariæ, de Proto-Notariis Apostolicis, de Brevium, Archivi, deque minoris gratiæ Scriptoribus, Auditoribus rotæ, Abbreviatoribus, Advocatis Consistorialibus, Secretariis Scriptoribusque Apostolicis, de Plumbatoribus Bullarum, de Senescalco sive Custode Cancellariæ, & de pluribus ejuscemodi aliis. Quorum delineationi nova insuper appendix, eaque sat prolixa subjungitur, auctoritatem celebrans, quam exerceat Vice-Cancellarius in omnes Ecclesias, quæ Collegiæ S. Laurentii in Damasco deserviant, inque ceteros Ministros Ecclesiarum aliarum istam pro matrice agnoscentium, quas sigillatim recenset, præcipua, quæ ad earundem statum pertinent, ubique pro instituti ratione simul declarans. Denique sub calcem libri de privilegio, quo gaudeant familiares Vice-Cancellarii, in literis Apostolicis citra ullius pretii solutionem impetrandis, nonnihil commentatur.

NOUVELLE DECOUVERTE D' UN GRAND PAYS &c.

ii c.

**DETECTIO NOVA VASTISSIMÆ REGIONIS IN AMERICA**

*inter Mexicam Novam & Mare Glaciale sita; auctore R. P.*

**LUDOVICO HENNEPIN, Missionario Recollecto &**

*Notario Apostolico.*

Ultrajecti apud Gu. Brodelet, 1697, 12. Alph. 1.

NOU-

MENSIS FEBRUARII A. M DC XCVIII. 89  
NOUVEAU VOYAGE D' UN PAYS PLUS GRAND QUE L'  
EUROPE &c.

i. e.

ITER NOVUM PER REGIONEM EUROPA AMPLIOREM;  
*auctore eodem.*

Ultrajecti apud Ant. Schouten, 1698, 12. Plag. 19.

cum figuris æneis.

**I**ngentem illum terrarum tractum inter Mexicam Novam & Mare  
Glaciale, a se primum perlustratum, gentiumque eum inhabi-  
tantium mores, accuratius hisce operibus describere aggressus est  
Ludovicus Hennepinius. Delibavit quidem jam nonnulla in Descri-  
ptione Louisianæ, (hoc nomine enim tractum istum olim insigni-  
verat,) nobis quoque A. 1683 mense Sept. p. 374. commemorata:  
sed multa hic adduntur, ibi data opera prætermittenda: cujus quidem  
instituti sui causas ipse affert. Nos ne semel dicta repetamus, de flu-  
vio Meschafipi nonnulla commemorabimus. Accuratiorem enim  
ejus descriptionem, præsertim qua in Sinum Mexicanum se exonerat,  
Louisianæ non inseruerat, quod invito Sallio Equite, a quo ad pro-  
vincias ad Septentrionem vergentes perlustrandas missus erat, neces-  
sitate tamen summa urgente, sociis quoque ejus alterum istud iter pla-  
ne declinantibus, fluvio hocce ad Sinum usque Mexicanum descen-  
disset. Voluisse enim ait Sallium gloria detecti per fluvium hunc in  
Sinum Mexicanum itineris solum frui. Sed eo suorum scelere e medio  
sublato, Hennepinius nihil sibi, quo minus cuncta promulgaret, nunc  
obstare arbitratus est.

Digressus autem Hennepinius fortalio Crepicordii (Creve-  
coeur) d. 29. Febr. A. 1680, fluvio, qui Illinoisiorum terras rigat, sese  
cum sociis commisit, secundoque flumine die 7. Martii subvectus  
nonnullos ex gente Tamerao seu Maroa obvios habuit; hinc cum  
glacie fluvium tegente per aliquot dies colluctatus, tandem die 12  
ejusdem mensis celeberrimum istum fluvium Meschafipi ingressus  
est. Evolvit autem Illinoisiorum flumen undas suas in fluvium Me-  
schafipi, intra 35 & 36 gradum latitudinis, ut Auctor conjicit, adeo-  
que 120 circiter aut 130 milliaribus (si flexiones non attendas)  
ab isto loco, quo Meschafipi postea in Sinum Mexicanum se exo-  
nerat. In ipso angulo, quem Illinoisiorum illud flumen in Mescha-  
fipi cadens facit, rupes conspiciuntur, 40 circiter pedes alta, satisque

I }

am.

ampla, ut fortalium, ad commercia valde opportunum futurum, in ea exstrui possit. Ceterum montibus utrinque; fluvius cingitur, qui interdum a ripis longius recedunt, & pratis amœnissimis faciunt locum, mox arctiori ambitu eas includunt, eodem autem fere modo, quo fluvius ipse, per varios circuitus serpunt. Ultra montes spatiosissimi & longe patentes se aperiunt campi, omni frugum genere adeo affluentes, ut Americæ deliciae vocandi videantur Auctori. Navigiorum quoque patiens, & alicubi ad dimidium milliare usque, latus est fluvius, in sulisque subinde interstinctus, in quibus arboribus innexæ vites densi nemoris speciem præbent. Inter gentes istum accolentes primo se obtulere Isfati, qui originem fluvii, quem sex ab hinc circiter milliariibus Meschasipi recipit, Auctorem edocuerunt. Oflagiorum scilicet & Messoritarum is fluvius est, qui ab occasu venit, & ex quam plurimis rivulis per varias gentes transeuntibus componitur; hi autem omnes in montibus oriuntur, qui ad mare usque excurrunt. Sed in Meschasipi susceptum iter prosequens, adhuc septem fluvios, magnitudine & amœnitate illi non cedentes, cum eo aquas suas jungere vidit. Post Isfatos in ripa ejus meridionali viculum vidit, tum quidem incolis, utpote aut in bellum profectis, aut alia de causa absentibus vacuum, quem tamen genti Tamaroa dictæ & antea memoratæ inhabitari existimat. Hinc Ouadebachii sequebantur, quos populi Chikacha seu Sikacha dicti excipiebant. Rursus post aliquot dies magnam ferorum hominum turbam obviam habuerunt, ab eaque benevole excepti, & ad Akanfa gentem illis amicam perducti sunt. Hæ gentes barbaræ quidem, longe tamen cultiores humanioresque sunt, quam quæ septentrionaliores Americæ partes incolunt. Liberali enim & ingenua alacrique sunt indole; juniores mores ad omnem modestiam plane compositos præ se ferunt, ut præsentibus senibus, nisi interrogati, loqui non audeant. Varia quoque domesticorum animalium genera apud eos conspiciuntur, nihilque ad commode degendum, qua arborum fructus, qua ceteras res, natura illis negavit. Socii Hennepinii deliciis hisce deliniti, iter libenter abruptissent, nisi ipse ad continuandum, quem coeperant, cursum illos auctoritate sua permovisset. Quas hinc ordine ad fluvii ripas offenderunt gentes, ingentibus lætitiis & acclamationibus eos exceperunt, una alteram de novorum hospitem adventu certiorum reddente. Fuit inter eas quoque gens Taensa, per plures pagos habitans, circa haud adeo magnum lacum a flu-

a fluvio Meschasipi oriundum, quæ humanitate ceteras superare studeat. Ingenium docile & culturæ patiens, & quod facile ad omnem humanitatem traduci possit, illi Auctor tribuit. Regio quoque ipsa fertilitate ceteras superare videbatur, arboresque & fructus Europæis plane incognitos ibi vidit. Et ne quid ad significandum erga hospites animum benevolum deesse videretur, ad vicinos & socios suos, Koroa dictos, legatos miserunt, animos eorum & benevolentiam illis conciliaturos. Ab his ergo non minori humanitate exceptis, jussu Principis, qui genti præerat, comites, qui ad alias gentes eos deducerent, dati sunt. Sex hinc milliaria emensi, fluvium Meschasipi per duos alveos suas dispensare undas, insula 60 milliaria longa in medio relicta, animadvertenterunt. A comitibus moniti alveum occidentale ingressi sunt, rursusque multas gentes nemini hactenus cognitæ detexerunt. In his Quinipissa & Tangibao gentes fuerunt; & hac quidem eo tempore bello, quod cum alia natione gesserat, victa, vacuas possessoribus ædes, cadaveribus tamen hinc inde projectis victoris crudelitatem prodentibus, horroremque haud modicum Nostro incutientibus, ingredi licuit. Tandem 60 fere milliaria in hocce alveo Meschasipi emensi, aquam dulcem falsedine quadam infici animadvertere cœperunt, indeque haud procul mare abesse edocti sunt. Hinc paulisper procedentes tandem voti sui compotes facti, orique fluvii in mare aquas suas egerentis admoti, intellexerunt hoc intra 27 & 28 gradum latitudinis fieri, eo fere in loco, quo in tabulis Geographicis plerumque Fluvius Absconditus (*Rio Escondido*) conspicitur, quem inter & fodinas S. Barbæ fluvius Magdalenæ decurrit. Ceterum conficit fluvius Meschasipi, ex sententia Auctoris nostri, 800 fere milliaria, a prima origine, usque ad mare, in quod se effundit; a fluvio autem Illinosiorum, 340: nimirum si comprehendere miros circuitus ac flexiones crebras, quas facit serpendo, velimus. Socii autem Hennepinii Hispanos, qui Mexicam Novam incolunt, metuentes, circa os fluvii diu commorari noluerunt, indeque factum, ut multa notitiæ Auctoris se subtraxerint, quæ ceteroquin investigare potuisset. Die 1. itaque Aprilis relegere fluvium cœperunt, salutatis iterum gentibus, a quibus tanta humanitate excepti fuerant. Feliciter vero continuarunt iter, donec die 12. Aprilis a barbara gente septentrionalis Americæ partes incolente capti, & in servitutem redacti, non tantum maximum vitæ discrimen adierunt

adierunt, sed per aliquot menses captivitatis incommoda inter homines feros, & ab omni cultu ac humanitate remotos, ferre coacti sunt, ut ut Barbari adoptionis specie tædia hæc utcumque mitigare conati sint: quæ omnia in Louisiana descriptione prolixius etiam Auctor commemoravit. Jam quod ad istos terrarum tractus, qui ab utroque Meschasipi latere conspiciuntur, attinet, eos hic paulo accuratius describere Auctor pretium operæ duxit. Rivi & fluvii ibi omni piscium genere abundant, ut & ipse Meschasipi, in quo tamen crocodili hominibus maximum periculum creant. Taurorum filvestrium, cervorum, aliorumque animalium tanta est copia, quanta infinitæ hominum multitudini alendæ sufficit. Bestiæ autem, quæ hominibus metuendæ sint, ibi nullæ reperiuntur. Est quidem bestiarum species ( Michibici incolæ vocant ) quæ & magnitudine & forma leonem fere referunt, capite tamen ad lupos propius accedunt, & alias bestias quidem devorant, ast hominibus non nocent. In illis provinciis, quæ occasum spectant, nonnullæ reperiuntur, quæ equorum vicem subeunt. Non minor arborum & copia & varietas est. Cedri specie formosissima oculos intuentium alliciunt: sunt & quæ gummi longe præstantissimum suavissimique odoris fundunt. Nec desunt ligna maximis navigiis exstruendis apta. Terra adeo ferax, ut amplissimas colonias, præsertim si cultura accedat, nutrire possit. Frumentum Indicum ter aut quater per annum maturescit, colligiturque ab incolis. Carbores quoque ibi effodiuntur; cum primis autem æris & plumbi fodinæ maximas divitiâs promittunt. Lapidum, præsertim marmoris nigri & albi, gemmarum quoque, cum primis jaspidis, adest copia. In tanta regionum ubertate & felicitate, miserissima est incolarum conditio. Religionis nec sensus iis est, nec cura, cultusque Divini vix vestigium aut umbra apud eos extat. Videntur quidem Solem ut rerum omnium causam venerari, sed hoc ipsum quoque satis frigide faciunt. Naduessani et Illati Solem ad fumum tabaci fistula trahendum, solenni formula, *Tchendiouba Loui*, invitant, eaque ratione se Deum suum posse placare putant. Americanis enim populis Solem nomine *Loui* venire, hic denuo repetit, ut appareat, id ideo, ut Regi Galliarum adularetur, ab ipso confictum non fuisse. Lunam autem, adjecto alio nomine, *Louis Basafche*, h. e. Solem noctu fulgentem



gentem iis dici observat. Id vero merito miratur, quod cum hæc Americæ pars tot gentibus incolatur, singulis tamen sua lingua sit, quæ ab aliis intelligi nequeat. Quanta inde difficultas hæc loca lustrantibus, præsertim ad Christianorum sacra, gentes perducturis objiciatur, quilibet cogitatione sua facile assequi poterit. Qui autem fluvium Meschafipi accolunt, & Auctori innotuerunt, ut moribus & indole, ita & corporis specie habituque a Canadensibus maximopere differunt. Regiminis, quod apud eos obtinet, ratio, ut mansuetiores paulisper mores arguit, ita a ceterorum Americæ populorum regimine quodammodo abit. Loca illis publica sunt satis spatiosa, conciliis ac ludis destinata. Qui imperio potiuntur, non tantum suadendi auctoritate, uti apud ceteros, sed & jubendi potestate pollent. Fasces illis alicubi, cum in publicum prodeunt, præferuntur, quos inter & Principem intercurrene nefas est. Sunt illis & servi & majoris dignitatis ministri, tum ad necessitatem, tum ad splendorem; dona pro lubitu distribuunt, Pulveris pyrii, & armorum ejus beneficio ignem evomentium, usus hisce populis ignotus est. Unde falli eos colligit, qui hosce populos 30 solum aut 40 circiter milliaribus ab Hispanis Novam Mexicam tenentibus abesse, & ab his ejusmodi armorum usum accepisse, & sibi & aliis perperam persuaserunt.

In altero horum opusculorum Tomo, infelices conatus Viri fortissimi Roberti Sallii Equitis narrantur. Is jam A. 1669. iter ingressus, ut ex Louisiana descriptione alibi indicavimus, ultra fines tamen lacus Ontanii seu Frontiniaci non pervenerat, sed A. 1675 privilegii quibusdam a Rege acceptis incitatus, denuo in animum induxit, regiones & populos hosce perlustrare. Adeoque Frontiniacum fortalitium communivit. Hinc A. 1678 cum Hennepinio nostro & aliis nonnullis iter ingressus, ad Illinosios usque penetravit, sed ibi amisso navigio pedes Frontiniacum remeare coactus est, Hennepinio ad Gentes, quas adire constituerat, perlustrandas præmisso. Extruxerat etiam aliud fortalitium in Illinosiorum finibus, Crepicordium dictum, cui Dominum de Tonti præfecit, sed hic Barbarorum insultus metuens, ex fortalitio cum suis discessit, & Frontiniacum rediit. Successibus istis parum prosperis nondum fractus Sallius, in Galliam rediit, expositisque consiliorum suorum

rationibus, & milite & pecunia a Rege adjutus, A. 1684 tribus navigiis instructus, denuo Americam petiit, & A. 1685 Sinum Mexicanum ingressus est. Existimavit quidem, se ex Sinu hocce in fluvium Meschasipi navigaturum, sed in ore hujus fluvii quaerendo operam lusit, adeoque naves portum, cui Ludovici nomen ipse dedit, subire, coloniamque quam ex Gallia secum abduxerat, ibi considere jussit, extructo eo in loco fortalitio, cui itidem Ludovici nomen inditum est. Regiones, quae circumjacent, a variis gentibus, Quosquis, Bohamus & Quinets dictis inhabitantur, quae novae coloniae multum negotii facessivere. Sallio autem unice constitutum fuit os Meschasipi investigare; quem in finem campestri itinere, infinitis superatis difficultatibus & periculis, id facere constituit, sed rursus irrito eventu. Interea aut incuria, aut malitia nautarum, omnes Sallii naves perierant, Salliusque hoc ipso in maximas conjectus erat angustias: nec alia ratio hinc eluctandi supererat, quam ut ipse ad Illinusiis contenderet, indeque res ad novas naves construendas necessarias afferri curaret; quod iter cum fere, incredibili licet cum labore ac molestia confecerat, ipse a suis perfide occisus est, morteque adeo tanta virtute profecto indigna perit. Haec dum Auctor prolixius enarrat, de variis Americae gentibus, quas Sallius, & qui illum ex Recollectorum ordine Sacerdotes comitati sunt, adierunt, uberius exponit. Ceterum magni hujus tractus, praesertim fluvii Meschasipi a se detecti, hunc praecipue fructum se sperare Auctor non dissimulat, quod breviori & commodiori via China adiri nunc possit. Ex sinu Mexicano enim in fluvium Meschasipi patere aditum; hinc per alios rursus fluvios septentrionalem Americam gigantes ad ea loca facili negotio perveniri posse, quae regno Japan vicina sunt. Hoc enim per fretum Anian ab America secerui plane negat, & istud commentum rejicit, suaeque sententiae non tantum rationes haud contemnendas offert, sed eam Viris doctissimis jam probari testatur.

Η ΠΑΛΑΙΑ ΔΙΑΘΗΚΗ ΚΑΤΑ ΤΟΥΣ ΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑ.

i. e.

*VETUS TESTAMENTUM GRÆCUM EX VERSIONE LXX interpretum: cum LIBRIS APOCRYPHIS: juxta exemplar Vaticanum, Accessit NOVUM TESTAMENTUM juxta Oxoniensem Editionem recusum.*

Lipsiæ

Quæ inter antiquas S. Scripturæ versiones primum universæ veteris Ecclesiæ calculo locum olim tenuit, & cui etiamnum hodie debitus, etsi moderatus, honor haudquaquam abrogari potest, Græcam LXXviralem Veteris Testamenti Interpretationem, postquam ab aliquo tempore desiderari per Germaniam cœpit, nova eaq; emendatissima editione recudi suis sumptibus bibliopola, a doctissimis passim viris instigatus, curavit. Atque id eò quidem facilius sibi persuaderi passus est, quo magis e re omnium videbatur, esse Græcis Bibliis instructos, & quo minore cum cura vulgo, etiam apud Batavos, ea imprimi consuevisse, non absque dolore deprehendimus. Accedebat, quod, etsi multoties in Germania prodisset versio LXXviralis, nunquam tamen juxta Vaticanam editionem expressa esset, sed vel ad Complutensem, vel ad Aldinam, duos reliquarum editionum omnium fontes, priusquam Vaticana prodiret. Siquidem Complutense exemplar, auspiciis magni illius Cardinalis Franc. Ximenii in Bibliis Complutensibus A. 1575 excusum, non solum Hispano Operi Regio Biblico Antwerpiz A. 1571, & Parisiensibus Bibliis Polyglottis, queis sumptus Michael le Jay suos impendit, A. 1645 insertum est; sed & in Germania editum, a Comælinis Heidelbergæ A. 1599 in Bibliis Hebraicis, Græce & Latine vulgatis: Latina vero versio separatim apud Andr. Cratandrum A. 1520 Basileensibus typis excipra prodit. Aldinam editionem, quæ post obitum Aldi Venetiis A. 1518 apud Andr. Asulanum publico exposita est, (Complutensi multo ad fidem codicum MStorum sincerior, cum illa in plurimis longe locis esset ad Hebræum textum ab editoribus emendata) secutæ maximam partem per Germaniam sunt Argentinenſis anni 1526, Basileensis Hervagiana A. 1545, & Brylingeriana A. 1550, cui Latina etiam versio accessit: demum & elegantissima Francofurtensis Wæscheliana A. 1596, quæ cum fragmentis veterum interpretum, Aquilæ, Symmachi, Theodotionis & reliquorum, a Francisco Junio, ut communi eruditorum consensu creditur, procurata est. Ita tamen hæc, quas commemoravimus, editiones Aldinam secutæ sunt, ut non solum in ordine librorum, quem imputatunt, sed & transsumptis hic illic ex editione Complutensi a-

aliquibus, quæ magis ad Hebræum textum accedere videbantur, ab eadem recedant. Vaticana vero, quæ tertius, puriorque duobus præcedentibus, fons Græcorum Bibliorum, qualia hodie habemus, est, auspiciis Sixti V. Pontificis R. cura Antonii Caraffæ Cardinalis, Flamini Nobilii, aliorumque eruditissimorum virorum aliquot, e vetustissimis codicibus splendidissime & emendatissime cum scholiis antiquis, & fragmentis veterum interpretum, Romæ anno 1587 in lucem emissâ est, secutaque anno statim sequente 1588 Latina Flamini Nobilii versio, e scriptis Latinorum Patrum, quoadusque fieri poterat, congesta, cum novis scholiis. Hanc igitur, etiam Joh. Morinus Parisiis A. 1628 duobus tomis in folio exactissime recusam repræsentavit, Latinum Græco in singulis paginis apponens, & versiculorum subnotationem ad marginem addens, cum præmissa luculenta præfatione: etiam præterea Londinenses eandem quoque Græce recuderint A. 1655 in 4. & 8. ordine tantum, ubi rem ita poscere existimabant, pauculisque aliis ad rextum Hebræum emendatis (quod tamen ægerrime Brianus Walonus tulit, a quo Londinensibus Polyglottis A. 1657 prorsus intemerata editio Vaticana inserta est) & secuti Londinense institutum Cantabrigienses A. 1665 in 12. 2. volum. cum eximia præfatione Ἰὲ πᾶν Joh. Pearsonii; hosque iterum secuti Batavi Lugdunenses anno 1683. in 12: nondum tamen hætenus Germani e suis tabernis emiserant. Adeoque illam imprimendi desiderio, laudatissimo sane, tactus bibliopola, cum nec pretio neque prece, in tanta exemplarium raritate, Vaticanum ipsummet Romæ impressum exemplar nancisci posset, Londinense apographum elegit quod sequeretur; omiſsa editione recentiore Batava, quæ typographicis mendis scætet: a quibus vero ut perpurgata hæc editio in lucem prodiret, omni studio curaque omni laboratum sedulo est. Præterea non solum adjecta sunt scholia Vaticanæ editionis, & fragmenta insignia veterum interpretum; sed &, ut de variantibus a Vaticana editione lectionibus Aldinis simul constaret, eadem magno studio collectæ, suisque inter scholia locis, præmissis crucis signo, insertæ sunt. Demum, ut integer quoque Sacer Codex prodiret, annexum est Novum Testamentum, juxta postremam elegantem illam Oxoniensem editionem, quæ varias lectiones undique collectas complectitur.

Ne

Ne vero videretur proœmium operi utilissimo deesse, operosa illi præfatio, velut isagógica, præfixa est, de Græcis S. Scripturæ versionibus & editionibus paulo latius dissertans. Autor illius clarissimus *Job. Frickius*, noster in colligendis Actis sedulus Collega, id sibi in primis negotiû dari credidit, ut succinctam Græcarum omnium S. Scripturæ versionum, quas quidem novimus, historiam e genuinis veterum scriptorum monumentis erutam exhiberet: tum recentiorum quoque Philologorum præstantissimorum diffidia & observationes, quæ ad rem facere viderentur, excuteret immisceretve: tandem sua quoque hic illic animadversa inspergeret. Ordinem chronologicum servat, adeoque ab initio statim de antiquissima illa versione Græca Bibliorum, quæ Perfarum quoque imperium antegressa a nonnullis, Aristobuli Judæi Peripatetici autoritate inductis, creditur, ita agit, ut eam explodat: Simonio tamen non assensus, qui Aristobuli librum, & libros Hecatæi atque Clearchi gentilium scriptorum (Judæis paulo æquiores) pro supposititiis habet; cui Noster ad allatas rationes respondet. Inde de Samaritica versione Græca loquitur, quæ num fuerit olim, inter viros doctos ex frequenti apud Patres Græcos, Eusebium, Theodorum aliosque ἡ Σαμαρειτικὴ allegatione disquiri solet. Eam non penitus esse in dubium vocandam judicat præfationis autor; sed tamen illos refutat, qui versione ἡν LXX antiquiorem existimant, cum Justino Martyre haud dubie junior illa sit. Monitus inde post publicatam isthanc præfationem a quodam amico est, forte Symmachi Samaritæ versionem Græcam ipsum illud esse ἡ Σαμαρειτικὸν, quod apud veteres toties allegatum legitur, nec alia ratione nomen Samaritici textus illi impositum fuisse, quam versioni Aquilæ nomen textus Hebræi apud Justinum aliosque Patres. De quâ conjectura alii judicent.

Noster posthæc de ipsa versione LXX virali agit, ejusque historiam, prout a variis veterum relata est, enumeratis una circumstantiarum varietatibus recenset: tum & recentiorum conjecturas refert, Joh. Lightfooti, Rich. Simonii, Joh. Croji, Jos. Scaligeri, Dan Heinsii, quas omnes, additis rationibus, rejicit: ut & Jac. Usserii de triplici versione LXX virali syntagma: nec non errores aliquot B. Mich. Waltheri; & alios anonymi alicujus, contra-

quem Ludov. Cappellus stilum strinxit. Frustra ab his omnibus rei gesta, & tot veterum testimoniis confirmata, fidem meris conjecturis impugnari persuasus est: etsi nonnunquam fabulosa veris immisceri non dubitet. Totam S. Scripturam a LXX interpretibus ita versam censet, ut non simul & semel, unave omnium opera, illud factum existimet; sed vel iterata editione, vel a singulis, post versionem Pentateuchi manum reliquis libris sensim admoventibus. Autoritatem illius versionis in Judæorum synagogis adeo magnam fuisse credit, ut non solum subnexa in publicis conventibus prælecto ante omnia textui Hebræo fuerit illa, quod Rich. Simonio videtur, sed & sola quibusdam in locis lecta. Observat insuper e loco quodam Maimonidis, Judæos Græcis characteribus Hebræos codices Bibliorum aliquando scripsisse: plane, ut successu temporis in Hexaplis suis fecit, Judæis id forsitan in acceptis ferens, Origenes.

De Aquilæ ætate, versione duplicis editionis, quarum posterior dicta καὶ ἀνεπίβητων, versionis hujus autoritate apud Judæos atque Christianos, & inprimis apud dissentientem toties a se Hieronymum, deque aliis hujus generis quæstionibus inde paulo fusius differit: inter alia paradoxam J. Vossii opinionem recensens, qui e posteriore editione versionis Aquilæ Talmudica Judæorum Misnajoth originem accepisse, aliis persuasum ibat. De Theodotionis Symmachique ætate nonnulla contra Petavium affert, qui Symmachum illo majorem statuit, ab Epiphanio deceptus, quem excusari non posse nec emendatione corrigi, Noster credit. De his omnibus, ut & de quinta, sextaque & septima ἀνομήτων versionibus cum præter fragmenta nihil supersit, de his quoque agit, & quam multa supersint in MSS, codicibus Bibliorum Græcis, Nobilio, Drusio & Waltonio non animadversa, monet; nostræ quoque Bibliothecæ Paulinæ codicem unum laudans, membranaceum bonæ notæ, qui partem Pentateuchi continet, & ad marginem variis veterum ineditis fragmentis ornatus est. Postmodum de καὶ ἡ veterum agit, & in quantum illa sit ab editionibus Origenianis diversa. Hac igitur occasione Tetrapla Hexaplaque Origenis sollicite explicat: nec non Octapla, quæ cum Hexaplis plane eadem esse post Hæstium observat: Heptapla & Enneapla explodit. Editionem  
vero

vero obelis & asteriscis munitam (quæ & notavit, quæ apud LXX essent superflua, nec in Hebræo textu, & vicissim e Theodotione, Symmachovè transfumit, quæ juxta Hebræum fuerant *ῥῶς* LXX addenda) omnino a Tetraptis fuisse peculiarem diversamque, modeste contra Huetium tuetur, & varia simul ad illam editionem explicandam in medium profert. Origenis laborem hunc per asteriscos & obelos rem agendi, adversus Hieronymum & recentiorum aliquot criminationes defendit; reliquiasque obelorum paucas recenset. Pamphili & Eusebii editiones Bibliorum Græcorum, olim in Oriente celebres, ab Origenianis nulla in re fuisse diversas, quam quod scribarum menda sustulerint, ex aliis animadvertit, & distinguui debere addit editiones istas ab ea; quam diu post mortem Pamphili solus Eusebius auspiciis Constantini M. in usum Constantinopolitanorum procuravit. Exinde de Luciano & Hesychii claris per orbem Christianum *ῥῶς* LXX editionibus agit: & post alia illud inprimis annotat, errare, quotquot, Hieronymi quodam loco induci, Eusebianam, Lucianeam & Hesychianeam Græcorum Bibliorum editiones magnò per orbem Christianum dissidio occasionem dedisse putant; cum eo loco Hieronymus causæ potius insertuisse, quam vera locutus animadvertatur: quod cum Benedictini Parisienses ad Hieronymum annotassent, Noker novis rationibus confirmat. Rejicit quoque opinionem Henr. Valesii, obelos & asteriscos a Luciano etiam & Hesychio adhibitos existimantis, Annotat, Masium & Conringium autumasse, Vaticanum codicem esse ad editionem Luciano expressum, & Jf. Vossium commemorare, reperiri in bibliotheca Christianæ Sueciæ Regiæ quendam ejusdem editionis codicem. Juxta Hesychii editionem esse scriptum codicem Alexandrinum, plurimos viros doctos secutus, non improbabile credit. Refert postmodum infelices Apollinarii in edenda versione Græca conatus ex Hieronymo, & ignotos Joh. Josephi ejusdem, nec non S. Basilii alios; quorum e veteribus libris Ussérius mentionem facit.

Paulo prolixior est de Sophronii versione Græca versionis Latinæ Hieronymi ad Hebræum factæ, quam universam S. Scripturam comprehendisse non quidem affirmat temere, sed nec improbabile tamen ducit. Notat porro haud levem Salmasii errorem, qui

qui in Commentario de Hellenistica, ex male intellecto quodam Photii loco, affingit Theodoro Antiochæo novas novæ cujusdam, post reliquas omnes, versionis Græcæ molitiones: cum potius eo loco Theodorus Mopsvestiæ Episcopus (quem vel a patria, vel, quod presbyter eo loci esset, Antiochenum cognominatum constat) Aramum (i. e. Hieronymum) ob tentatam novam versionem Latinam atro lapillo notet. Ceterum non inficiatur Autor præfationis, præter eas versiones Græcas, quarum distinctam notitiam habemus, alias quoque fuisse plures *ανονύμων*, de quibus nil nisi allegata subinde apud Chrysostrum aliosve veterum loca quædam exigua supersunt, quarumq; auctores ii, qui fragmenta ejusmodi colligunt, communi termino *ἡς λοιπῆς* vocant, quo nomine & in MSS. codicibus notati inveniuntur. Addi vero tot versionibus Christianorum Græcis posset quoque Judaica Karraotum versio, quam in deliciis hi mire habent, & quam Constantinopoli Hebraicis literis impressam prodiisse, Rich. Simonius in Historia Critica Veteris Testamenti lib. II. c. 1. auctor est. Exciderat ea Nostro, cum præfationem scriberet, sed paulo post, cum relegeret absolutam, ommissio est animadvertita.

Hunc in modum cum de antiquis versionibus & editionibus S. Scripturæ Græcis ubertim Autor *προλεγομένων* egisset, ad recentiores editiones progreditur. Sed de quibus cum sub initium jam satis dixerimus, non est cur hic verbum addamus: nisi de iis editionibus, quæ ultra molitiones virorum doctorum aut promissa progressæ non sunt. Talis erat editio Frontonis Ducæi, Jesuitæ, qui multas illi vigilias infumfit: sed haudquaquam tamen, ut vulgo e Sarravii atque Colomesii relatione creditur, Sixtinæ tantum Vaticanæ editionis aliquam recensionem moliebatur; sed plane aliam *ἡς κοινῆς*, apud antiquos, Hieronymum præsertim, adeo celebratæ, Græco-Latinam obelis & asteriscis distinctam editionem: pro ut ex ipsiusmet Ducæi epistola apud Lambecium superstite Notter observat. Inspexit ea occasione aliqua de Cottoniano Geneseos codice vetustissimo lectu non injucunda, quem scilicet adhibuerat Ducæus, & qui post ejus mortem in Angliam remissus diu latuit, donec a Viro clar. Thoma Gale suo domino restitueretur. Codicem Alexandrinum, qui in Regia Londinensî bibliotheca asservatur, Patri-



## MENSIS FEBRUARII A. MDC XCVIII. 31

Patricius Junius edere sibi aliquando proposuit, sed, etiamsi edidisset, parum dedisset sincerum, quod e Waltonio monetur, eo ipso scilicet, qui sinceriores codicis illius lectionem per epitomen in Polyglottis suis exhibuit. De promissa toties, sed nunquam data, & forte ne serio apparata quidem Jf. Vosii editione τῶν LXX, nec non de similibus Pauli Colomesii promissis, dicere ex præfatione supersedemus, cum alias sat abunde nota sint. Sed illud non prætereundum, quod alicubi monetur de Colomesio a se ipsomet non obscure dissentiente, dum in notis ad Scaligerana, Vaticanam editionem non dubitet codici Alexandrino longe cum Jsaaco Vossio postponere, & tamen in epistola ad Justellum, ut se in quibusdam a Vossio dissentire Simonis ostendat, Vaticanum producat τῶν LXX codicem, eumque se pro omnium præstantissimo reliquisse haud dubie præferendo, secus ac Jf. Vossius judicet, habere referat. Unum adhuc, priusquam finiamus, monendum ab Autore præfationis rogati duximus: illum scilicet, errore calami festinantis, ultima pagina male *Orationem Manassis* ex Aldina editione in hanc, quam præ manibus habemus, translata dicere, cum potius ex Complutensi manarit in Francofurtensem Wecheliam, & ex hac in Lipsiensem nostram: quam de cætero non displicituram publico putamus.

### RESPONSIO DANIELIS PAPEBROCHII EX SOC. JESU

*Theologi ad Exhibitionem errorum per Adm. R. P. Sebastianum a S. Paulo Colonia A. 1693 evulgatam.*

Antverpiæ, ex typographia H. Thieullier, 1696. 4. Alph. 1. pl. 20.

### RESPONSIONIS EJUSDEM PARS II.

Antverpiæ apud viduam H. Thieullier, 1697. 4. Alph. 3. pl. 4.

**P**ARUM absuit, ut in tanta novorum, qui undique confluunt, librorum copia, præsentis operis nos cepisset oblitio, (cujus quidem particulam in his Actis jam A. 1696 pag. 500 seqq. recensueramus) nisi commodum ad nos pars ejus altera ab ipso Auctore celeberrimo transmissa pervenisset. Resumimus itaque in manus librum, & tanto libentius, quanto plura notatu digna in eo se offerunt. Et nunc quidem ex iis, quæ in parte prima reliqua sunt, quædam delibabimus, alteram in aliud tempus dilaturi.

L

Arti-

Ad *Articulum III*; quo Adm. R. P. *Sebastianus a S. Paulo*, Ordinis Carmelitani in Belgio bis Provincialis, Papebrochium irreverentiæ erga Summorum Pontificum Bullas aliasque Literas Apostolicas accusaverat, respondet Papebrochius, Decretales Epistolas omnes, quæ in Ecclesia receptæ sint tanquam doctrinam sanam continentes, a se quoque recipi; at quod ex, quæ Siricium Papani præcedunt, suppositæ aut interpolatæ sint, tantum abest ut inficias ire cupiat, ut, dum ad Baronii, Bellarmini, Perronii, Sirmondi, Petavii aliorumque consensum provocat, *Philippi Labbe* non dubitet sua velut facere verba: epistolas illas adeo deformes viris perspicacibus videri, hoc saltem tempore, ut nulla arte, nulla cerussa aut purpurisso fucari possint. Infallibilitatem Romanorum Pontificum in rebus fidei & morum agnoscit, non item in rebus facti: unde fieri posse ait, ut in eorum Bullis subinde narrentur quædam ac referantur a veritate aliena, & a supplicantibus fraudulentè suggesta. Utique cum alia occasione controversiæ meminisset, quæ de S. Benedicti corpore inter Italos Gallosque intercedit, utrique possessionem ejus jactantibus, negari non posse monet, & Italos & Gallos Pontificum, nisi Bullis, quæ proinde, velut contradictoriæ, simul veræ esse non possint. Etsi Papebrochius ipse profiteatur, *paratum se esse, S. Benedictum venerari, tam in eo quod in Italia, quam quod in Gallia est, corpore, nihilque se dubitare, quin id gratum Deo sit, non nimium scrupulosos nos volenti esse in hac parte, ne, dum locus deligitur, religio minuatur.* Porro & id objectum Papebrochio fuerat, quod contra diversa Pontificum diplomata, Ecclesiæ S. Aphræ Brixienfis Reliquias explodere fuerit ausus. Qua de re *Tomo I. Supplementorum Sectione III. p. 134. seq.* nos dixisse meminimus, cum Rev. Abbatis S. Aphræ *Onuphrii* (Honorium errore graphico tum vocavimus, quod mendum & in indicem irrepsit, facile a quovis corrigendum) *Stella* librum Henschenio & Papebrochio oppositum recenseremus. Sed perstat in sententia Noster; tum quod arbitretur, *Stellam* nonnisi *Guerrini Cerreti* Chronico, quod fabulosum tamen agnoverit ipse, dictas Reliquias & Brixienfis Ecclesiæ Martyrologium tueri; tum quod persuaderi sibi non patiatur, cognomina hodierni usus, ut sunt Lombardica, Teutonica, & illis recentiora Italica, tam antiquis, quorum Reliquiæ jactantur, Saus

Etis

Atis convenire. Postrema Articuli III Accusatione reprehensus Papebrochius fuerat, quod Joannis XXII Bullam, Sabbatinam vulgo dictam, qua Beata Virgo Maria Carmelitæ habitum induta Pontifici apparuisse, & sanctum suum ac devotum Carmelitarum, Ordinem, per Eliam & Eliseum in monte Carmeli inchoatum, commendasse ac Indulgentiis munivisse fingitur, cum Joanne Launoye rehus spuriam ac suppositam rejecerit. Ast Noster intrepide neque Joannis XXII Bullam illam, neque illam Alexandri V, qua istam confirmatam Carmelitæ credunt, ullius esse fidei contendit: sub finem licet professus, *se earum Indulgentias, atpote a successoribus Pontificibus confirmatas, non impugnare, eo quod subsequantium Pontificum Bulla factis quidem particularibus veritatem non tribuant, Indulgentiis tamen etiam supposititiis valorem indere possint.*

*Articulo IV* violatorum Decretorum Pontificalium reus Noster, negat denuo Missalium, Breviariorum, atque Conciliorum extra materiam fidei tantam esse auctoritatem, ut factis etiam particularibus fidem quisque ideo solum, quia in Breviario, vel in Missali, aut Concilio quodam referantur, tribuere teneatur, de falsitate licet eorum aliunde convictus. Negat denuo erimen esse, hæreticum ab ingenio, eruditione, diligentia laudare, atq; id genusalogis, a quibus sana doctrinæ nihil imminet periculi, ornare: cum nec Ethnicis negari talia soleant, & in Ferruliano, et in Montani hæresin fœde prolapsos, atq; Origene, anathemate licet a quinta Synodo generali Constantino-politana percusso, quæ in iis sublimia fuerunt laudare, religioni nemo ducat. Negat a se peccatum, dum seculo post Christum natum undecimo morum eam fuisse corruptelam asseruerit, ut etiam quæ Dei famularum erant professi, non magno crimini sibi duxerint, protrahendis possessionibus suis diplomata fingere aut interpolare: cum communem eam istius avi infelicitatem Mabillonius etiam, Baronius alique agnoverint.

Sacrorum Conciliorum auctoritatis labefactatæ *Articulo V* accusatus, initio statim monet, non postulandos illico hæreseos, qui Concilium aliquod erroris arguerint, nisi Bellarminum etiam, Joannem a Turrecremata, & Jo. Malderum suspectos de hæresi dixeris, quod scripserint, Concilium generale sextum errasse, dum Honorium Pontificem tanquam Monothelitam damnarit. Ipsa

dein Acta seu Capitula Concilii Romani sub Zacharia celebrati ad ineptias a se relegata inficiatur, etsi Appendiculam subscriptionum Episcopaliū inepti cujusdam hominis esse scripserit. Libros de Hierarchia, qui S. *Dionysio Areopagita* tribui solent, suspicere se & venerari dicit ut Divino Spiritu scriptos, sed eorum auctorem Areopagitam fuisse, quamvis pro eo stet plurium seculorum possessio, & sub ejus nomine a quibusdam Patribus & Conciliis citentur, id vero est, quod a se negatum, & adhuc dum negari fatetur. Negat Concilio Florentino a se contradictum, dum Pontifices Romanos non Petri solum, sed & Pauli successores affirmaverit; idem etiam ab Ireneo, Bernardo aliisque factum ostendens. Plura ad *articulum VII* ipsorum etiam Pontificum Romanorum aliorumque testimonia adducit, quibus comprobetur, Paulum recte Episcopum Romanum dici posse: etsi vicissim concedat, Paulum in Ecclesie Romanæ regimine Petro fuisse subiectum; Ecclesie vero universalis caput solum Petrum fuisse, adeoque summos Pontifices in Romano quidem Episcopatu Petri & Pauli, in Episcopatu autem universali & primatu Ecclesie solius Petri successores dicendos. Ad eundem articulum repetit Papebrochius, ampliusque confirmat, quod olim statuerat, ante Nicæni Concilii tempora unius Ecclesie plures subinde Episcopos videri fuisse; imo asserere non dubitat, etiam nunc Romæ, præter summum Pontificem, duos alios esse Episcopos, quorum alter *Vicarius*, alter *Vices-gerentis* titulo insigniatur.

*Articulo VIII* violatæ Eminentissimorum Cardinalium dignitatis accusatus, agnoscit, ex Historiis Conclavium Pontificiorum, etiam Clemente VII posterioribus, deprompta a se & Sanctorum Actis illata nonnulla fuisse, electis quidem Pontificibus non indecora, eligentium tamen & candidatorum quibusdam haud æque honorifica; nec sine fructu id a se factum confidit, quod ex his talibus appareat, quomodo Divina sapientia quandoque humanam ad stuporem omnium confundat, & maxime secretas callidasque negotiationes ad effectum ab intento diversissimum dirigat. Ast postquam cognovisset, institutum hoc suum minus probari aliis, ac istas Conclavistarum relationes nullius Romæ auctoritatis censerit, non mutasse tantum se ait sententiam, sed solenni etiam Protestatione,

sione, Tomo II Sanctorum mens Junii præfigenda, Acta ista Conclavium, veluti Pontificiæ Historiæ gravitate parum digna, in omnibus jam editis exemplatibus aboleri cupit. In eadem Protestatione elogium, quod aliquando Innocentio VIII, ex verbis Iohannis Stellæ scriptoris coævi dederat, natum *Cyborum familia, mediocri, sed honorata*, non de mediocritate natalium, sed fortunarum intellectum se velle monet. Benedictum porro IX, duodecim circiter annorum puerum, per patris Alberici Comitæ Tusculani largitiones & coempta suffragia, ad Pontificatum evectum fuisse, ita denuo confirmat, ut calamitate temporum excusare videatur. Dissensum in quibusdam suum a Baroniõ & Bellarmino Cardinalibus, aliorum magni inter Romano-Catholicos nominis exemplo tutetur. Non negat se docuisse, quod Episcopi olim in sublimiori dignitatis gradu, quam Cardinales, fuerint collocati: verum hoc non de Episcopis omnibus, sed solum de septem illis, qui jam tunc Romani Pontificis suffraganei fuerint, qui & nunc primi sint inter Cardinales, & olim, cum ipsi Cardinales nondum essent, Cardinalibus fuerint prælati, assertum a se monet.

*Articulis X, XI & XII* criminum in ipsos Sanctos reus peractus erat Papebrochius, tamen omnium studiorum laborumque suorum scopum fructumque statuisse, bene de Sanctis mereri. Sed tanto animosius istam accusationem depellit. Ut paucissima attingamus, pernegat, suspectam a se redditam historiam de Assumptione B. Virginis Mariæ: Tamaji *Martyrologium Hispanicum*, & Cardosi *Hagiologium Lusitanicum*, ex Dexteræ, Luitprandi & Juliani Pseudo-Chronicis, de quibus & nos alibi, auctum fuisse ignotis ante hoc seculum Sanctis, auctoritate Nicolai Antonii & Eminentissimi Cardinalis d' Aguirre confirmat: Acta SS. Catharinæ & Barbaræ in dubium a se vocata non abnuat, dubitationisque suæ causas prolixè exponit: Vitam S. Swithberti, S. Marcellini socio ejus vulgo adscriptam, cum P. Joanne Bollandò denuo reprobat, laudatque confitentem secum Mabillonium: perstat in sententia, martyrium S. Felicis Papæ (cruentum nempe) a Luciferianis esse confictum: quod S. Athanasius Treviris in cisterna sicca per annos septem delituerit, fabulam esse denuo asserit, ab ipso Christophoro Browero, Trevirensium traditionibus plus æquo cæteroquin indulgere

solito, in Annalibus Trevirensibus ad A. 338 n. 40 explosam: ne minus fabulosa adhucdum agnoscat, quæ de B. Angela, Raymundi Bohemæ Regis filia, a Carmelitis jactantur; quæ dudum Bohuslao etiam Balbino, in Epitome Historica rerum Bohemicarum, suspecta fuerint, quod Bohemia nullum ejus nominis Regem habuisset, nec patriis Scriptoribus Angela illa unquam fuisset cognita; Vitam S. Mauri, a quo Congregatio ordinis S. Benedicti instituta est, literarum hoc tempore cultu in Gallia florentissima, quæ S. Faustum socium ejus auctorem præfert, confictam esse statuit, certe mire depravatam demonstrat, idque ingenue agnoscentes ex ipso ordine S. Benedicti Congregationis S. Mauri Duumviros clarissimos, *Lucam Acheryum & Johannem Mabillonium*, in Actis Sanctorum suæ professionis, producit: Acta S. Canionis, ejus qui sub Diocletiano & Maximiano passus creditur, suspecta sibi esse non diffitetur, huncque Canionem conjicit cum altero S. Canione, quem seculo V ex Africa in Campaniam venisse constat, confundi: Translationem Romanam S. Stephani Protomartyris, quam Eruditus quibusdam fabulosam videri olim dixerat, nunc confictam omnino esse, erudite ostendit. Sed hæc speciminis loco suffecerint.

## OBSERVATIO MERCURII SUB SOLE,

Noribergæ, anno 1697, d. 24. Oct. St. vet. instituta a

Dno JOHANNE PHILIPPO WURZELBAUR.

Excerpta ex Ejusdem Epistola ad - -

**H**ora oscillatorii VII. 15. 30 limbus Solis superior ab horizonte nostro prorupit, Sole trans vapores spissiusculos tanta luminis hebetudine conspicuo, ut umbella Mercurii discerni inde prius nequirit, quam superatis post horæ trientem vaporibus. Tunc enim hora oscillatorii VII. 36, discus Solis trans tubos, quibus ante septennium in consimili observatione usus fui: (unum 5½, alterum 4 pedum; hunc tribus, illum duabus lentibus armatum, utrumque non ultimæ notæ) affluens Mercurium primum prodidit. Erat hic puillo globulo uno fere gradu ultra diametrum horizontalem, ad levam elevatus, distabatque sesquidigito fere a limbo meridionali; quem primitus apparentem situm tamen, ductu posteriorum

100  
100




Fig: 1.




Fig: 4.





MENSIS FEBRUARII A. M DC XCVIII. 87

tiorum ad limbum usque Solis designatorum situam, in simili a limbo distantia infra diametrum horizontalem referendum censuimus. Comparebat autem plusquam dimidia parte exilior ac ante septennium, paulo tamen solidior, nec tum omnino rotundus: inferne nigricantior; circa medium umbra lumini sensim commixta, superne autem lumine, lumen disci Solaris si non superante, diverso tamen imbutus. Inde obliquo & incurvato aliquantulum tramite paulatim ascendens, horæ unius & 11½ minorum spatio, ad limbum Solis meridionalem, & ejusdem ab horizontali diametro numeratos gradus 16½ (quod punctum limbi, diligenter attento Verticali, accurate notavimus) appulit, ibidemque contraria ac ante septennium ratione, figuram genuinam protinus amittens, instar fili attenuatus, hinc inde nutando, H. 8. 47. 36. discum Solarem omnino deseruit. Reliqua observationis momenta, præter figuram prototypo conformem, adjecta tabella uberius exhibet.

TAB. III.  
Fig. 14

23. Oct. p. m.					
H.	i.	ii			
2.	59.	0	altitudo Solis versus occasum	14.	30. 0
3.	17.	30	altitudo Solis	12.	26. 0
5.	46.	0	culminat Saturnus	20.	17. 10
24. Oct. a. m.					
5.	47.	30	altitudo Procyonis versus occasum	44.	57. 0
6.	4.	35	altitudo ejusdem	43.	51. 0
	15.	15	altitudo hum. seq. Orionis vers. occ.	32.	5. 0
	23.	30	altitudo ejusdem	31.	3. 0
	29.	15	altitudo ejusdem	30.	8. 0
	36.	40	altitudo ejusdem	29.	5. 0
7.	15.	30	limbus Solis superior oritur horizonti		
			nostro circa Azimuth 65 a meridie.		
19.	30		limbus Solis inferior nobis oritur.		
39.	0		Mercurius in Sole primum apparet circa		
			num. 11		

	39.	o	Idem ad n. 2.		
	41.	30	- - - - -	3.	
	45.	25	- - - - -	4.	
	53.	0	- - - - -	5.	
	56.	0	- - - - -	6.	
	59.	0	- - - - -	7.	
8.	1.	20	- - - - -	8.	
	5.	43	- - - - -	9.	
	18.	30	- - - - -	10.	
	28.	15	- - - - -	11.	
	34.	30	- - - - -	12.	
	42.	7	- - - - -	13.	
	45.	34	- tangit limbum Solis meridionalem.		
	47.	36	- instar fili attenuatus egreditur & disparet.		
	57.	44	altitudo Solis versus ortum	- -	13. 35. 0
9.	7.	0	- - - - -	- -	14. 37. 0
	14.	0	- - - - -	- -	15. 28. 0
	20.	56	- - - - -	- -	16. 10. 0
	28.	50	- - - - -	- -	17. 0. 0
	33.	50	- - - - -	- -	17. 30. 0
	45.	38	- - - - -	- -	18. 40. 0
	55.	0	- - - - -	- -	9. 28. 0
no.	1.	15	- - - - -	- -	20. 0. 0
12.	2.	o	altitudo meridiana Solis Quad. M.		25. 10. 0

Ex Solis & stellarum altitudinibus istis, circa annotata momenta Quadrante duorum pedum orichalceo azimuthali, nova regula instructo, captis colligo, horologia mea oscillatoria a meridie præcedentis diei 23 Octobris ad meridiem diei 24ti, cum revolutione ac motu Solis diurno æqualitate exacta processisse; sed die præcedenti, ob interruptam adventu amici observationem meridianam, 2 tempore vero promotius directa fuisse. Singulis proinde consignatis oscillatorii momentis, minuta prima duo pro correctione demenda erunt. Atque inde pro instituto nostro tanquam potissima eligimus, apparitionis primæ & disparitionis egredientis e Sole

MENSIS FEBRUARII A. M DC XCVIII. 89

Sole Mercurii momenta, iisdemque ex Tabulis nostris & deductione trigonometrica conveniunt:

	H.	<i>l.</i>	<i>ll.</i>	H.	<i>l.</i>	<i>ll.</i>	
	7.	34.	24.	08.	45.	36.	Radius porro disci Solaris, intra quem, ad tabel-
Locus ☉ M.	11.	35.	24.	11.	38.	24.	lam orbiculatam, pedes 6 a tubo distan-
Afc. Recta	219.	8.	36.	219.	11.	33.	tem, Mercurium excepimus, erat partium de-
Gr. Equ. culm.	152.	38.	26.	170.	35.	33.	cies millesimarum pedis Noribergensis 3180.
Gr. Equ. oriens	242.	38.	36.	260.	35.	33.	In prima apparitione distabat Mercurius a centro Solis part. 2425, uno
Gr. Ecl. oriens	15.	0.	48.	28.	0.	36.	gradu infra diametrum horizontalem: portiuncula autem orbitæ observata erat part. 1130. Semidiametrum Solis ex tabula <i>Picardi</i> huic diei competentem assumimus 16. 16.
Angulus orient.	54.	41.	37.	49.	6.	20.	

gradu infra diametrum horizontalem: portiuncula autem orbitæ observata erat part. 1130. Semidiametrum Solis ex tabula *Picardi* huic diei competentem assumimus 16. 16.

His datis ad bina ista momenta opetrigonometriæ eruuntur tempore apparitionis primæ

Latitudo australis part. 2003, in part. circuli	0. 1. 11
Longitudinis a centro dist. in Ecliptica p. 1367, in p. circ.	0. 10. 15
Locus Solis tunc erat	0. 7. 0
Ergo locus Mercurii retrogradi in Ecliptica numer.	m. 11. 35. 24
At si primitus notatum apparitionis punctum uno gradu ultra horizontalem Solis diametrum a centro p. 2320 distans applicemus, erit	m. 11. 28. 24

Latitudo australis p. 1870, in part. circuli	0. 1. 11
Longit. a centro distantia in Eclipt. p. 1374, in p. circ.	0. 9. 34.
Locus Solis tunc erat	0. 7. 2.
Ergo locus Mercurii retrogradi in Ecliptica	m. 11. 35. 24.
Consultum autem erit, ut utriusque hujus puncti deducta eousque, donec rationem diversitatis (si qua subsit) partium diametri Solaris veræ & per tubum projectæ rite exploravero, pro certioribus haud assumamus.	m. 11. 28. 22.

Tempore egressus Mercurii e Sole, qui rursus ad 16½ ab horizontali diametro gradum conngit, invenitur

M

0. 1.

Latitudo australis part. 1714, in partibus circuli	o. 1. 11
Longit. a centro distantia in Ecl. p. 2679, in p. circ.	o. 8. 46.
Locus Solis tunc fuit	o. 13. 42.
	M. 11. 38. 24.
Ergo longitudo Mercurii retrogr. in Eclipt. numerati	M. 11. 24. 42.

Ex observatis his, indeque deductis, nunc non tantum conjunctio Mercurii cum Sole proxima, & momentum, quo limbum Solis aggressus est; sed & integra ejusdem sub disco orbita, ejusque angulus ad Eclipticam, & plura huc spectantia calculo subducenda forent: at quia exigua orbitæ observatæ, ad 6 haud excurrens portiuncula his determinandis haud sufficit; calculus etiam tabularum astronomicarum valde ab observatione dissentit (dum latitudo observata decrescens nodum & locum ejus inde deducendum retroagit; Mercuriumque ad eundem accessisse, non recessisse arguit) in dissidii istius causas, ex supradicta apparentiæ diversitate forsitan oriundas, inquirendum, & induciæ, intra quas repugnantia sibi conciliari possint, ineundæ erunt.

Addimus tandem observatam Mercurii diametrum, quam ex tantilla, quæ intra discum observatorium, granum papaveris aliquantulum superante apparuit, umbella deducere haud voluimus; sed ex ea, quam in ampliore & 16 pedes a tubo distante disco Solis lucido, cujus diameter  $1\frac{1}{2}$  pedes, vel accuratius partes supra memoratas 17420 continebat, ea magnitudine, quam Schema prope signum  $\zeta$  majusculum exhibet, excepimus, partium ejusmodi 98, quæ in partibus Circuli, assumpta semidiametro Solis 16. 16, diametrum Mercurii 11, constituunt.

Atque hac vice visa fidelitè retulisse sufficiat: quæ vero longe lateque (ita speramus) patente serena cœli facie, circa rarissimum illud phænomenon observata fuerunt, pro exoptatis rerum Uranicarum & Geographicarum usibus & incrementis, vicissim noïbis communicatum iri, etiam etiamquæ confidimus.

**MERCURII OBSERVATIO IN SOLE, HERVELSINGÆ, PAGO**

*ab Ulma milliari Germanico Septentrionem versus distante,  
habita D. 24. Oct. St. vet. mane, A. Christi 1679.*

a M. Jacob. Honold. Pastor. Hervels. & Michaelæ Scheffelt,  
Ulmensibus.

*Conferatur TAB. III. Fig. 2.*

OR-

TAB. III.  
Fig. 2.

ORDO observatio- num,	Tempo- ra secund. Horolog.		Altitudi- nes		Tempora ex altitud.		Diffe- rentiæ.		
	Hor.	Min.	Gr.	1.	Hor.	1.	11.	1.	11.
			Arcturi						
L	6.	37.	26.	58.	6.	36.	6.	—.	54.
II	6.	40.	27.	2.	6.	36.	29.	3.	31.
			Solis						
III. a	7.	18.							
IV. b.	7.	49.							
V. c.	8.	20.	7.	56.	8.	6.	4.	13.	56.
VI. d.	8.	50.	11.	50.	8.	35.	51.	14.	9.

LA ISTORIA UNIVERSALE &c.

i. e.

*HISTORIA UNIVERSALIS ANTIQVIS MONUMENTIS CONFIRMATA, Veterumque Symbolis representata a*

FRANCISCO BLANCHINO, VERONENSI.

Romæ, sumptibus Autoris, 1697 in 4. alph. 3. plag. 8.

**M**ulta a variis diversa methodo, nostro æque ac antiquioribus temporibus, edita extant opera, quibus id efficere conatusunt eorum Autores, ut magis expedita ad Chronologica & Historica studia via redderetur. Cum enim Sapientem non unis circumdatum mœnibus, aut popularem unius loci, sed civem totius mundi, veluti unius urbis, sese agnoscere deceat; idque ipsum ut consequatur, per omnia retro secula animo oporteat vagari; mirum non est, certatim doctorum virorum excitata studia esse, quæ ad facilius reddendum istud iter conferrent: neque nos meminisse non possumus similis in Germania nostra industriorum Virorum instituti, de quo ipsius hujus anni mense Januario p. 9 seq. diximus. Sed nostrum non est, quas illi laboribus suis in literatorum Republica meruerunt adoras, oratione fusius nunc persequi; aut comparatis inter se invicem eorum studiis, cui primæ debeantur partes, nostra sententia decernere. Omnibus fere, clarissimi Blanchini judicio, id defuit hactenus, quod claram, integram, omnibusque partibus suis coherentem,

M 2

serum,

rerum a condito usque mundo gestarum notitiam, non nisi ægre admodum ex illis haurire licuerit. Ipse igitur rem nova plane ratione aggressus, symbolicis figuris, ex antiquissimis, quæ nobis restant, monumentis ingeniose combinatis, simul & argumenta, quibus rerum eventus temporumque ratio confirmantur, complexus est, & phantasiæ atque memoriæ inservivit; ut altius impressa hujusmodi imagine, omniumque symbolorum inter se invicem nexu probe percepto, facilius tantam varietatem retinere valeat. Et omne quidem tempus in duas periodos divisit, quarum prior a condito mundo ad Augusti usque & prima Romanæ Monarchiæ tempora prætenditur; altera illud, quod ab ea ætate ad nostri usque seculi initium elapsum est, tempus ambitu suo amplectetur. Hiæ in duos tomos universum opus abibit, quorum compendium, symbolicas nimirum figuras, duæ tabulæ comprehensuræ sunt, quibus tertiam se forsitan ait additurum, cum nostri seculi historia, indicibusque toti operi inservituris. Primam ex istis tabulis quadraginta figurarum symbolicarum combinationes repræsentaturam esse ait, numero nimirum suo totidem seculis, quibus prior temporis periodus absolvitur, responsuras. Alteram vero, licet sedecim tantum secula ob oculos ponat, duplum tamen hujusmodi imaginum numerum complexuram esse dicit. Tempus enim illa repræsentatam in duas subdivisit periodos, ab Augusto nempe ad Carolum M. & ab hoc ad initium seculi XVII: quarum utraq; octo seculis integris absoluta, quadraginta combinationibus hujusmodi ob oculos ponetur. Cæterum prolixum nimis foret, si istam methodum, variumque imaginum, quibus absolvetur, ordinem fusius exponere nunc aggredieremur. Omissis itaque iis, quæ de ordine earum, numeri accurata proportione inter singularum periodorum imagines, juvandæ memoriæ causa, observata, variisque characteribus, quibus distinguuntur, afferenda nunc essent; ex omnibus imaginibus, in hoc prolixioris operis specimine, historiam profanam a condito orbe usque ad Homeri tempora continente, obvis unicum exhibere placuit. Ejus enim repræsentatione, quantum fieri potest, Lectori id, quod in hac methodo præcipuum est, evidens fore existimamus. Seligimus autem eam, quæ sextum millenarii tertii seculum repræsentat, ideo potissimum, quod litterarum

TAB. III.  
Fig. 3,

rum in Græcia incunabula , Fæstorumque maxime solennium institutio in illa tempora incidat. Ad tertium millenarium eam pertinere, primo statim obtutu patet ex asterismo , qui in ea obuius est; quales nempe omnes tertii millenarii imagines habent: quemadmodum secundi millenarii imagines, inter alias, ex quibus componuntur, figuras , aquam semper, ob diluuii tempora in eum incidentia , & ita porro aliz periodi alios sibi proprios characteres repræsentant. Aurigam autem sive Erichthonium ille asterismus exhibet , utpote quem, ob exercitas illo ævo Circenses agitatorum artes, inter sidera, hominum, qui admirati eum fuere, studia collocaverunt. Quicquid itaque in ista imagine conspicitur, ad Erichthonium fere pertinet, cuius gloria seculum, de quo agimus, potissimum illustravit. Paulo altius itaque repetitis antiquissimis Græciæ sub Pelasgi posteris, Deucalione itidem, Hellene , atque Græco fati; variisque enarratis, qui eam diversis temporibus istis tenuerunt, populis ; atque ea occasione de quinque Græciæ dialectorum origine nonnullis observatis: de litterarum, quas seculo præcedenti in Græciam attulerat Cadmus , origine Noster nonnulla minime vulgaria æffert, ita tamen, ut longe potissimam eorum, quæ habet dicenda de isto argumento, partem peculiari, quam liberaliter pollicetur, dissertationi reservaverit. Contentus interea ostendisse, quod eandem cum doctissimo Bocharto viam, in derivandis reliquorum populorum ex alphabeto Phœnicum literis, jam superiori seculo Petrus Franciscus Giambullarus, Academicus Florentinus, inierit; ex cuius libro de Originibus linguæ Hetruscæ, Florentiæ anno 1549 impresso, prolixum in eam rem fragmentum adduxit. Jam litterarum inventarum potissimum usum sub initium fuisse monet, ut in Amphictyonis, (quorum originem & progressum ex Virorum doctorum ad Marmora Oxoniensia notis fufius persequitur, ) gesta, legesque, & pacta Græcorum, in tabulas æneas inciderentur, hæque in locis sacris suspenderentur. Ad Amphictyoniorum autem imitationem, ab Erichthonio, rerum Athenis potito, Panathenæa instituta esse, additis reliquorum ludorum in solennibus huiusmodi conventibus frequentatorum turbæ, tum aliis quibusdam, tum curru imprimis, ex Epochis veterum Græcorum in Marmore Oxoniensi descriptis docet. Atque ad hoc Erichthonii inventum designandum,

in imagine a nobis exhibita, non cœleste tantum fidus pertinet, sed altera etiam figura numeris 3 & 4 notata. Etenim cum omne ludorum solennium, sequioribus temporibus institutorum genus, Amphictyonis, imo magis adhuc Panathenæis originem debeat, utpote in quibus, exemplo eorum, agitatorum semper fuerint instituta certamina, merito monumenta ad quoscunque ludos solennes spectantia, Erichthonii inservire memoriæ opinatur. Indeque jure huc ex Imperatoris Commodi nummo translata a se esse credit eam, de qua agimus, figuram, licet ad Eleusinia representanda ea primario ex mente ejus faciat: namque horum quoque Sacrorum ludos solennes, una cum aliis, originem Panathenæis debere contendit. Præter rem autem nos facturos putamus, si prolixius ea, quæ occasione ista de Eleusiniis sacris attulit, vellemus repetere. Quia potius Commodi nummum, eo quod ab Angelono olim parum exacte fuerit representatus, hic quoque exhibebimus, prout a clarissimo Autore ex integerrimo prototypo, quod hodie apud Lugdunenses in Gallia in cimeliarchio suo asservat Petrus de S. Germano, fuit delineatus. Ejus partem averfam ita doctissimus Blanchinus explicat, ut illum, qui capite radiato quadrigas agit, ipsum Commodum esse dicat, Solis figura representatum; ita tamen, ut simul ad ejus Circeses ludos exercendi libidinem, a Lampridio notatam, respiciatur. Zodiaci signa, capiti ejus imminetia, explicare difficile non est, cum in isto circulo iter suum Solem peragere, notum sit: ejus tamen representatio eo minus hic videtur esse otiosa, quod nominibus suis singulos anni menses Commodus, Lampridio & Dione Cassio testibus, appellari voluerit, ac si ipse esset, qui Solis instar mensibus annum distingueret. Jam porro non in nubibus, ut Angelono visum fuerat, sed in monte, quadrigas agere nobilis ille agitator Blanchino videtur. Virum autem facem præferentem ad Eleusinia sacra pertinere credit, atque huc tum Lactantii locum Divin. Inst. L. I. c. 21, tum alia complura refert. Denique per foeminam, cum cornu copiarum sub monte collocatam, Cererem eum intelligere, dubium non est, licet expresse id non edoceat. Cæterum adhiberi in Panathenæis sacras cistas sive canistra, unde virginum *καθηφόρων* natum est nomen, Erichthonius voluit: talem itaque virginem sub num. 5 representavit. Cistam vero Bacchi, quæ num. 7 conspicitur, cum serpente

TAB. III.  
Fig. 4.



te ex ea proficiente, ad natales & educationem Erichthonii refert, prout describitur quoque ab Hygino Poet. Astronom. l. 2. c. 13, atque Baccho ab Erichthonio eam tributam esse censet. Cumq; Isthmiorum, Pythiorumque & cæterorum apud Græcos ludorum origines ab Erichthonio & institutis ab eo ludis repetat, vasa quoque sive cistas cum inserto lauri ramo, quibus nummi antiqui ludos istos designant, exhibuit. Denique nummus sub numero 6 repræsentatus, & ex Goltzi Magna Græcia desumptus, Argivorum est, id quod litera A notat. Eo autem clarissimus Auctor missas ab Argivis in Italiam hoc seculo colonias ob oculos ponere fatēgit, cum nimirum temo sive gubernaculum, & delphinus, navis qua iter fecerunt signum, trajectum ab iis ad quærendas in Italia fedes mare, laevolente indicare videantur,

מזבח עולה

i. e.

*DE ARA EXTERIORE TEMPLI SECUNDI EXERCITATIONES Philologicae, Auctore JOH. JACOBO CRAMERO, Tigurino:*

Lugduni Bat. apud Jord. Luchtmans, 1697. 4. Alph. 1. pl. 7.

**R**itibus sacris Ebraeorum ex tenebris, quibus obruti atque sepulti fuerunt, eruendis, licet multi, iique doctissimi Viri gnavorum operam dederint: nunquam tamen, quantamcunque etiam doctrinam ad hocce negotium attulerint, eo usque profecerunt, ut non aliquid caliginis discutiendæ relinqueretur. Comprobari hoc potest præsentis Viri doctissimi, Jo. Jacobi Crameri, opusculo. Extant enim non contentendæ de hocce argumento doctissimorum Virorum commentationes: sed ex Nostrum impedire non potuerunt, quo minus iter hocce ingredere, simulque magnorum Virorum errores detegeret. Sed hoc quoque nomine hæc tractatio se commendat, quod Ebraeorum ritus cum Gentium aliarum institutis subinde conferat. Ne specimen desit, pauca afferemus.

De loco altaris verba faciens, proluxe de altari ab Elia in monte Carmelo exstructo disserit. Videri poterat Vir sanctissimus

mus Divinas leges, templum Hierosolymitanum, ceu locum publicum & solennem, cultui Numinis consecrantes, de industria migrare. Sed tamen nihil eum, quod reprehendi debeat, admisisse, vel inde Noster probat, quod illi solum constitutum fuerit, uno sacrificio aram istam imbuere. Ut autem prava admodum mortalium est indoles, ita posteriorum superstitioni hæc ara occasionem præbuit. Hinc &, observante Auctore, profanis Scriptoribus templum Jovis in monte Carmelo laudatur. Vespasiano quoque Sacerdos ejus imperium prædixit, teste Suetonio. Sed vero tamen Deo ara hæc sacra mansit, utut invito & nolenti, quippe qui non alibi quam in Templo sibi sacra fieri volebat. Carmeli enim voce, qua Suetonius, Tacitusque montem, Deumque qui in eo colebatur, designant, non alium quam verum summumque Deum indigitari, vel ex Torrentio Auctori comprobatur, qui a Suetonio Carmelum vocari Deum docet, *qui sine nomine est & regnat in æternum*. Docet porro, aram exteriorem ἐν ὑπάρχουσῳ, ut Philo loquitur, h. e. sub dio, & quidem prope templi vestibulum, positam fuisse. Idem de Gentilium aris constat. Varronis & Virgilitii testimoniis non tantum probat, aras prope delubra fuisse, sed insuper ex Macrobio observat, ante aras apud Gentiles aream fuisse, quæ atrio, quod in templo Hierosolymitano ante aram hancce fuit, respondeat. Sub dio vero haud raro Gentilium aras fuisse, Lucianus, Homerus, Pausanias, apud Auctorem evincunt. Extat Exod. XX. 24, 25. lex Numinis de ara ex terra conficienda. Hanc & Moses ipse, & Salomon parum curasse videntur: quorum ille altare ex lignis construxit & ære obduxit Exod. XXVII. 1. & XXXVIII. 1. hic אֲרָזִים אֲרָזִים altare æneum in templo construxit, II. Par. IV. 1. Ista res largum disceptandi & altercandi argumentum Eruditis præbuit. Noster autem hæc ita componit, ut Moses aram omnino terream, Salomonis autem lapideam fuisse asserat. Dicitur quidem, Moysen fecisse aram ex lignis Sittim, eamque obduxisse ære, sed nihilo fecius fecit aram terream, quia corpus ipsum terra fuit, quam lignum primum & deinde æs ambierunt. Sic & Salomon construxit altare æneum, h. e. quod laminis æneis undique munitur, cætera saxeam fuit. Id quod pluribus firmat.

Vetuit

Vetuit quoque Deus lapides *תוצא* *sectos* aut *politos* in altaris constructione adhibere, Exod. XX. 24. Quanta Judæorum, hic fuerit *ἀκριβεια*, ut Divinæ legi fieret satis, affatim Noster hic exponit. Sed & apud Gentiles simile quid deprehendere licebat. Meminit, inquit Auctor noster, Pausanias aræ ex crudo laterculo. Sed luculentius est testimonium Arriani, quod itidem adducit. Rationem legis non eandem omnes afferunt. Plerique putant, Deum ut omnem imagines conficiendi, adeoque idololatriæ occasionem Ifractiis eriperet, hoc vetuisse. Qui ita sentiunt, illis exemplum prævit Maimonides. Sed Noster hanc quoque refert, eamque non contemnendam putat, Deum ornamenta ejusmodi abesse ab ara voluisse, ut eo clarius Messiam referret, cui *neque forma, neque decor* &c. Jes. LIII. 2. De constructione aræ verba cum facit Auctor, ostendit duas tantum in ea prominentias fuisse, nempe in fundamento & cingulo, ita ut fundamentum præ cingulo unum cubitum eminuerit, & simili ratione cingulum præ reliqua altaris parte, quæ *המעכה* *מקום* *locus foci* audit. Quibus rite explicatis & confirmatis, tum Capellum, tum Lightfootum, Viros celeberrimos, erroris hic postulat, quippe qui plures prominentias admiserint, nec focum altaris rite descriperint. In altitudine autem altaris definienda, Josepho cum cæteris Ebræis parum convenire, monet, nec infrequens Rabbiniis esse dicit, mensuras, quas Josephus habet, tertia fere parte minuere.

Gentiles constat Diis cœlestibus in ara supra terram elata sacra fecisse. Terrestribus enim sacrificia super terram, Inferis sub terra in fossis offerebant. Non male Judæorum quoque Sacra cum hisce componi, Noster contendit, quippe qui Deo cœlorum, in altari supra terram elato sacra ferebant. Sic & aram quadratam Deus postulavit, Exodi XXVII. 1. Gentilibus itidem hæc figura placuit. Testem Strabonem advocat Auctor, qui Arabum aras ad normam quadratas fuisse ait. Idem nummi comprobant, qui quadratas non minus quam rotundas aras exhibent. Præ cæteris Crispinæ uxoris Commodi nummum laudat Diis genitalibus sacrum, quem ex Vaillantio affert, & in quo aram quadratam conspiciere licet.

De fundamento altaris observat, in quantum ultra cingulum

N

promi-

prominere debuit, ad orientem & meridiem penitus illud abfuisse, nisi quod latus orientale ad cornu, quod inter aquilonem & occidentem, & latus meridionale ad cornu, quod inter occidentem & meridiem situm fuit, cubitum habuerunt. Prætermittere hoc ideo nolimus, quod hinc Auctori occasio enascatur, clarissimos viros Capellum, L' Empeur, Lighthootum redarguendi, qui ad minutias istas, ut videri possunt, non attendentes, alios deinceps admiserint errores. Rationem autem hujusrei ex Ebræis adfert, quod ara pertinuerit tota ad tribum Benjamin, quorsum istud Jacobi vaticinium referunt: *Benjamin lupus, qui discerpit, mane comedit prædam. Gen. LI. 27.* Etenim si ad meridiem & orientem fundamentum prominuisset, jam pars altaris spectasset ad possessionem tribus Jehuda, cum tamea totam aram tribui Benjamin videlicet Divinum Jacobi oraculum.

Cingulum altaris postquam ex Ebræorum commentationibus erudite explicavit, addit etiam, illud circumdatum fuisse a לֵוִי וְיִצְחָק *filio sericeo.* Signavit illud dimidiam altaris altitudinem, maximumque usum præbuit, cum quorundam sacrificiorum sanguis supra illud, aliorum autem infra illud spargendus esset. Videntur Auctori cum hocce filo cognationem habuisse Gentilium vittæ, quibus aras suas ornare solebant. Sane in nummis quibusdam mediam aræ partem a vitta circumdari, illi est observatum. Quin & rubras vittas ab iis usurpatas, quibus ut Ebræi filo rubro aram cinxerint, ex Theocriti & Virgilio quibusdam locis colligit. Variis interpretum commentis vexatus est locus Ezech. XLIII, 15. *Harel, quatuor cubitorum est, ab ipso denique Ariete sursum versus cornua sunt quatuor.* Quidam duo ista nomina Harel & Ariel confundunt, alii, judice Cramero, recte discernunt. Præterea miratur, quid Abarbaneli in mentem venerit, ut a cæteris gentis suæ doctoribus hic plane in diversum abierit, per הַר הַדֵּי h. e. *mons Dei* intelligendo locum altaris & spatium ejus, quod infra in terra occupat, quatuor cubitos amplum altumque, cui deinceps structuram altaris ipsius, nomine Ariel insignitam, imponat. Non dissimulat, sibi potius cæterorum Ebræorum sententiam arridere, nomineque Harel seu הַר הַדֵּי *ἑσχαρᾶν* seu locum foci designari; Ariel autem sive אַרְיֵל Leonem Dei significare, eaque ipsum focum altaris

h. e.

h. e. supremam ejus superficiem, quæ cornua & pyras sacras habuit, iudicari: Leonis autem nomine recte insigniri ignem sacrum, quippe qui victimas omnes igne alio avidius ocusque absumferit.

Quæ de cornibus altaris prolixè commentatur, non referemus. Saltem de loco celebri Psalm. CXVIII. 27. quæ ejus sententia sit, non possumus non indicare. Per cornua, latera altaris ibi intelligit, sensumque esse putat: *vincite sacrificia festi usque ad cornua altaris*, h. e. adferre tantam pecudum vim multitudinemque, ut ad aræ latera eas ad moveri oporteat. Cæterum Gentilium quoque aras cornua habuisse, tantum abest ut diffiteatur, ut potius ex nummis id adstruat. Noutiquam tamen in sententiam Viri cujusdam eruditissimi, (Spenceri, ni fallimur,) ire potest, existimantis, Deum altare suum ideo cornibus instructum voluisse, quod cornua diu ante Moysi ætatem, tanquam religionis & excellentiæ singularis indices, altaribus addita fuissent. Namque hoc vel inde refelli posse putat quod cornua altaris Ebræorum plane aliam figuram habuerint, quam cornua altarium Gentilium. Porro num ante Moysen, & diu quidem, ut Vir ille eruditus asserat, cornua apud Gentiles excellentiæ & potentiæ fuerint symbola, valde adhuc dubium incertumque esse dicit.

Ignem perpetuum, quem lex Divina jugiter ali præcipiebat, considerans, plerisque gentibus simile quid in moribus positum fuisse docet. Sed addit, duplicem fuisse ignem conservandi rationem. Vel enim in vasculis conditum tenebant, inquit, per modum lucernæ, ea fere ratione, qua Diodorus Siculus, sed minus recte, Judæis *λίχρον ἀθάνατον* tribuit: vel ignem perpetuum in aris focusque colebant. Atque huc potissimum Vestam refert, cujus præcipuum symbolum in ara cum igne fuisse, plane contendit. Nimirum in memoriam ignis coelitus delapsi, & Patriarcharum sacrificia consumentis, Gentiles Vestam veneratos fuisse, sibi persuadet. Cujus quidem rei documentum ex ipso nomine capit, cum vox *Εἰσίας* seu Vestæ Ebraicam redoleat originem, & ex *אשׁ אלהים* *ignis Dei* seu *ignis Deus*, commode derivari posse videatur. Tacemus quæ ex nummis, ut idem confirmet, asserit.

Rationem ascendendi altare explicaturo se offert Lex Di-

vina; per gradus in altare ascendere vetans, Exod. XX, 26. Plane hic se Auctori non probant, qui legis hanc causam afferunt, quod Deus hac ratione Israelitas ab obsceno cultu Baal-Peoris avertere voluerit. Namque quod alii de isto cultu tradiderunt, fabulis atque commentis annumerat. Istam nimirum Deum colendi rationem adeo absonam atque turpem esse, ut eam veteribus olim frequentatam fuisse, sibi nullo modo persuadere possit. Inductos autem fuisse viros doctos, ut ita existimarent, prava interpretatione vocis  $\text{רעב}$ , quæ equidem in lingua Chaldaica *egerere* significet, sed longe rectius ad locum referatur, in quo apud Moabitas Baal colebatur. Tractum quippe montanum *Pebor* aut *Pegor* vocari Num. XXIII, 28. Deut. XXXIV, 5. Hac ergo opinione profligata, legis non aliam rationem esse probat, quam reverentiam, quæ sacris Divinisque rebus debetur. Quod cum facile ab omnibus intelligi possit, miratur, viros eruditos in ratione hujus legis investiganda tantopere fluctuasse. Cum primis autem illi displicet Viri istius eruditi, quo cum supra etiam congressus est (Spencerum sine dubio inquit) sententia, afferentis, Deum eo animo hanc legem tradidisse, non ut gradus omnes, sed ut gradus multos, altos, pompæ potius quam usui deservientes, in altaris sui structura prohiberet: noluisse enim Deum, ut Israëlitarum Gentilium ritu sacrificarent in excelsis, h. e. altaribus, ad quorum verticem non nisi gradibus altis scandebatur; quorsum & pyramides Ægyptiacas referendas esse contendit. Enimvero & verba legis omnem cavillationem excludentia, & mores Judæis receptos, palam huic sententiæ refragari monstrat. Frustra quoque & contra optimorum Historicorum fidem pyramides Ægyptiacas pro altaribus, sive excelsis, in quibus Deo sacrificia oblata fuerint, venditari ostendit.

Ebræorum effatum est: *omnes qui montem domus ingrediuntur, ad dextram ingrediuntur & circumcunt, exeuntque ad sinistram.* Simile quid, observante Nostro, in Gentilium sacris deprehendebatur. Plura quidem hujus rei adducit documenta, sed illustre cum primis est Pythagoræ præceptum: *per dextram templi ingreditur, per sinistram exito;* quod rem omnem plane conficit. Hæc & similia  $\omega\varsigma \epsilon\upsilon \pi\alpha\rho\acute{o}\delta\omega$  observat, dum de clivo altaris ponticulisque ex Ebræorum monumentis accuratissime præcipit.

Magno-

Magno quoque consensu ab Ebræis doctoribus traditur, nefas plane fuisse victimam ligare. Columnæ istæ & annuli, qui in latere septentrionali atrii fuerunt, quosque accurate delineat, ut hac de re verba faceret, Auctori occasionem præbuerit. Vocem vero עֲקִירָה qua Ebræi interdum utuntur, non de ligatione, sed de detentione, quæ manibus fit, capiendam esse monet. Quod ad Gentilium sacra attinet, dissentiunt quidem inter se Eruditi, fasne apud illos fuerit victimas ligare, an non; sed Auctor illis accedit, qui & apud eos nefas fuisse docent, ligare victimas. Idque postquam Servii aliorumque testimoniis comprobavit, nummisque idem evinci posse indicavit, quæ in contrariam partem afferri solent testimonia ita cum sua sententia conciliat, ut ante tempus sacrificii offerendi victimas ligatas fuisse, præeunte Servio largiatur.

Jussit quidem Deus Levit. I, II. victimas sanctiores ad latus aræ aquilonare mactare, minus vero sanctas ubique in atrio jugulari permisit. Nihil fecius utriusque generis hostias super ara ipsa cædi, observantè Auctore nostro, fas fuit. Documenta, quibus hoc evincit, non afferemus: id saltem addimus, & hic in Gentilium sacris eum simile quidprehendisse. Namque & illis solenne erat, bestias ad vel prope aras ferire. An autem aliquando hostias aris ante imposuerint, quam mactarent, difficilioris indaginis esse pronuntiat. Nummi tamen nonnulli se illi obtulerunt, animantes adhuc viventes & a popis mox adorandas in aris exhibentes, qui rem omnem illi conficere videntur. Sic & holocausta in sacris Gentilium, Ebræorum holocaustis plane similia, observat. Cum Ebræi in quibusdam sacrificiis אֵימֹרִים h. e. *ablegmina*, ut Auctor verit, sacrarent, Græci quoque *μυρῆς* sacros esse voluerunt, ipsa voce ritus istius natales ab Ebræis repetendos quodammodo procedente. Tacemus quæ de מִנְחָוֹת seu *fertis libaminibusque*, ut & salis *thuris*que in sacris usu, Gentilibus non minus quam Ebræis frequentato, ex Ebræorum pariter ac Græcorum Romanorumque monumentis commentatur.

Porro notum est, quod altare aliquando asylum criminis cujusdam reis, & hinc poenam metuentibus, præbuerit. Legem hæc de re sancivit ipse Deus Exod. XXI. 14. Sed non quibusvis hoc asylum patuisse, ex Ebræis Doctoribus Noster monet. Primo quidem hæc

confugere poterant *לְאִלְפָרַיִם מְרִיבָהי* *rei exilis*. h. e. quibus ceteroquæ urbes in asyla institutæ securitatem immunitatemque a poena præstabant. De solistamen Sacerdotibus hoc capiebant Ebrazi, si Auctori credimus. Nec semper tamen his quoque altare præsidio erat. Nisi enim rem Divinam facerent, & ipsum supremum verticem altaris occupassent, non proderat illis aut ad altare se recepisse, aut cornua ejus tenuisse. Unde quod Joabus jure ab altari abstrahi potuerit, colligunt. Deinde & illi præsidium in altari inveniabant, qui cum se reos nosset, metuebant, ne Reges ipsos ex jure Regio aut Synedrium ex singulari causa vita multarent. Exemplum hic illis Adonias præbet. Hæc Auctor ita edisserit, ut & hic Ebraorum rituum in Gentilium, præsertim Græcorum sacris, vestigia & diligenter quærat, & feliciter inveniat. Namque hi quoque non nisi in magno vitæ discrimine constitutis, & quidem in fontibus altaria per fugium præbere voluerunt, ita quidem ut fontes quandoque inde abstrahere non esset nefas: sed & ut tum demum miseris saluti esset hocce asylum, si verticem altaris occupassent; id quod formulæ, quæ in ara eos confedissee testantur, comprobant.

Tandem & de altaribus Christianorum nonnulla commentatur, finemque operi imponit mysticæ applicatione altaris Ebraorum ad Christum Servatorem.

**GEORGII ENGELBRECHT JCTI COMPENDIUM JURISPRUDENTIÆ SECUNDUM ORDINEM DIGESTORUM CONCINNATUM.**

Helmstadii apud G. W. Hammium, 1697. in 4. Alph. 5. plag. 9.

**E**Undem scõpum Auctõ Consultissimus, Serenissimorum Ducum Brunsvic. & Luneburgensium Consiliarius, in Academia Julia Codicis Professor, & Facultatis Juridicæ Senior celeberrimus, in hoc compendio concinnando sibi præfixit, quem hoc nostro tempore in tali commentandi genere Eckoldus, Lauterbachius, Struvius aliique observarunt; dum videlicet ea, quæ notatu digna & usui forensi accommoda in libris systematicis Juris Romani occurrunt, per positiones, secundum causarum seriem dispositas, animis lectorum compendiosa facilitate instillare allaborarunt. Et licet hoc nostro non minus, quam anteriore seculo complura Digestorum compendia conscripta fuerunt; forte tamen ad decus illustris Julis sue aliquo modo pertinere arbi-



arbitratus, est Autor Excellentissimus, si & ipsa, ut aliæ complures Academiæ, systemata sua suo Doctore compositum posset offendere. Id omnino certum, quod, ut ipsemet Autor fatetur, auditorum suorum animos egregiè sibi devinxerit, quippe qui ea, quæ calamo ab ipsis avide primum excepta fuerant, typis nitide impressa obtinere enixe desiderarunt. Istud interea singulare in hoc compendio advertere par est, quod ea, quæ Jure provinciali per Ducatus Brunsvigo-Luneburgenses specialiter sancita sunt, sedula cura sub tabulis congruis notata reperiantur.

*LYCOPHRONIS CHALCIDENSIS ALEXANDRA, CUM GRÆCIS*  
*Isaacii Tzetzi Commentariis &c. Cura JO. POTTERI.*

Oxonii e Theatro Sheldoniano, 1697. in fol. Alph. 4. pl. 13.

**I**nter Poetas septem, qui Ptolemæi Philadelphi tempore floruerunt, celebremq; illam Poetarum *Ἡλενδα* constituunt, omnium consensu Lycophron Chalcidensis numeratur. Fuit itaque Poeta minime ignobilis, sed simul omnium obscurissimus, & data quidem opera, ut Sphingis etiam æmulum semet profiteri non dubitaverit. Ex ingenii vero, quæ reliquit, monumentis, non nisi *Alexandra* seu *Cassandra* superest, Poema, quod si non plane Tragœdiam, recte tamen Monodiam quandam Tragicam, Gulielmi Canterii in Prolegomenis ad Lycophronem judicio, dixeris. Quemadmodum autem in eò *Alexandra* seu *Cassandra* (quæ Priami Trojanorum Regis ac Hecubæ filia fuit, vaticinandi arte illustris; unde & a priscis quibusque Poetis velut vaticinans induci consuevit) oracula in primis repræsentare constituit: ita vel eo nomine veniam affectatæ obscuritatis, quæ venerationem aliquam vaticinis vel maxime conciliare creditur, videri poterat meruisse. Quicquid ejus sit, quanto se obscuriorem in *Alexandra* sua Lycophron noster præbuit, tanto magis Criticorum ingenia, qui illustrare eam & planiorem reddere allaborarunt, exercuit. Et primi quidem lucem aliquam *Alexandrae* Dection, Orus & Theon, Grammatici veteres, affudisse memorantur, ex quorum scholis dudum deperditis Commentarios suos *Isaacius Tzetzes*, (Joannis illius Tzetzae, cujus *Chiliades* in vulgus notæ sunt, frater) seculo post Christum natum, duodecimo compilavit, Basileæ primum, quantum nobis quidem constat, A. 1546 typis descriptos. Latinam *Alexandrae* versionem pri-

mus, quod sciamus, *Bertrandus* quidam dedit, ediditque Basileæ A. 1558; quæ cum non æque omnibus probaretur, novam *Gulielmus Canterus* Ultrajectinus aggressus est, & feliciori absolvit successu, cum luculento ejusdem commentario Basileæ A. 1566, & iterum Parisiis A. 1601 typis vulgatam. *Josephus* etiam *Scaliger* eo in *Callandram* affectu fuit, ut Latine eam, & carmine quidem Jambico redderet: de qua versione tamen dissimulare non possumus quorundam censuram, a *Bailleta* in *Judiciis Eruditorum de Poetis Græcis* tomo IV. parte I. pag. 258 repetitam, *Scaligerum* id videri egisse, ut ostenderet, æque obscurum exhibere quempiam se posse in Latinis, atque *Lycophron* in Græcis fecerat. Denique & *Johannes Meursius* *Lycophroni* manum admovit, denuoque *Callandram* cum *Scaligeri* versione, sed centum a se in locis emendata, novo commentario illustratam, *Lugduni Bavorum* A. 1599 edidit. Sed vicit haud dubie omnium industriam, cui novissimam hanc editionem debemus, clarissimus *Joannes Potterus*, Collegii *Lincolniensis* in illustri *Academia Oxoniensi* Socius, quippe qui in eam non solum transtulit, quæ in prioribus quantivis pretii invenerat, sed & novo justoque nunc commentario eam *Lycophroni* vel invito lucem attulit, ut in *Præfatione* confidat, si cæterorum explicationibus adjungere commentarium suum *Lector* dignetur, adeo plana, perspicua & dilucida, paucis exceptis, fore omnia, ut nunquam posthac τὸ Ἐκότευθ̄ titulo se *Lycophron* esse ferre possit. Ejus rei experimentum quisque facile capiet. Nobis non nisi de dispositione recentis editionis paucissima erunt addenda. Præmittuntur universo operi, post breve *Potteri* præfamen & veterum nonnullorum de *Lycophrone* judicia, *Isaacii Tzetæ* de variis *Poetarum* generibus, nec non de vita & scriptis *Lycophronis* prolegomena. Hæc *Alexandra* ipsa excipit cum versione Latina *Canteri*, subjectis, post variantes *Lectiones*, *Tzetæ* scholiis Græcis, quæ ex manuscriptis codicibus correctiora nunc & auctiora exhibentur, nec non emendationum specimine. Sequitur *Poematis* versio Latina, a *Scaligero*, ut diximus, adornata. Inde post triplices interjectos indices, *Gulielmi Canteri* primum, posteaque & *Joannis Meursii* commentarii in *Callandram* sistuntur. Postremum locum novi *Potteri* nostri commentarii occupant, quibus triplicis itidem generis indices subjiciuntur.

---

In Actis hujus anni pag. 10. lin. 3. a fine, post vocem hujusque, addatur: decennio sexto & ejus.

\* \* \* \* \*

# ACTA ERUDITORUM

*Publicata Lipsia*

*Calendis Martii, Anno M DC XCVIII.*

BIBLIOTHEQUE ORIENTALE &c.  
h. e.

*BIBLIOTHECA ORIENTALIS, SIVE LEXICON UNIVERSALE, omnia ea, quæ ad notitiam orientalium populorum pertinent, complexum: Autore*

BARTHOLOMÆO DHERBELOT.

Parisiis, sumtibus Societatis Bibliopolarum A. 1697. fol. Alph. 12.

**S**omnium expectationi non satisfacit, quod nunc produci-  
mus, diu a nemine non inter eruditos desideratum opus,  
eam unice subesse existimamus causam, quod tantâ omni-  
um animos de Autore ejus & singulari illius in litteris hîc  
eruditione occupaverit opinio, ut mera miracula, quæ  
attoniti nimirum ipsi contemplarentur, ab eo sibi polliciti  
fuerint. Imo cum, ut sumus homines, semper ignota amare atque  
admirari magis soleamus, facile nobis persuaderi patimur, esse haud  
paucos, qui nescio quæ recondita atque stupenda in Arabum cetero-  
rumque Orientalium libris delitescere antea opinati, jam, ubi reserato  
limine facilior ad istorum mysteriorum cognitionem patet accessus,  
vix operæ suæ pretium se relaturos putent, si istis, supercilio suo pa-  
rum respondentibus, paulo diutius immorentur. Verum ut ita sen-  
tientes iniquiores esse in fœtum, quem tot annorum nixu nobis pe-  
perit Viri doctissimi Musa, non dubitamus: ita id quidem potissimum  
nunc cavendum esse existimavimus, ne nostra hæc opera quispiam in-  
ducatur, quo minus justum utilissimo, variaque eruditione refertis-  
simo operi pretium statuat.

Vix autem felicius alia via id consecuturos nos esse censemus,  
quam

○

quam si doctissimo Galandio manus quasi nostras ducente, paulo accuratius præstantissimum opus delineare instituamus. Ejus enim sive descriptionem hujus libri, sive de eo judicium tanto magis secure sequi licebit, quanto majorem in hoc eruditionis genere famam dudum sibi paravit, ipse quoque simile quondam, cum Constantinopoli adhuc versaretur, molitus opus; quod tamen in patriam reversus, & a Dherbeloto nostro jam occupatum esse audiens, abjiciendum esse existimavit. Ille itaque aptissimus dubio procul in hoc negotio iudex, Dherbelotum post factos singulares prorsus in lingua Hebraica, Chaldaica, Arabica, Persica Turcicaque profectus, totum se libris istarum linguarum, quos vel Regia Parisiensis, vel Medicea apud Florentinos, vel privata sua, vel aliarum celebriores bibliothecæ ipsi suppeditabant, legendis dedisse ait. In eis pervolvendis primo id operam eum narrat dedisse, ut Lexicon Turco-Persicum concinnaret, atque eam in rem præstantissima lexica, Turcicis Persicisque vocabulis Arabica, vel Persica Arabicis explicantia, adhibuisse. Unde etiam subnatum ei esse dicit, quod pace tamen doctissimi Meninskii dictum cupit, Lexicon Turco-Persicum omnium perfectissimum, tribus voluminibus absolutum, quod hodie post fata Autoris, in fratris ejus museo asservari nos docet. Deinde in perlustrandis istarum gentium monumentis, ita eum versatum esse ait, ut quicquid notatu dignum sese offerebat, in Gallicam linguam conversum exciperet. Ista postmodum *ὀκλογαί*, decenti ordine disposita, geminum opus constituerunt, quorum alteri Anthologiæ nomen fecit, (de cujus editione non desperare nos finit, in cujus manibus est, præstantissimus frater ejus,) alterum Bibliothecæ titulo jam tenemus. Hujus vero, ut ad id, quod facere instituimus, propius accedamus, illa est facies, ut quicquid ad historiam populorum Orientalium pertinet, alphabetico ordine exhibeat. Cumque ista methodus seriem & nextum succedentium sibi invicem eventuum representare non permittat, duplici ratione morbo isti mederi voluit. Primo enim semper Dynastiæ cujusvis nomen, quo insignita fuit, loco suo exhibet, dumque in eo explicando versatur, omnium simul Principum, qui rerum summa in ea potiti sunt, nomina, eo quo sibi invicem succedere ordine recenset, ut adeo facile continua serie cujusvis Dynastiæ historia ex hac Bibliotheca hauriri possit. Deinde cujusvis etiam Principis, de quo, loco quem litterarum ordo ei assignavit, disse-

ruit,

ruit, & antecessorem & successorem indicat, ut proinde hac quoque ratione nexus historiarum non ægre inveniri queat. Historiam autem Orientalium omnem a primis usque, quas jactant, originibus tradere non dubitavit, ne ipsis quidem ommissis iis, quæ de rebus ante Adamum gestis fabulantur. Quod ejus tanto magis probandum consilium est, quo difficilior sine accurata eorum notitia Poëtarum Arabum aliorumque redditur lectio. Historiam quoque Patriarcharum aliorumque Sanctorum, prout ab Orientalibus traditur, non prætermittendam duxit; quin & post Christi ortum, quotquot extiterunt celebres, sive sanctitate sive eruditione, Viri, fidem ejus amplexi, quorum in Orientalium scriptis est mentio, summo studio annotantur. Maximam tamen & potiore partem profana tum antiquissimarum gentium, Persarum inquam, Sinensium, Scytharum & Tartarorum, tum recens exortorum Mahomedanorum, regnorumque omnium, fidem eorum amplexorum, absolvit historia. Quæ tanto majoris est facienda, quod de illustribus regnorum istorum conversionibus ne fando quidem antea ab Europæorum plerisque, aliquid fuerit inauditum. Nec hic tantum Principum ceterorumque in republica gerenda illustrium virorum res gestæ exponuntur: sed si quem sanctitas, si quem eruditio fecit conspicuum, de eo fusa pro re nata narratio instituitur. Et ut eo major rebus hic expositis constet fides, optimo consilio Orientales semper allegantur historici, a quibus accepit Dherbelotus quæ liberali manu nobiscum deinceps communicavit. Inter eos tres potissimum eminent, quorum integra fore opera in hoc volumine ille vertit & exhibuit: Kondemihir nimirum, Benschahnah, & Nighiaristan. Reliquorum, qui passim citantur, nec nomina recensere, nec numerum inire facile est. Jamque sufficere ista possent ad operis hujus commendationem; verum non sufficere videbantur doctissimo Dherbeloto, nisi Geographiam quoque Orientalium cum eorum historia jungeret. Præter ea itaque, quæ ex Abulfeda & Edrissi hausit, quorum opera integra, ab eruditis summo desiderio dudum expectata, huic Lexico suo per partes in locis suis inseruit, alia quoque huc spectantia undiquaque congestit. Et, quod imprimis mireris, non obiter nomina & situm locorum descripsisse contentus, ubi fieri id potuit, longitudines quoque & latitudines eorum indicavit. Quæ in re tum aliæ complures variorum observationes, tum illæ imprimis, quæ Maragæ, Holagou, Mogolici in Persia Imperatoris, auspiciis, a Nassireddino, &

Ulugbegi, qui magnum Tamerlanem avum habuit, auctoritate, ab excellentissimis Astronomis in Samarcandensi observatorio factæ sunt, egregie ei profuerunt. Verum de librorum Orientalium quoque notitia, quam Dherbelotus noster in hoc opere præstat, pauca adhuc sunt dicenda. Sane si cum iis, quæ hac ex parte illi debemus, Hottingeri comparetur Bibliotheca, pauperis hanc dicas pecus, quod numerare liceat, illa regios greges, quibus multorum pastorum vix sufficiat cura. Sane enim non eorum tantum, quos ipse vidit Dherbelotus in Regia Parisiensi, Medicea, aliisque quas lustravit bibliothecis, librorum Orientalium recensio instituitur: sed integra Bibliotheca librorum Orientalium, quam celebris Mohamedanus Philosophus & Historicus Hagi Khalfa concinnavit, Gallice versa in hocce opere passim inserta legitur. Jam quid de plantis, animalibus, aliisque rebus Orientalium naturalibus dicemus, de quibus multa hinc inde Bibliotheca ista nos docet quid? de innumeris Alcorani locis, ex optimis interpretibus ejus, occasione data, sæpius explicatis, ubi opus est etiam confutatis? Quid de multis Virorum doctorum observatis erroribus, aliisque, quæ ipse facilius deprehendet Lector hujusmodi rerum curiosus, quam a nobis poterunt commemorari?

Procul dubio autem sitim ista relatione sibi excitatam, si non restingui, sedari saltem volent, quibus in deliciis studia istiusmodi esse solent. Ut & iis itaque aliqua ex parte satisfaciamus, & paucis exemplis edoceamus, quanta hic rerum novarum messis sit expectanda, duo potissimum delegimus capita, de quibus Dherbeloto ad nostros Lectores edisserendi copiam quasi faceremus. Nimirum quæ de Zabibus, vel Sabiis, uti nonnulli vocant, itemque ea quæ de Zoroastre nos edocuit, paucis persequemur. Cum enim de istis, de quibus aliqua tamen adhuc inter Europæos increbuit fama, tam multa nova attulerit, facile conjectura fieri poterit, quanti facienda sint ea, quæ de inauditis plane rebus ex doctissima penu nobis depromsit. Zabiorum, itaque, quos Sabiah, & Sabioun, & Sabah apud Arabes, Sabian vero apud Perias appellari ait, quæ sit religio, inter ipsos Orientales scriptofes non satis convenire dicit. Id interea certum esse, a Magis, cum quibus a nonnullis confunduntur, esse diversos; cum Zabibus suo more, Deum colere, sacrosque ritus suos obire, non minus ac Judæis Christianisque in Corano suo Mahommedes permittat, qui Magos contra  
ob

ob idololatricum ignis cultum, una cum aliis idolorum affectis, omnino tolerari prohibeat. Inde ex Houffain Vaez Persica Corani interpretatione (c. 2.) Zabiorum religionem ita describit, ut ex Judaismo, Christianismo, & Mah omedismo eam coaluisse dicat; imprimis vero in Angelorum cultu, psalmis Davidicis legendis, precibusque, modo versus Meridiem, modo ad Septentrionem conversa facie, fundendis assiduos esse Zabios tradat, quibus omnibus ex eodem autore addit, errorum, quibus Sadducei quondam infecti fuere, circa alterius vitae expectationem, suspectos eos nonnullis esse. Hinc porro observat, omnino habere eos ritus quosdam, quos a Christianis videantur accepisse, inter quos eminare dicit baptismum. Imo & Joannem Baptistam apud eos in veneratione fuisse ait, a quo *Mendai Jabia*, h. e. uti Dherbelotus exponit, discipulos Joannis sese appellari volunt; quae appellatio, ut obiter id notemus, a doctissimo Simonio (Crit. V. T. L. 1. c. 7.) & Autore Judiciorum quorundam in Belgio Theologorum de Critica Simoniana (p. 133) non facta intellecta, conjecturis parum certis occasionem dedit. Quod autem isto ipso baptismi simulacro inducti nonnulli Europaeorum, qui Orientales provincias peragrarunt, Christianos illos esse crediderint, in eo erroris eos revincit. Jam non inhærebimus iis, quae de libris Adami, a Zabiiis jactatis, affert, aliis quoque observata, sed ad ea properabimus, quae ex Ben Schuhna de iis excerpta sunt. Illum *Sirian* eos etiam appellare notat, eosque antiquissimae mundi nationis propaginem facere, linguam Adami inter eos vigere nimis credulum existimare, religionem vero eorum a Scheith & Edris (h. e. Setho & Enocho) derivare. Ejusdem autoritate refert, septies eos quotidie in ardentissimas preces effundi, atque integros menses jejuniis accuratissime observatis transigere. Templum porro iis Mechanum in honore esse, quemadmodum & Pyramides Aegyptias, in quarum tertia Sabi filium Enoch sepultum esse opinentur. Locum tamen, quem praecipue religiosi peregrinationibus frequentent, prope Harran in Mesopotamia esse, quem Charras, Abrahami patriam, esse quidam credant. Hunc autem locum propterea majori religione eos venerari, nonnullos existimare, quod ibi vixerit Abrahami aetate Sabi Ben Mari, a quo illi potius quam a Sabi Ben Edris (h. e. filio Enochi) religionem suam derivandam esse sibi persuadeant. Post Ben Schuhnah producit Ben Hazem, qui Zabiorum religionem

antiquissimam, & ad Abrahami usq; tempora catholicam fuisse docet: & Scheherestanus, qui Musulmannicæ & Zabix religionis discrimen in eo versari testatur, quod illa inter creaturas spiritibus, hæc materia potiore locum debere statuat. Ex Ebn Khalecan vero nonnulla observat, quæ supra positum inter Magos & Zabios discrimen confirmant, & fundamentum erroris confundentium eos luculente demonstrant. Scilicet dicit ille Autor, non esse Zabios Zoroastris discipulos, qui Magi vulgo vocantur, sed antiquitate hisce non cedere, utrosque vero, ut ab Ibrahim, qui Zerdascht ( h. e. Zoroaster ) fuerit cognominatus, & quem cum Abrahamo confundant, orti videantur, omnibus viribus eniti. Denique etiam æquivocationes vocis *Sabi* annotat, atque non tantum appellativo sensu pro apostata id quandoque usurpari, sed tam latæ significationis etiam esse observat, ut Persæ, Chaldæi, Assyrii, Græci, verbo, omnium religionum gentes, quæ antequam Judaismus, Mohamevdanismus & Christianismus in vecti fuere, exstiterunt, Zabiorum nomine designentur. Imo Christianos Historicos de Constantini M. conversione loquentes, a Sabiis ad Christi castra eum transiisse, eodem sensu dicere observat. Sane si ista omnia & cum istis, quæ modo allegavimus, locis, & iis quæ R. Majemonides, Stanlejus, Huetius & alii de Zabiiis tradidere contendas, facile deprehendes, quam multa, antea parum explorata, optimorum autorum fide accurate nos edocuerit Dherbelotus, quem nunc de Zoroastre differentem paulisper etiam audiemus. Ejus nomen varie apud Orientales proferri, dum Zerdascht alii, alii Zaradascht, imo & Zerdoust nonnullieum appellant, monet. Ex libro autem Philosophi cujusdam Giamasb, ( quem Ketab alkeranat inscripsit ) qui proxime post Zoroastris tempora floruit, refert, 1300 anno post diluivum, quo magna Planetarum contingerit conjunctio, natum Zoroastrem esse. Post eum autem, nova Planetarum facta conjunctio, ex montibus tertii climatis prodiisse hominem, qui *Sabeb alassa*, h. e. *Magister virga*, cognominatus sit, novæ religionis autorem, per quem Mosem intelligi Dherbelotus nos docet. Deinde autem ostendit, non Mosè tantum antiquiorem facere, sed cum ipso etiam Abrahamo eundem esse existimare Zoroastrem Persarum Magos, atque hujus confusionis originem ab ipsis Judæis eorumque doctoribus repetit. Illi enim locum Genesios interpretantes, quo ex Ur Chaldæorum exivisse



se Abrahamus dicitur, non urbem aliquam voce Ur, sed ignem denotari censent, ex quo ereptus Abraham, cum a Nemrodo in eum coniectus esset, divina virtute fuerit. Magos vero huic fabulæ addidisse docet, fieri non potuisse, ut ignis læderet Abrahamum, qui devotissimus ejus cultor fuerit; cujus religionem post tantum miraculum aliis quoque gentibus haud ægre eum persuasisse, suæque adeo religionis autorem esse existimant. Sed videamus porro, quæ ex Mahomedano scriptore Khondemiro de eo referat. Ille quoque de ætate Zoroastris cum Giamasbo consentire videtur; cum autem Astrologi-  
cis imprimis studiis operam navasse ait, quæ cum de imminente magno aliquo Propheta eum edoceret, de seipso istam siderum prædictionem temere interpretatum fuisse dicit. Factum deinde esse ait, ut variis apparitionibus a malo Genio in hac credulitate sua confirmatus fuerit, qui ignis semper specie ei apparens, igneum quoque characterem ei impresserit; cujus postmodum oracula omnia, pro Propheta se, jamjam, post exactum aliquod in solitudine tempus, venditans, in librum quendam, Zend appellatum, congesserit. Refert tamen ex eodem Khondemiro aliorum traditionem, qui multo juniorem Zoroastrem esse contendentes, ex Hebræorum libris Bileami prophetiam de stella in Jacob exortura eum didicisse, atque inde de magni prophetæ persona induenda animum sumsisse dicunt. Cui forsitan traditioni favet nominis Zoroastris interpretatio, quam autor Recognitionum Apostolicarum & Gregorius Turonensis secuti sunt, dum per vivum astrum, (quasi *ζωρότρον ἄστρον* dicas) nomen istud explicant; attamen illius etymologiæ exigua esse fides, ipsi facile agnoscimus, cum Græcæ originis nomen illud esse nulla ratio permittere videatur. Verum non prætermittenda est alterius libri Orientalis, quem Tarikh Monteke titulo allegat, traditio: qui præterquam quod Eliæ & Elisæi, ut & Rechabitarum discipulum, quorum prophetiis corruptis, librum Vitæ composuerit, Zoroastrem dicat; primum eum doctrinæ de bono & malo principio autorem fuisse testatur; a qua sectatoribus ejus *Magorum* nomen impositum esse censeat, quod corruptum esse ex Persica voce Meikhoufch, quæ dulce & amarum notet, manifesta ad duplex Magorum principium facta allusione, existimat. Jam prolixi non erimus in repetendis iis, quæ ex variis autoribus Orientalibus de ætate ejus dissentientibus Autor noster affert, quorum nonnulli

nulli Esdræ quoque discipulum eum fuisse putant. Forfan illi ex parte conciliari inter se poterunt, si cum Græcis Latinisque Scriptoribus plures Zoroastres admittamus. Id notatu dignum videtur, quod Zoroastrem eundem cum Smerdi, qui post Ombysem Perficum thronum occupavit, fuisse, Dherbeloto dicere videatur Autor Tarik Montekheb, qui Mikhgoufch eum vocat, voce auribus mulctatum significante: quodq; primum eum non fuisse, qui ignis religionem in Persiam invexerit, ex aliis Autoribus erudite observaverit,

Certe si eorum, quæ notatu digna ubiq; in hoc libro sese offerunt, rationem liceret habere, vix impetrare a nobis possemus, ut missum eum, paucis adeo ex eo decerpitis, faceremus. Vel sic enim ægre admodum præterimus, quæ de Angelo Mortis ex Mahomedanorum doctrina affert, cujus non nomen tantum idem quod Mahomedani, (Asraëlis nimirum,) sed alia quoq; eorum doctrinæ de illo consentientia, Christianorum veterum prodidisse traditiones, opportune nos monet memoriæ nostræ sese modo offerens locus Auctoris operis imperfecti ad Mat. XXIV, 43. Non minus inviti omittimus, quæ de Abrahami genealogia observat, cujus parentem Azar, avum vero Tareh, ex Orientalium opinione esse docet. Ubi simul observat, eo quod Sacræ litteræ Tharam Abrahami parentem fuisse testentur, plerosque existimare, alium a Tharah Arabum Azarum non esse. Ipse vero censet, Chronologos nostros, si de Arabum Genealogia aliquid iis innotuisset, non opus habituros fuisse, ut conciliandæ cum ætate Abrahami & tempore mortis Tharæ epochæ transmigrations Abrahami gratia, ad secundam ejus transmigrationem, cujus nulla in sacris litteris extat mentio, recurrerent. Multo magis enim credit ad expediendos nodos si conveniens esse, si duos admittamus Tharas, patrem alterum Azaris cognomine insignem, alterum avum Abrahæ; quam sententiam cum sacra Scriptura haud ægre conciliari posse sibi persuadet. Imo & de Platone quæ Arabes tradant quo minus referamus, vix continere nos possumus. Liceat saltem quandam ejus ad Philosophum aliquem de miseriis vitæ humanæ commemorare epistolam, quæ Arabica lingua in Bibliotheca Parisiensi extat, nobis hactenus incognita. At quis æquo animo a nobis prætermitti patiatur insigne ejus effatum, quod morti proximum eum edidisse Arabes tradunt? Cum enim interrogatus ab amicis, quænam ejus de hoc mundo nostro sententia sis, esset: *Necessitate*, respondit

spondit, *adactus in eum perveni, cum admiratione conjunctam in eo vitam duxi, jamque ubi relinquendus mihi est, cum contemptu eum despicio.* Illa etiam attentionem forsan mererentur, quæ de Mahomedis miraculis affert, de quibus divisæ esse videntur Christianorum in Europa sententiæ; dum alii cum Grotio (de Verit. Rel. Chr. l. 6. p. m. 202) & Pfeiffero (Theol. Jud. & Mahommed.) nulla vel ab ipso sibi, vel ab affectis Mahommedo tribui miracula dicunt; alii cum Simonio (in Hist. Crit. Fidei nationum Oriental. c. 15.) & Chevræo (Hist. Mundi lib. 5. to. 3. p. 8.) multa de fama miraculorum ejus apud Mahommedanos tradunt. Varia ab Autore nostro Mahommedanorum Scriptorum loca afferuntur, quæ utriusque partis stabilire sententiam queant, ita tamen ut paulo accuratiore instituto examine, plus soliditatis in priore esse videatur. Imprimis observandus locus, quem ex Alcorani interpretibus ad caput Raad produxit: ubi cum incredulitatis eorum, quos infideles Mahommedes, eo quod miracula ab eo flagitarent, appellat, facta mentio esset; ista ex iis non nemo fuit commentatus: Solere Deum miraculosa ea potissimum patrandi potestate instruere Prophetas, quæ maxime iis in locis, in quibus munere suo illis fungendum est, in pretio habeantur. Cumque adeo in Ægypto magia, in Judæa vero medendi ars Mosis & Christi temporibus magni apud omnes facta fuerit, iis quoque miracula concessa fuisse huic seculi genio maxime convenientia. Contra, eloquentiam linguæque Arabicæ puritatem Mahomedis ævo omnes potissimum cepisse, indeque maximum ejus miraculum ipsum Alcoranum esse, tanto nitore ab eo, idiota & plebejo homine, conscriptum.

At enim vero charta nos deficeret, si istiusmodi omnia annotare vellemus. Hoc forsan malam Lectorum nostrorum gratiam non inibimus, si quis qualisve fuerit Dherbelotus, cujus diligentia præclarum hocce opus debemus, paucis indicaverimus. Cum enim ille, antequam prælis absolutum, luce frui hunc foetum suum cernere posset, præproperis fati decesserit, merito justa, quæ Dn. Cousin brevi vitæ historia persolvere illi voluit, hic quoque breviori illius repetitione ei reddenda ducimus. Natus itaque est anno hujus seculi XXV, parentibus insigni inter cives Parisienses loco positus. Juvenis statim, post alia hausta potius quam degustata studia, linguis orientalibus addiscendis totum sese mancipavit, Quarum amor in Italiam mox eum-

P

per-

pertraxit, ubi ob crebriora cum istis populis commercia, majores in isto studio progressus sibi pollicebatur. Romæ itaque potissimum commoratus, familiarem Lucæ Holstenii & Leonis Allatii amicitiam meruit. Quin & Cardinalis Barberini atque Grimaldi ita sibi conciliavit animos, ut dignus a Grimaldo judicatus fuerit, qui Reginae Sueciæ Masfiliam honoris causa obviam mitteretur, quam eruditione sua jam tum in admirationem rapuit. In patriam reversus in Fouqueti, reditum Reginarum tum Præfecti, familiam, magnifico stipendio sollicitatus, pervenit. Cujus sequior fortuna adeo ei non obstitit, ut illo licet lapsu graviore jam præcipitato, Secretarii tamen & Interpretis linguarum Orientalium Regii munere fuerit ornatus. Verum Italiam denuo appetebat animus, insatiabili discendi cupiditate accensus. In quam anno 1666 delatus, Florentiæ a Serenissimo Magno Duce Ferdinando illis honoribus fuit cumulatus, qui privati Viri sortem fere excederent. Magnifice enim instructa sumtibus ejus non tantum fuit, quæ Dherbelotum exciperet domus, rhedaque & equi ex stabulis Magni Ducis designati, qui usibus ejus inservirent; sed locupletissima etiam Bibliotheca orientalium codicum, ei, antea ut pretium illi statuere vellet rogato, (Duce nimirum illam sibi vendicare velle simulante) empta atque dono data est munificentissime. Auxit illa res ejus in Gallia famam. Quamobrem ab illustri Colberto magnis pollicitationibus revocatus, non antea a Cosmo, Serenissimo hodie Magno Hetruriæ Duce, ut dimitteretur impetrare potuit, quam Colberti litteras ei ostendisset. In patriam itaque redux a Potentissimo Rege suo ad familiare sæpius gratiosissime admissus colloquium, annuo 15000 librarum stipendio auctus fuit, atque in id incubuit totus, ut Orientalem, quam in Italia concinnare cœperat, Bibliothecam absolveret. Arabica lingua eam scribere primum ipsum ceperat impetus: jamque typos illi excudendæ necessarios fundi jusserat Colbertus. Nescio tamen quid consilium istud interverterit, adeo, ut in Gallicam linguam convertere, quæ Arabica commentatus fuerat, atque hac, qua nunc tenemus, forma edere coactus fuerit. Interea eruditione sua meruit, ut Regia Syriacæ linguæ Professio post Auvergnii mortem ei demandaretur. Quæ quantacunque fuerit, pietatem ceterasque virtutes ejus non superavit; quibus id indeptus est, ut sexto Id. Decemb. A. M DC XCV satis suis concedens, neminem fungi suo non illacrymantem reliquerit.

DES

DES POINTS FONDAMENTAUX DE LA RELIGION CHRÉTIENNE &c,

i. e.

DE ARTICULIS FUNDAMENTALIBUS RELIGIONIS CHRISTIANA: auctore JOANNE GRAVEROL.

Amstelod. apud Georg. Gallet, 1697. in 8. Plag. 8.

**N**ihil solennius est in Theologorum scholis, quam doctrinæ cœlestis capita, vel ut vocari solent, articulos fidei in fundamentales & non-fundamentales dispecere. Nec tamen dum id faciunt, omnibus ita se probant, ut desint, qui palam hic dissentiant, eosque impugnent. Quin alii eorum hocce institutum damnant, omnia doctrinæ cœlestis capita æque creditu necessaria esse clamantes; alii recte quidem hæc ita discerni autumant, sed fundamentalium capitum sive articulorum exiguum adeo numerum constituunt, ut ex illorum sententia vel turpissimos Mahomedis aſſeclas in Christianæ Ecclesiæ confortium admittere non sit nefas. Utrisque sua commentatione obviam ire voluit Johannes Graverolius: illis tamen præcipue certamen indicit, cum his in transitu velut pugnans, & Johannem Clericum, ut ipse profitetur, subinde feriens. Demonstrato itaque vario multiplicique, quem ista articulorum Christianæ doctrinæ distinctio præbet, usu, Romanenses, ut parum ei æquos, atro notat lapillo. Ut autem rite, quid articuli fundamentalis nomine veniat, demonstret, in tres classes ordinesque omnia ea, ex quibus Christiana religio, ceu corpus ex suis partibus, componitur atque conflatur, distribui posse observat. Quædam, inquit, plane necessaria sunt, utilia alia, alia *ἀδιάφορα* seu indifferentia. Indifferentia ea vocat, quibus Ecclesia carere potest, quæque prout temporis, loci & personarum ratio postulat, immutare non est nefas. Utilia autem ea dicit, quæ ad fidei, ut loquitur, perfectionem quidem faciunt, ita tamen comparata sunt, ut Ecclesia & sine iis subsistere, singulique credentes æternæ felicitatis composites fieri possint. Necessaria denique vocat, sine quibus nec Ecclesia salva est, nec singuli credentes ad æternam pertingere salutem possunt. Et hæc ad fundamentum fidei pertinere judicat, ut quod tale quid continet Theologiæ caput, pro fidei articulo fundamen-

cap. I&II.

cap. III.

- cap. IV. mentali debeat reputari. Cumque porro in scholis, ut Auctor docet, ab articulis Catholicis, quos a nemine, qui inter Christianos nomen suum profitetur, ignorari fas est, discerni soleant Theologici, quorum accuratior cognitio a docentibus solum exigitur, hoc pluribus confirmat, & ipsorum Romanensium testimoniis comprobatur. Et licet omnia, quæ Deus revelavit, ab omnibus ceu divina effata summa animi submissione sint amplectenda, quantum ad auditores tamen, sufficere putat, si fide generali & implicita hoc faciant, si discesseris ab iis capitibus, quæ ad fundamentum pertinent. Ne autem alicui dubium suboriat, quo pacto dogmata hæc Christianæ religionis capitalia necessaria dici possint, more in scholis recepto aliud ad esse, aliud ad bene esse necessarium esse docet; præterea a necessitate mediæ distinguit necessitatem præcepti, & hæc omnia rite ad institutum suum accommodat. Quibus ita præmissis, articulos quosdam fundamentales dari, & rationibus, & consensu doctorum hominum ex præcipuis orbis sectis, comprobare annititur. Nimirum a ratione, inquit, prorsus abhorret; Deum imposuisse hominibus necessitatem distincte & explicite ea credendi, quæ ut cognoscere possint, in illorum viribus positum non est, quantamcunque etiam curam & diligentiam secum afferant. Jam, ita pergit, si res omnes divinis literarum monumentis proditæ æque creditu necessariæ essent, sequeretur sane, Deum tale quid, quod a paucissimis præstari potest, hominibus imposuisse. Quod cum nemo admittere possit, invictum inde robur se sententiæ suæ conciliasse, sibi persuadet. Consensu omnium fere sectarum idem confirmaturus, ad Judæos, Mahumedanos, Anabaptistas, Arminianos, Socinianos, Lutheranos, quin ipsos Romanenses, vel invito veritati testimonium perhibentes, provocat, prolatisque testimoniis suam sententiæ comprobatur. Hinc caliginem, quæ veritati hic a quibusdam offunditur, dispulsurus, cum Richelio Cardinali, cui inter novæ methodi inventores haud ultimus debetur locus, congregatur, ostenditque quam parum firmo nitantur talo, quæ pro adstruenda omnium articulorum fidei æqualitate Cardinalis attulerat. Hoc labore defunctus, & ipsa Scripturæ S. testimonia, & exempla conquirat. Refert huc ipsa Servatoris effata, summam Legis & Divinorum Vatum in eo positam dicentis, ut quæ ab aliis nobis fieri volumus, nos ipsis quoque præstemus, Matth. VII, 12, itemque maximum Numi-
- cap. VI. suum accommodat. Quibus ita præmissis, articulos quosdam fundamentales dari, & rationibus, & consensu doctorum hominum ex præcipuis orbis sectis, comprobare annititur. Nimirum a ratione, inquit, prorsus abhorret; Deum imposuisse hominibus necessitatem distincte & explicite ea credendi, quæ ut cognoscere possint, in illorum viribus positum non est, quantamcunque etiam curam & diligentiam secum afferant. Jam, ita pergit, si res omnes divinis literarum monumentis proditæ æque creditu necessariæ essent, sequeretur sane, Deum tale quid, quod a paucissimis præstari potest, hominibus imposuisse. Quod cum nemo admittere possit, invictum inde robur se sententiæ suæ conciliasse, sibi persuadet. Consensu omnium fere sectarum idem confirmaturus, ad Judæos, Mahumedanos, Anabaptistas, Arminianos, Socinianos, Lutheranos, quin ipsos Romanenses, vel invito veritati testimonium perhibentes, provocat, prolatisque testimoniis suam sententiæ comprobatur. Hinc caliginem, quæ veritati hic a quibusdam offunditur, dispulsurus, cum Richelio Cardinali, cui inter novæ methodi inventores haud ultimus debetur locus, congregatur, ostenditque quam parum firmo nitantur talo, quæ pro adstruenda omnium articulorum fidei æqualitate Cardinalis attulerat. Hoc labore defunctus, & ipsa Scripturæ S. testimonia, & exempla conquirat. Refert huc ipsa Servatoris effata, summam Legis & Divinorum Vatum in eo positam dicentis, ut quæ ab aliis nobis fieri volumus, nos ipsis quoque præstemus, Matth. VII, 12, itemque maximum Numi-
- cap. VII. suam sententiæ comprobatur. Hinc caliginem, quæ veritati hic a quibusdam offunditur, dispulsurus, cum Richelio Cardinali, cui inter novæ methodi inventores haud ultimus debetur locus, congregatur, ostenditque quam parum firmo nitantur talo, quæ pro adstruenda omnium articulorum fidei æqualitate Cardinalis attulerat. Hoc labore defunctus, & ipsa Scripturæ S. testimonia, & exempla conquirat. Refert huc ipsa Servatoris effata, summam Legis & Divinorum Vatum in eo positam dicentis, ut quæ ab aliis nobis fieri volumus, nos ipsis quoque præstemus, Matth. VII, 12, itemque maximum Numi-
- cap. VIII. rit. Refert huc ipsa Servatoris effata, summam Legis & Divinorum Vatum in eo positam dicentis, ut quæ ab aliis nobis fieri volumus, nos ipsis quoque præstemus, Matth. VII, 12, itemque maximum Numi-

nis mandatum hoc esse, quod de eo diligendo præcipit, alterumque illi æquale de diligendis aliis, prædicantis, & similia. Idem colligit ex Matth. XXII, 36. sq. I. Cor. III, 11. 12. 13. Eph. II. 20. Et ita rem omnem plane se confecisse putans, ad alia digreditur, & quo pacto fundamentales articuli a non-fundamentalibus discerni possint, disquirat, deque characteribus fundamentalium articulorum exponit. Primo itaque ad ipsum lumen naturale, sive ut cum Claudio loquitur, *gustum conscientie* provocat, non certiores evidentioresque characterem reperiri posse autumans, quam quem illud suppeditat. Ad- dit alterum, quod scilicet Scriptura sacra ea, quæ præcipue necessaria sunt, subinde repetere & ita diligentius inculcare soleat, secundum regulam ipsi Chrysostramo quoque laudatam: *Sacra Scriptura non est multisiloqua in his, quæ non sunt multum necessaria.* Tertium petit ab ipsa evidentia & claritate. Nimirum quæ creditu factuque ad salutem æternam consequendam sunt necessaria, tam clare tamque perspicue in divinis literis tradita esse, ut omnibus diligentiam studiumque in veritatem inquirendi sincerum adhibentibus sua sponte sese offerant. Nec contemnendum inde quoque characterem capi ait, quando ipsa Scriptura S. dogmatis aut articuli cujusdam necessitate commendat, ut cum Paulus Ebr. XI. 6. dicit: *Credendum est* (seu oportet credere) *ei qui ad Deum accedat, Deum esse & sui studiosis premia rependere.* Porro quando Deus certis dogmatibus aut virtutibus promissiones vitæ æternæ addit, de illorum præstantia & necessitate, iudice Auctore, dubitari nequit. Sic Paulus I. Tim. IV. 8. de pietate dicit, *quod promissiones habeat & presentis & futura vitæ.* Non aliter quoque judicandum, quando aliquid in Scriptura sacra ut finis & scopus Evangelii ac gratiæ Divinæ præponitur, ut cum Joh. XX. 31. dicitur: *hec autem scripta sunt, ut credatis Jesum esse Christum filium Dei, & ut credentes vitam per ejus nomen adipiscamini.* Sed istud quoque pondus ac momentum censente Auctore habet, quando ipse Christus & Apostoli Christianam religionem velut ad summâ quædam capita contrahunt, ut cum Christus dicit: *hec est vita æterna, si te solum cognoscant verum Deum & quem misisti Jesum Christum* Joh. XVII. 3. Hæc omnia postquam prolixius deduxit, haud difficile esse pronuntiat, cognitis veritatibus fundamentalibus errores dijudicare, & quinam fundamentum ullo modo labefactent, quinam vero illud non attingant,

cap. IX.

cap. X.

cognoscere. Simul tamen observat, articulos fundamentales inter se connexos & velut arctissimo quodam vinculo colligatos esse, ut uno labefactato ceteros quoque corruiere necesse sit. Posse itaque eos duplici ratione considerari, primo quidem in se, non attendendo ad veritates quæ inde pendeant & legitime derivari queant, aut ad errores per quos destruantur: deinde ita, ut ad hæc omnia simul respiciatur. Priori modo si spectentur, pauciores articulos fidei constitui posse; alii longe plures esse, si posteriori modo considerentur. Quæ cum ita sint, mirandum non esse concludit, quod Theologi in numero articulorum fundamentalium definiendo non consentiant, cum alio alioque modo eos intueantur. Sed quod Latitudinarii cum Sociinianis autumant, nullum articulum pro fundamentali habendum, nisi discretis verbis a Scriptura S. proferatur, id falsum esse ex suis principiis colligit, nec minus eos errare, dum numerum horum articulorum adeo coarctant, ex hætenus allatis comprobari posse confidit. Ultimo loco cum Romanensibus denuo congrèditur, jureque Protestantes ab eorum communione discesisse docet.

cap. XII.

*PINDARI OLYMPIA, NEMEA, PYTHIA, ISTHMIA. UNA  
cum Latina omnium versione carmine Lyrico, per Nicolaum  
Sudorium.*

Oxonii e Theatro Sheldoniano, 1697, fol. Alph. 7. pl. 15.

**D**E Pindaro, Lyricorum Poetarum principe, quid olim nuperque Viri docti senserint, late *Bailletus* in *Judiciis Eruditorum* de Poetis parte I, pag. 134. sqq. exposuit. Itaque de eo plura hoc loco dicere, supervacaneum foret. Odæ etiam ejus, quæ supersunt, toties seu una cum Scholiis antiquis Græcis, seu sine illis, typorum adminiculo descriptæ, & per orbem literatum dispersæ fuerunt, ut nullius facile subterfugere possint notitiam. Præ reliquis tamen editionibus ea hætenus eminuit, quam *Erasmus Schmidius*, Græcarum eo tempore & Mathematices in vicina Wittebergensi Academia Professor, summo adornavit studio, cumque luculentis Commentariis suis Wittebergæ A. 1616 evulgavit. Neque contemnenda altera est, quæ hanc excepit, & a *Johanne Benedicto*, Græcæ linguæ in Salmuriensi Galliæ Academia Professore curata, A. 1620 Salmurii cum notis novaque Latina

na



na Paraphrasi lucem adspexit. Istæ vero cum in officinis librariis dudum disparuissent, novæ, quam nunc sistimus, Pindari editioni ex Collegio Magdalenensi Oxoniensis Academix Duumviri doctissimi, *Ric. West & Rob. Wested* manus admoverunt, ab ejusdem Collegii Præside eodemque Admodum Reverendo hoc tempore *Oxonienfi Episcopo*, ornatissimo item Viro D. *Aldrich* Ædis Christi Decano, nec non eruditissimo Viro D. *Mill* Aulæ S. Edmundi Principali, quod ipsimet in Præfatione grati deprædicant, excitati adjutique. In qua quid præstitum fuerit, id vero est, quod paucis a nobis erit indicandum. Exhibetur textus Pindari Græcus cum versione Latina *Erasmi Schmidii*, quem in mentem Poetæ altius, quam Criticorum cæteros penetrasse, candide clarissimi Editores profitentur. Subjiciuntur textui primum quidem *Johannis Benedicti* Paraphrasis, inde Editorum notæ ex *Schmidianis* magnam partem excerptæ, quibus & variæ *Lectiones* ex duobus manuscriptis *Bibliothecæ Bodlejanæ* collectæ immiscentur. Denique *Scholia antiqua Græca* (quæ nec in *Schmidiana*, nec in *Benedictina* editione comparent) subjunguntur integra, & multo quidem, quam olim prodierant, emendatiora. Ast maximum novæ huic editioni ornamentum præfixa *Operi Chronologica Series* conciliat, *Olympionicarum* cum annis *Mundi*, ante *Nativitatem Christi*, ab *Urbe* & ab *Epocha Christianorum* collationem ostendens, a Reverendo Admodum Episcopo *Lichfeldensi Guilielmo Lloyd*, cujus magnum opus *Chronologicum* dudum avidissime *Eruditis Orbis* expectat, adornata. Nec *Index Vocum & Locutionum Operi* suffixus, quem Editores ipsi confecerunt, tacendus est, prioribus omnibus multo locupletior, ut *Lexici Pindari* loco haberi possit. Denique cum ad finem jam perducta editione, *Nicolai Sudarii Parisiensis* elegantissima *Pindaricorum omnium versio Latina* carmine *Lyrico* juxta *numeros Horatianos* sub finem superioris seculi composita, beneficio clarissimi *D. Hannes* ad manus Editorum pervenisset, operæ pretium se facturos existimarunt, si & eam universo operi attexerent.

**DE VIRTUTIBUS ET VITIIS DISPUTATIONES ETHICÆ,**  
*in quibus accurate differitur quicquid fere spectat ad Philosophiam Moralem, ab Aristotele traditam decem libris Ethicorum ad Nicomachum: Auctore JOSEPHO SAENZ DE AGUIRRE.*

Romæ ex typographia Antonii de Rubeis, 1697, in fol. Alph. 7.  
 Quem

**Q**uem Maxima Conciliorum omnium Hispaniæ & Novi Orbis Collectione, nec non edita in lucem Nicolai Antonii Bibliotheca Hispanica Veteri, egregie nuper de Orbe Erudito meritum alibi laudavimus, Eminentissimus Cardinalis de Aguirre, jam olim, cum in Salmanticensi Academia Doctoris adhuc Philosophiæ munere fungeretur, Philosophicis etiam scriptis inclaruit. Nam & Contemplatricem Philosophiam tribus comprehensam voluminibus, & Ethicam seu Moralem duobus tomis absolutam, tertio etiam de Virtutibus & vitiis adjecto, Salmanticæ luci publicæ exposuit. Eorum vero operum pleraque revisa & emendata cum in devexa nunc ætate Romæ recudere constituisset (quemadmodum jam antea Theologiam S. Anselmi Commentariis & Disputationibus tum dogmaticis tum scholasticis illustratam, & Salmanticæ primum tribus voluminibus editam, Romanis etiam typis describi curaverat) nunc quidem Opus illud de Virtutibus & Vitiis, quod postremo inter Philosophicæ loco commemoravimus, nitidiori charta & caractere exhibuit. De quo plura hoc loco dici, cum jamdudum Eruditorum manibus fuerit versatum, nec sine applausu ab iis exceptum, nosque non nisi libros recens elaboratos recensere consueverimus, non attinet. De Virtutibus & Vitiis, non Theologicis, sed quatenus intra terminos rationis naturalis & moralis continentur, agi, vel ex eo intelligitur, quod Philosophicis Eminentissimi Auctoris scriptis Opus hoc annumeravimus. Methodum vero servatam in illo eam, quam in decem libris Ethicorum ad Nicomachum Aristotelestenuit, ipsum libri frontispicium testatur.

**JOH. MOLLERI HOMONYMOSCOPIA HISTORICO-PHILOLOGICO-CRITICA, sive Schediasma παραρηγικὸν de Scriptoriis Homonymis.**

Hamburgi, sumptibus Goth. Libezeitii, 1697. in 8.

Alph. 2. plag. 15.

**Q**uum difficultatibus multis involuta sit antiquitatis cognitio & investigatio, haud exiguae sunt istæ censendæ, quæ in veterum auctorum historia explicanda obveniunt. Quo magis hi enim a memoria nostra sunt remoti, eo densioribus involuti sunt tenebris, ut pro-

proclivis sit circa eosdem & facilis etiam circa eorum nomina lapsus. Nam ut taceamus, quoties mutata auctorum nomina lectoribus imposuerint, cognomina item ignorata, & vel a parentum vel patriæ nominibus imposita, quot confusiones pepererint; plurimas nebulas eadem nomina diversis auctoribus communia studiosis antiquitatis offundunt. Reperiuntur in antiqua historia, observante Jonsio lib. I. cap. 2. de Script. Hist. Phil. viginti octo Pythagoræ, viginti circiter Hippocrates, totidemque Socrates, sedecim Platones, quinquaginta quasi Dionysii, triginta fere Aristoteles, totidemque Heraclydes: qui si minus distincte cognoscantur, & quæ huic tribuenda sunt scripta alteri assignentur, horrida necesse est nascatur confusio. Quocirca utilem se præstiturum credidit diligentissimus in omni literatura Auctor operam, si errores ab ὁμωνυμία Scriptorum exortos investigaret, & exempla non magis quam causas confusionis inde exortæ ob oculos poneret. Nata hinc ipsi Homonymorum hæc διασκεψίς studiose collecta, causas & species homonymiæ hujus inquirens, confusiones erroneas inde ortas detegens, rationes discernendi Scriptores eodem nomine gaudentes enumerans, & jucundis digressionibus de nominibus eruditorum, eorumque vitis & ætate, lectorem instruens. Classes homonymorum Scriptorum constituit undecim, cap. 2. sect. I. enumeratas, quarum decimam implent ὁμωνυμοί, de quibus p. 29. seq. Primâ autem quum eos complectatur, qui κατ' ἐξοχήν ὁμωνυμοί nuncupantur, eodemque & nomine & prænomine vel cognomine gaudent, haud paulo prolixius de iisdem commentandum duxit cap. 3. Multos ex veteribus Philosophis observatos a Diogene Laertio, Meursio, & Jonsio, ex Rabbis a Buxtorffio, ex ævi præsci & medii Scriptoribus Christianis a Caveo, affirmat; eandem confusionem in Scriptoribus ætati nostræ proximioribus peperisse nomina Pauli Æmilii, Rudolphi Agricolæ, Hier. Aleandri, Wilh. Amesii, Jo. Andreae, Jo. Aurifabri, Jo. Benedicti, Jo. Boissii, Jo. Brochmanni, Erasmi Brochmanni, Jo. Breidenbachii, Jo. Calvini, Jo. Capellani, Petri Castellani, Alphonsi a Castro, Chr. Coleri, Nic. Cusani, Jo. Deckheri, Em. Diazii, Jo. Drusii, Jo. Durzi, Jo. Eckii, Jac. Fabri, Octav. Ferrarii, Jo. Fischeri, Matthiæ Flacii, Ant. Fernandezii, Æg. Gonzalezii, Jac. Gordoni, Ant. Goveani, Jo. Gravii, Jo. de la Haye, Jo. Himmelii, Franc. Hottomanni, Thomæ Jamesii, Aug. Justiniani;

Jo. Langii, Jo. Lasci, Andr. Laurentii, Jobi Ludolfi, Aldi Manutii, Jo. Marquarti, Mart. Martini, Jac. Martini, Jo. Matthæi, Ant. Matthæi, Phil. Matthæi, Julii Mazarini, Jac. Meieri, Jo. Merceri, Jo. Michaelis, Henr. Mori, Thomæ Mori, Ant. Musæ, And. Osiandri, Hier. Oforii, Jo. Oweni, Franc. Patricii, Ben. Pererii, Theodori Petrazi, Franc. Piccolomini, Jo. Polyandri, Ant. Possævini, Henr. Regii, Jo. Regii, Franc. Rodriguezii, Franc. Romani, Guernerii Rolfincii, Casp. Sanctii, Jo. Schroderi, Casp. Schwenkfeldii, Jac. Sylvii, Jo. Sylvii, Francisci Sylvii, Eman. Vegæ, Andr. Velleii, Petri Pauli Vergerii, Jo. Viguërii, Franc. Xaverii, Franc. Zabarellæ, Theod. Zwingeri, observat. Jo. Molleri nomen, quod ipse gerit, cum multis sibi esse commune annotat, & peculiari commentatiuncula sub *Mole Musarum Castalia* titulo, recensum Scriptorum vel eodem secum gavisorum cognomine, vel alia huic affinia a molendinis ac re molitoria adeptorum, se editurum esse p. 82. promittit, & quot Molleros, Molitores, Mylios, Malderos, Monerios, Meulenios, Molanos, Molinæos, Molinas, Molinos, Muhlios, Mullenios, Mulmannos, Muhlportios, inter eruditos observaverit, enarrat; in Appendice p. 932. quinquaginta scriptores & libros eorum recensens, qui *Jo. Mulleri* seu *Molleri* nomen gerant. Homonymia istæ quum in multis sit fortuita, nec ratio evidens, cur idem plures gesserint nomen, dari possit; (p. 84.) plurimos tamen ob certas causas idem cum aliis nomen habere commune, vel a parentibus impositum vel certo consilio acceptum, cap. 4. ostendit. Nam ex veneratione Deorum ethnicos ab iisdem nomina mutuatos esse, ex Diodori, Diomedis, Diophanis, Herodoti, Herophili, Posidonii, Hermetis, Hermogenis, Hephæstionis, Apollonii, Dionysii, Heracliti, Athenæi, Epaphroditi & similibus nominibus constare, & Judæos vereres, ac Christianos postea, idem consilium esse secutos, ex Johannis, Danielis, Ezechielis, Samuelis, Josiæ, Jeremiæ, Esaia, Eliæ, Theodori, Theodosii, Theophili, Timothei, Adeodati, Godofredi, Godeschalci, & aliis hujusmodi appellationibus esse manifestum: Angelorum autem, Gabrielis, Urielis, Raphaëlis, & sanctorum Apostolorum, Martyrum ac Ecclesiæ Doctorum nomina ob eorundem cultum liberis esse imposita, non dubitandum. Affectum & amorem in parentes, majores, aut necessitudine junctos, etiam causam esse impositorum liberis nominum istorum quos isti gesserunt, jam Aristote-

lis

lis interpreti Ammonio observatum p. 90. annotat; indeque profectum docet, plurimisque exemplis illustrat, quod passim in Academicis, & claris urbibus aliis, eruditionis non minus quam nominis reperiantur hæredes multi. Cultui Principum obsequioso vel adulatorio sæpe deberi *ὀμωυμίαν*, & subditos imperantium nominibus delectari, p. 113 ostendit. Vana persuasione etiam de quorundam nominum felicitate induci plurimos, ut idem multi expetant nomen, cap. 5. docet, ubi de infelicitate fatali quorundam nominum p. 118. agit, & quæ nomina quibus gentibus familiaria & usitata magis sint, p. 130. annotat: caput hoc denique elencho eorum inter eruditos claudit, qui cognomen prænominis loco simul adhibuerunt, v. g. *Alexander ab Alexandro, Benedictus de Benedictis, Galilaus de Galileis, Oddus de Oddis, &c.* p. 140. seq. In Sectione *secunda* erroris ex homonymiâ sæpius orti exempla tam prisca quam recentiora enarrat & prolixo recensu exhibet, ordinata juxta literarum seriem instituto, Scriptoribus autem in septem classes redactis, & totidem capitibus inclusis. Inter cæteros notabilis est error Cornelii a Lapide, Danielem prophetam ab Attico capite plexum fingentis; cum martyr Christianus eo nomine fuerit, cum tribus sociis, seculo quarto supplicio capitis affectus, observante Reinesio, p. 160. Elias duos, & Esras duos, nec non Hofeas & Jacobos geminos, errorum ansam præbuisse, p. 162. 163. 164. demonstrat. De Jobo, & Johannis capite, pluribus in locis, apud Ambianenses & Angeliacenses & Romanos, superstite, p. 169. de Johanne Evangelista, Apocalypseos scriptore p. 173. de Juda epistolæ auctore, p. 181. de Nicolao, Nicolaitarum patriarcha, p. 189. de tribus Obadiis p. 191. de duobus Philippis, altero Apostolo altero Evangelista, p. 196. de Simeone p. 199. de Simone Mago p. 205. de Thoma Indorum Apostolo p. 210. de Zacharia, filio Barachæ, inter templum & altare occiso p. 212. de Philone Judæo p. 224. de variis Scriptoribus Ebræis & Rabbiniis ob *παρονομασίαν* inter se confusis, Gedalia, Jonathane, Josepho Gorionide, Onkelosio, Bensira p. 229. de Syris, Jacobo Nisibensi p. 248. Isaaco monacho p. 249. Mose Barcepha p. 249, de Arabum Abunzare Alfarabio p. 251. Locmanno p. 252. Jo. Mesua p. 253. de Ægyptiorum Thauto vel Hermete Trismegisto p. 255. de Persarum Zoaroastre p. 260. Osthane p. 267. de Septentrionalibus Qshinis p. 269. de Sibyllis p. 271. copiose differit, Græcos Scriptores ob homonymiam.

confusos cap. III. recenset, inter quos eminent Æneæ p. 279. Alexandri Aphrodisiæ p. 280. Antipatri p. 283. Aristaneti p. 284. Aristoteles p. 287. Afclepiadæ p. 291. Chœrili p. 295. Demetrii Phalerei p. 298. Euclidæ p. 305. Harpocrations p. 307. Heraclidæ p. 308. Hierocles p. 313. Homerip. 316. Isocrates p. 318. Musæi p. 321. Orpheip. 323. Palæphati p. 327. Philostrati p. 330. Plutarchi p. 332. Porphyrii p. 334. Pythagoræ p. 335. Timæi p. 344. Vettii Valentes p. 345. Xyfti p. 347. Zofimi p. 349. Inter Latinos veteres auctores cap. IV. enumeratos præ cæteris eminent ob homonymiam confusi Æthici p. 352. 378. Apuleii p. 354. Arriani p. 356. Polliones p. 358. Attilii p. 359. Cassii p. 362. Catones p. 364. Eutropii p. 369. Fab. Pictores p. 371. Hygini p. 373. Juliani p. 374. Julii Cæsares p. 379. Justini p. 387. Livii p. 383. Macri p. 386. Petronii p. 394. Plinii p. 396. Quintiliani p. 401. Rufini p. 403. Senecæ p. 405. Severip. 408. Suetonii p. 409. Varrones p. 411. Victores p. 412. Inter Græcos Scriptores Christianos, cap. V. recensito homonymia locum dedit confusione, præ reliquis, in Anastasius p. 414. Apollinaribus p. 417. Asteriis p. 418. Athanasius p. 419. Athenagoris p. 426. Barlaamis p. 428. Basiliis p. 429. Chrysoloris p. 430. Clementibus p. 432. (quo loco de Clemente II. P. R. latius differit, & an gente Holfatus an Brandenburgicus fuerit, cum Cl. Tenzelio disquirat) Constantinis p. 443. Cyrillis p. 444. Dionysius p. 447. Dorotheis p. 452. Egesippis p. 454. Eusebiis p. 459. Eustathius, Eustratiis p. 464. Germanis p. 465. Georgius p. 466. Gennadiis p. 468. Gregorius p. 472. Heliodoris p. 474. Hermis p. 475. Chrysoftomis p. 484. (ubi de Epistola ad Cæsarium contra Apollinaristas, publicæ luci nunc exposita, fuse narrat) Juliis Africanis p. 492. Justinis p. 497. Macariis p. 499. Methodiis p. 502. Pfellis p. 504. Nicephoris p. 505. Olympiodoris p. 507. Origenibus p. 511. Palladiis p. 512. Procopiis p. 514. Simeonibus p. 516. Sophroniis p. 517. Theodoris p. 521. Themistiis p. 522. Theophanis p. 523. Theophilis, Titis p. 525. Xiphilinis p. 527. E Scriptoribus Christianis Latinis vetustioribus, capite VI. recensitis, confusionem præ reliquis ob nomina paritatem dederunt Adones p. 530. Aimoini p. 531. Alani p. 533. Ambrosii p. 537. Anastasii p. 539. Arnobii p. 541. Berengarii p. 544. Bernhardi p. 546. Brunones p. 549. Cypriani p. 562. Durandi p. 557. Eucherii p. 559. Fulgentii p. 562. Gelasii p. 564. Gregorii p. 569. Haymones p. 574. Hieronymi p. 577. Hilarii p. 479. Udalrici p. 582. Idacii, p. 585. Isidori p. 587. Paulini p.

601. Prosperi p. 608. Raymundi p. 612. Remigii p. 616. Scoti p. 620. Tertulliani p. 627. Thomæ p. 628. Victorini p. 633. Vigili, p. 633. Vincentii p. 640. Inter recentiores Scriptores, cap. VII. expositos, præcipui videntur qui *ὀμωνυμία* errori ansam præbuere, Aretini p. 647. Bacmeisteri p. 648. Brownii p. 656. Cæsi p. 658. Camerarii p. 659. Fabri p. 668. Fabricii p. 672. Gerhardi p. 676. Grynæi p. 679. Jansenii p. 685. Laurembergii p. 689. Lindenbrogii p. 691. Magiri p. 695. Majores p. 696. Martyres p. 699. Meibomii p. 700. Molinei p. 702. Molleri p. 703. Neandri p. 705. Oldenburgeri p. 706. Osiandri p. 709. Porti p. 712. Reusneri p. 716. Socini p. 723. Vossii p. 729. Ortellii p. 730. Wolfii p. 731. Wowerii p. 733. Zwingeri p. 737. Sectione *tertia* modi ostenduntur, quibus confusio ista, quæ ab homonymia possit oriri, eatur obviam: nempe distinctionis causa si certæ nominibus addantur notationes patronymicæ, p. 748. aut nominibus adjiciantur numeri p. 749. aut nomina prorsus mutantur p. 751. Quo loco quæstionem, an licita sit nominis mutatio? copiose pertractat p. 753. sq. & Majoragii p. 755. Biblica etiam p. 759. Romanorum item veterum p. 761. Judæorum p. 762. veterum Christianorum p. 763. Ecclesiæ orientalis p. 765. & Pontificum Rom. p. 766. ac monachorum monialiumque p. 769. exempla adducit; arbitrariis nominum mutationibus, ab eruditis diversas ob rationes institutis, aliisque nominibus adscitis, in cap. III. expositis. Huc refert Homeri, Platonis, Aristotelis, Theophrasti, Catonis nomina, a Melesigene, Aristocle, Batto, Tyrtamo usurpata, p. 773. 774. Ex recentioribus insignia *μετονομασίας* documenta dedisse ait Jul. Pomponium Lætum, antea Petrum Calabrum vel Bernhardinum dictum p. 775. Domitium Calderinum, Jo. Bapt. Egnatium, M. Ant. Flaminium, p. 780. M. Ant. Majoragium, Janum Parrhasium, Fabium Vigilem, Phædrum Volaterranum, Phil. Cosmum p. 781. Justum Jonam, Ph. Aur. Theophrastum Paracelsum, Ad. Pastoris, p. 782. Publ. Vigilantium, Alex. Alefium, Amatium Lusitanum p. 783. Gabr. Acoftam, Act. Syncerum Sannazarium p. 784. Jo. Pierium Valerianum p. 785. & alios, qui vel a patria p. 791. vel a parentibus p. 792. vel a die natali p. 744. vel ob *ἐυφημίας* p. 796. vel *ἐυφωρίας* p. 798. nomen immutarunt. De his qui vernacula sua nomina in linguas peregrinas transformarunt, significatione retenta, caput IV. agit; copiosumque eorum indicem exhibuit Adr. Baillët in tractatu Gallico *Des Antours deguifez sous des noms estrangers,*

*empruntez, supposez* &c. a nobis in Tom II. Supplement. sect. 4. & 5. recensito, ut ceteros taceamus, qui de Pseudonymis fuerunt commentati. Doctissimus autem Auctor noster plures hujusmodi Scriptores detegit ex schedis Joach. Peuschelii & Jo. Vogelii p. 801. sed qui nominibus istis non perpetuo, verum in uno alterove libro solum, aut secretiori epistolari commercio, crypticis nominibus sunt usi. Per omnem vitam qui adoptata in aliam linguam conversa nomina retinuerunt, p. 806. seq. recenset, ex antiquis Cephiam & Petrum, Porphyrium, Pelagium p. 807. ætati autem nostræ propiores Armandum de de Bello visu, Hugonem de Prato Florido, Petrum de Vineis p. 808. Felicem Fabri, Matthiam Farinatorem, Johannem de Indagine, Johannem a Lapide, Felicem Malleolum, Thomam Malleolum, Conr. Molitorem p. 809. Jacobum de Paradiso, Radulphum de Rivo, Ægidium Aurifabrum, Henricum Eutrachelum, Petrum a Rivo, p. 810. & alios longe plurimos. Quo etiam refert barbari ævi Scriptores, non minus absonis nominibus insignitos, in claustris plerosque delitescentes; quorum nonnulli in Epistolis & Lamentationibus obscurorum virorum exagitantur p. 814, alii p. 816. indicantur. Seculo nostro plurimos extitisse cognominum suorum metaphrastas inter eruditos, (etsi Camerario, Lud. Vivo, p. 819. & Frischlino p. 821. minus probantibus istum morem) exemplis multis p. 821. 825. seq. ostendit, quæ recensere nimis foret prolixum. Nec abludit Thuani ratio, qui in opere historico nomina pleraque Gallica Latinum in habitum efformavit, quorum copiosum Indicem nomina veste Latina donata patrio idiomati reddentem Genevæ 1634 excusum contexuit Petr. Beslinus, secundum Bailletum tom. IV. p. 203, vel potius Puteanus, secundum Menagium in Antibailletto cap. 33. p. 109. tom. 1. Accessiones nominum, seu agnomina, homonymis distinguendis idonea, cap. V. exsequitur, & tam apud Hebræos p. 866. quam Romanos p. 867. usitata ea fuisse tradit Auctor. Omnia corporis atque animi morumque vitia vel virtutes, omnes fortunæ casus, ista suppeditare, & a locis nativitatis, officii, vitæ genere, honoribus, ea derivari p. 869. docet, exemplisque Græcorum p. 870. Romanorum p. 873. Ecclesiæ Patrum p. 875. Scholasticorum p. 878. Jurisconsultorum p. 882. Medicorum & Philosophorum p. 883. Societatum item integrarum & Collegiorum, nomina suis sociis tribuentium p. 884, illustrat. *Qualis est Societas frugifera*



ra anno 1617 fundata p. 885. Cæsianæ poeticæ Societates p. 886. Ristianus ordo Cycneus p. 887. Birekeni seu Betulii Societas Pegnicensis p. 888. Academia Naturæ Curiosorum Leopoldina p. 888. Italicæ eruditorum Academiæ p. 890. Sectio *quarta* consilia suggerit Bibliothecæ Scriptorum homonymorum concinnandæ, & simul varias rationes exponit, quibus instrui ea & apparari possit. Desiderari eam mœnuit jam Adr. Bailletus, quem præ cæteris idoneum isti conscribendæ Auctor existimat p. 893. & summopere utilem & necessariam esse censet p. 894. Vetus ingentem eruditionis apparatus, & exactam omnium Scriptorum notitiam requiri observat; qua gavisos esse nonnullos, quorum in hoc argumento versata est industria, cap. II. & III. indicat. Exempli loco eos, quorum industria circa prænomina v.g. Adrianos, Antonios, Apollonios, Bernhardos, Simeones &c. cap. IV. & cognomina, v.g. Capellos, Psellos &c. cap. V. fuit occupata, profert; tandemq; appendicis loco p. 932. quinquaginta auctores enumerat, qui *Molleri* sive *Mulleri* & *Mylii* nomen, commune cum auctore, gesserunt. Plures proferri potuisse ait, sed eos, ut supra jam inuimus, peculiari operi, cognomina vel a molis & re molari vel eidem affinia adeptos Scriptores exhibituro, reservari, quod prolaturus sit cum titulo *Mola Musarum*, *Cassalia* seu *Schola Eruditorum Panepistemonica*. Hæc *Mola*, æque ac *Cimbria literata*, cujus ἀποπαράμεινον septem abhinc annis vidimus, nec non *Notitia Reipublicæ Ecclesiastico-literariæ Geographicæ*, aliquoties in libro jam recensito allegata, ut quamprimum lucem publicam adspiciant, optamus; certi mœnumenta haud proletariæ eruditionis ea futura, quum in hoc *de Homonymiis* commentario longe plura, quam titulus præfert, invenerimus, & de eruditorum vita ac ætate haud obvia cognoverimus; qualia in istis, quæ promisit doctissimus Auctor, operibus plura exhibitum iri non dubitamus.

**CHRONICON COENOBII MONTIS FRANCORUM GOSLARIÆ.**

Francofurti, 1698. in 4. Plag. 15.

**N**on incelebre olim Monialium in Monte-Francorum (*Frankenberg*) Goslariz coenobium fuit, cujus Annales præsentis opusculo complecti Auctor anonymus sustinuit. Et primordia quidem illius ad annum seculi decimi tertii vigesimum quintum aut sextum referenda is existimat; fundamenta vero a Conrado II Hildesienfium Episcopo-

piscopo jacta; etsi Leznerus in Chron. monast. manuscripto Agnetis, quæ Henrici Ducis Saxoniz & Comitis Palatini ad Rhenum conjux fuit, auspiciis id factum tradiderit. Exstructum vero cœnobium Goslariz fuit in Monte Francorum, a Francis olim ita dicto, qui ad prædivites prope Goslariam metalli fodinas, ab Ottone M. primum, ut vulgo creditur, detectas, advolarant, sedemque ibi collocaverant. Dicitur Sororibus Pœnitentibus S. Mariæ Magdalenz Ordinis S. Augustini, illis nimirum, quæ post vitam in luxu ac libidinibus actam, insignis illius peccatricis Mariæ Magdalenz exemplo, seriam pœnitentiam præferebant, & ut in tabulis nonnullis dicitur, *mundi vanitatibus abnegatis semetipsas Domino laudis sacrificium offerebant*. Atque hæc indicasse obiter, pro instituti nostri ratione, suffecerit. In Opere autem ipso Lectores, præter ea quæ ad Cœnobii Historiam pertinent, tum de civitatis Goslariz, vicinarumque ditionum, nec non illustriorum in iis Familiarum fatis plurima notatu non indigna, tum imprimis Episcoporum Hildesensium, ad quorum diœcesin Francobergense nostrum monasterium spectabat, seriem integram ad Ernestum usque Bavarum, qui A. 1573 Burchardo ab Oberge successit, deprehendent.

**RARIORUM PLANTARUM HORTI MÈDICI AMSTELODAMENSIS Descriptio & Icones. Auctore JOANNE COMMELINO.**

*Opus posthumum.*

Amstelodami apud P. & J. Blaeu & Abr. a Sommern, 1697. in fol. Alph. 4. Plag. 20.

**S**I quo in toto terrarum Orbe loco Botanices hæc tempore studium floret, in Hollandia certe floret quam maxime. Uti enim celeberrimæ huic provinciz nunquam excellentia defuerunt ingenia, quibus omne literarum genus excultum promotumque fuit: ita Plantarum imprimis amore accendi in ea plurimos videas, & amœnissimæ Arti magis magisque exornandæ incumbere. Accedit negata aliis gentibus commoditas exoticis quibusque plantis potiundi, per commercia ab Inclytis Indiæ Orientalis & Occidentalis Societatibus per universum fere Orbem propagata. Neque sumptibus eam in rem impendendis parcunt, qui ad clavum Reipublicæ sedent. Nam & Academia Lugduno-Batavæ Curatores Amplissimi Hortum Lugduni Medicum

dicum publico usui instruxerunt, de quo nostris temporibus imprimis *Paulus Hermannus*, Vir in hoc studiorum genere exercitatissimus, dum viveret, egregie meritus est, cujus & nos *Plantarum Horti Medici Lugduno-Batavi Catalogum* in his Actis A. 1687, pag. 245, & *Florea Lugduno-Batava Flores* A. 1690, pag. 217. recensuimus: & Amstelodamensis Reipublicæ Proceres gravissimi hortum similem commodo in nova urbis regione loco adornandum censuerunt, cura ejusdem tum *D. Joangi Huydesoper*, Equiti, Toparchæ in Marsoveen &c. Consuli ac Senatori urbis amplissimo, nec non Societatis Indiæ Præfecto, tum *Joanni Commelino* Senatorii itidem ordinis Viro, dum in vivis esset, spectatissimo, demandata. Quorum insigni industria, brevi temporis spatio, novus hortus tanta exoticarum imprimis rarissimarumque, nec ante in Europa spectatarum plantarum copia fuit instructus, ut hoc tempore non sine admiratione perlustrari a Botanophilis queat. Cui reivel præfens hic, quem sistimus, Catalogus selectiorum centum & duodecim Plantarum documento esse potest, isq; Belgico-Latinus, a *Joanne Commelino* nimirum patrio sermone compositus, inque Latinum a *Frederico Ruyschio* Botanices Professore clarissimo & *Francisco Kiggelario* conversus, notisque illustratus. In quo non solum plantæ singulæ accurate describuntur, cujusq; fere natai solo, radice, pediculis, foliis, caule, floribus, seminibus, tempore quo floret, viribus, sapore, usu, cultura & propagatione designatis, sed & nitidissimis iconibus ad vivum ita delineantur, ut, qui in lectionem libri inciderit harum rerum cupidus, in horto ipso spatari, rarissimasque, nec nisi e regionibus alio sub Sole calentibus in Hollandiam advectas plantas, maxima cum oculorum animique delectatione, coram intusri sibi videri queat.

**RESPONSIO DANIELIS PAPEBROCHII AD EXHIBITIONEM  
Errorum per Adm. Rev. P. Sebastianum a S. Paulo Colonie A.  
1693 evulgatam. Pars secunda.**

Antverpiæ, apud viduam H. Thieullier, 1697. 4. Alphab. 3. plag. 4.

**D**elationibus Hispanicis coram Inquisitionis tribunali A. 1693 factis peculiarent responsonem se oppositurum pollicetur celeberrimus Papebrochius, quem interim cum Adm. Rev. P. Sebastiano

R

a S.

a S. Paulo decertantem binis jam tum vicibus in Actis nostris introductum benevoli Lectores meminerunt. Quemadmodum autem prius modo Apologiae Adversario ab ipso opposita partem hactenus recensuimus: ita nunc secundam exhibemus, quae responsum ad residuos P. Sebastiani Articulos tredecim complectitur.

Et Articulo quidem XIII in Patrum scripta injurius ab Adversario suo vocatur Papebrochius, eo quod horum aliqua istis abjudicasset. Sed merito id abs se factum regerit, ac idcirco Dionysium, Areopagitam librorum de Hierarchia auctorem esse denuo inficiatur, pluresque secum ita sentientes allegat; Dionysii autem caeteroquin opera haereseos suspecta se unquam reddidisse pernegat. Librum Josephi Antiocheni de primitiva Ecclesiae perfecta militia spurium se vitulum nuncupasse ait ideo, quod nulla ejus tanquam adeo antiqui mentio idonea proferri queat: Brocardi enim, quae audiant, Constitutiones, in quibus ille allegatur, nequaquam seculo XII, sed XIV demum scriptas, adeoque isti manifeste esse suppositas. In sententia de Symbolo Athanasiano ad recentiore longae Athanasio scriptorem relato persistit, ac ad Cardinalis Ursini auctoritatem rationesque ab Oudino congestas Lectorem remittit; in canone vero Synodi Augustodunensis ab Adversario allegato, per fidem S. Athanasii Nicenum intelligi Symbolum contendit. Tractatum de virginitate Athanasium composuisse non absolute negat, sed ob styli diversitatem suspectum eum sibi reddi asserit. Joanni, Hierosolymitano Patriarchae, librum de institutione monachorum, suffragiis Auctorum plurimorum in subsidium vocatis, iterum abjudicat, & quod a Carmelita quodam, ortu Hierosolymitano, seculo XIII exeunte fuerit consarcinatus, pro verisimillimo agnoscit. Ut S. Augustini regulam viris esse praescriptam neget fortius, totam ejus historiam repetit; eidem vero Augustino librum de fide seu de unitate Trinitatis contra Manichaeos aut Henschenium aut se negare, prorsus abnuir, nec tamen, si negasset, temeritatis notam se meritorum fuisse admittit, cum & Bellarminus, Sirmondus, Labbeus, Benedictini S. Mauri, alique idem fecerint. Quamvis Damascenum in sermone de assumptione B. Virginis Mariae Euthymianam historiam incertam citasse affirmarit, inde tamen sequi haud vult, quod illum librum tanquam suspectum fictumque impudenter traduxerit. Visionem & plura ejus generis de Elia in Epiphaniae

nii

nii de vitis Prophetarum libro enarrata, fabulis utique accensenda esse affirmat, eumque in finem ex hoc ipso libro fabulosissima nonnulla alia excerptit. S. Bertham Benedictinis vindicari non posse, melioribus, quam existimet quidem Adversarius, argumentis se probasse innuit. Datam a S. Alberto Carmelitis regulam nusquam se nimis brevem & diminutam appellasse, aut ex argumento quoquam alio vituperasse testatur. Epistolam de processu & variis regulis Carmelitarum, genuinum foetum S. Cyrilli Constantinopolitani esse, non se solum negasse ostendit, atque similem in modum declarat, quod & alia ejusmodi scripta haud præter rem in dubium vocaverit.

Antiquitatis indulgentiarum impugnatæ reus factus est articulo XIV Papebrochius, sed non nisi fictas ac omnino falsas a se prescribi respondet, qualium nimis multas reperiri, ex quodam S. Congregationis A. 1678 habitæ decreto uberius demonstrat. Ac in horum numero recte haberi censet indulgentias, quas Leo IV Carmelitarum Ecclesias visitantibus perhibeatur concessisse, aliasque, quas quidem Adversarius falso pro fictitiis venditari causetur, sed suam hanc assertionem idoneis firmare rationibus omittat. Indulgentias trium, quinque, septem vel plurium annorum ante XI vel XII seculum in usu non fuisse, Morini quoque argumentis confirmat, & hunc, si Commentarium suum de disciplina in administratione pœnitentiæ ultra decimum tertium seculum produxisset, indicaturum fuisse nullus dubitat, quam velocia indulgentiæ seculo decimo quinto & sequenti incrementa sumserint.

Dum objecta sibi Articulo XV placita historias sacras impugnantia amoliri a se studet, multa affert de repetenda ab Eliæ temporibus origine Ordinis Carmelitici, de qua & Janningum in Papebrochii defensionem latius egisse, in Actis his A. 1696. p. 133. indicavimus. Eliam Monachum dici posse haud negat, negat tamen eum vocandum Religiosum, & duo hæc vocabula, minimum quoad statum Veteris Testamenti, nequaquam coincidere opinatur, cum Religiosi titulus in sinu et tria vota, perpetuæ paupertatis, castitatis & obedientiæ, quibus certe in Veteri Testamento nemo se obstrinxerit; sigillatim vero Eliam eorum observatorem fuisse negat. De Essenis non omnibus locutum se fuisse annotat, ubi eorum religionem Græcicis superstitionibus permixtam dixerit, neque hoc judicio hæreticos hos pronunciatos,

ciatos, cum superstitionis aliquid oriri possit etiam simplicioribus subinde Catholicis, qui tamen cum pertinacia errorem contra fidem non tueantur. In explodenda fabula de primo sacello in honorem B. Virginis Mariæ in monte Carmelo tempore Apostolorum ædificato, Taciti auctoritate, ut et ethnica, se nixum impune fuisse innuit, cum in rebus historicis non tam quærat, cujusnam religionis fuerit scriptor aliquis, sed potius, quam verax sit, quamque certo scire potuerit ac re ipsa sciverit rem illam, de qua testimonium suppeditet. Ante Constantini tempora in memoriam Deiparæ aut quorumvis aliorum Sanctorum extructa fuisse templa, multis quidem rationum momentis probatum dare Papebrochii nostri Adversarius conatus est; verum ille modo auctores adductos nullius in historia fidei, modo eorum testimonia aliis de causis parum huic probationi idonea esse regerit. Fratrum B. Mariæ nomen Carmelitis non invidet; modo ut ad Apostolica fere tempora istius nominis principium, occasione sacelli jam tunc sub eo nomine extructi in Carmelo, attollatur, minime admittit. De barratis Carmelitarum palliis prolixam commentationem inerit, qua finita ostendit, quod nec primus nec solus Carmelitarum Florentinorum monumenta impugnaverit. Quod Carmelitas ex Terra Sancta in Europam transmigrasse ante seculum XIV negarit, id errori aut scribentis aut excudentis tribuit, & in istius locum seculum XIII substitui postulat. Quæ alias pro defendenda impugnatione antiquitatis Carmelitani Ordinis urget, referre singula ob institutum nostrum minime valeamus; quemadmodum nec iis prolixius licet inhærere, quæ affert circa explosam narrationem de quatuordecim millibus infantium Bethlehemiticorum martyrum; circa repudiatam historiam S. Brunonis, quoad damnationem Doctoris Parisiensis; circa S. Theodori miraculosam draconis debellationem fabulis accensitam, & circa argumenta alia, ad quæ stylus Accusatoris parum, ut Noster heic conqueritur, intra justæ methodi cancellos sese continens, ipsum subin deduxit.

Articulo XVI Chronologiam Carmelitarum P. Sebastianus texuit, & ex Sacra Scriptura, Pontificum Bullis, Breviariis, Missalibus, Martyrologiis, Historiis ac Revelationibus ostendere allaboravit, quod Carmelitarum Ordo inde ab Eliæ ævo, citra ullam interruptionem, adhæc usque tempora continuatus fuerit. At enim vero præter crambem recoctam nihil heic apponi censet Papebrochius, eamque ob rem  
passim

passim ad antea jam abs se disputata provocat. Interim pressò ubivis pede Adversarium insequi, & quam lubrica sint ejus fundamenta, de-  
nuo ostendere nequaquam pigritur. De Missalibus etiam & Breviariis  
non satis reverenter habitis, etsi jam ad Articulum IV satis suam men-  
tem exposuerat, respondere tamen, Articulo XVII sic requirente,  
rursus cogitur; ubi inter alia Breviariorum minime vetustam originem  
urget, ac singulas Ecclesias sua sibi Breviaria arbitrato suo formasse &  
reformasse, nullum autem, nec etiam Romanum, ante Pium V, Ponti-  
ficis auctoritate munitum reperiri objicit.

In Articuli XLIX titulo læsæ Martyrologiorum & Kalendariorum  
auctoritatis insinuat Papebrochius, qui tamen circa Kalenda-  
ria hoc accusationis caput ne verbo quidem unico probari miratur,  
Sub Martyrologiorum vero nomine non illa, quorum vel olim fuerit  
vel nunc sit publicus inter divina Officia usus, adeoq; & aliqua auctori-  
tas ecclesiastica, intelligi, sed in sensu valde improprio ac alieno ab eo,  
quem Fideles Martyrologiorum sacrorum tabulas citari audientes sibi  
concipiant, sermonem annotat institui de Martyrologio Gallicano  
Sauflayi, Brixienti Fayni, & Franciscano Arturi, quæ certe singula  
passim erroribus obnoxia haud levibus deprehendantur, ob quos pro-  
in per omnia iisdem adhærere religioni sibi duxerit. Ast Martyrolo-  
gium Romanum undiquaque se dilacerare & suspectum reddere, di-  
serte negat; quædam vero, ubi res ita exigere videatur, se emendare  
non dissimulat: id quod jure optimo fieri exinde colligit, quoniam U-  
suardi Martyrologium, cujus non minor per tot secula, ac Romani  
illius, obtinuerit auctoritas, a Maurolyco, Galefinio, Molano corri-  
gi tulerit, quin & totum abrogavit Ecclesia, substituto alio a Baronio  
& cæteris Romanæ Curie ministris quibusdam eruditis, jussu Gregorii  
XIII curato editoque A. 1584. quod ipsum etiam A. 1591 non minus  
visum fuerit variæ correctionis egere, quam porro sub Urbano VIII  
adhibitam constet; neque sic tamen plurima, quæ adhuc possint cor-  
rigi, deesse, ex Luca Holstenjo observat, cujus hac de re epistolam  
sub Articuli hujus calcem producit.

Ad accusationem novam, quæ Articulo XIX continetur, quasi  
traditiones omnes a synchronis non scriptas rejiceret, respondet Pa-  
pebrochius, traditiones neque nullas neque omnes recipiendas esse,  
aut rejiciendas, & argumentum a cœvorum silentio petitum quando-  
que

que nullam, quandoque mediocrem, sæpe maximam vim habere, quam discernere Critici eruditi sit officium, ubi ex instituto cuncta sedulo expenderit. Se interim in Sanctorum Actis rigidum adeo traditionum censorem ubivis minime egisse addit, quippe qui solum distinxerit varios verisimilitudinis, adeoque & fidei illis tribuendæ gradus; quemadmodum traditiones quoque, licet nudas, ubicunque potuerit, per conjecturas verosimiles stabilire, multasque prima etiam fronte absonas, dilucidare modis omnibus annis sit. Ut vero promiscue omnes atque singulas passim occurrentes recipiat, injungi sibi posse nequaquam admittit, exemplisque non unis probat, traditiones sæpe receptissimas successu temporis, ad curiosorum veritatis scrutatorum indicium, suo merito explosas fuisse & rejectas. Similiter revelationes, ob quarum neglectum Articulo XX accusatur, non ubivis historici testimonii vices probe sustinere affirmat, & talium aliquot in medium adducit, quæ veritati alias receptæ in nonnullis contradixerint. Non enim semper impedire Deum ait naturalem hominis phantasiam e speciebus ante ecstasin impressis oriundam; unde fieri nequeat, quin aliqui subinde errores istis revelationibus ex conditione hominum naturali accedant. Istas vero, quas sigillatim rejectas P. Sebastianus conquerratur, non præter rem rejectas a se innuit, cum testibus idoneis destituantur.

Quod in regna civitatesque injurius non fuerit, ( quæ quidem in Articulo XXI occurrit accusatio, ) dum monumenta quædam, historias & traditiones in iis frequentatas, pro veris assumere detrectarit, evictum dare hinc allaborat, quod solum supposititia repudiare sustinuerit; quæ quidem in re nihil abs se peccatum existimat, cum certe & Eminentissimus Cardinalis D' Aguirre plurima Hispanorum Pseudo-Chronica rejecerit, ac prudentiorum secum in hoc negotio lubenter facientium suffragia passim cumularit. Non ergo sibi idem attentanti succensere posse Hispanos, non Mediolanenses, aut alios, quos concitare nitatur Adversarius; quandoquidem illorum monumenta, quæ in Sanctorum Actis venerari noluerit, supposititiorum nomine insigniri omnino mereantur. Quid? quod ipsi regnorum aliquot & civitatum nominatarum Eruditi id agnoscant, prout hoc testimoniis aliis quibus Brugensium, Henschenianam de nece Caroli Boni, Comitum Flandriæ, narrationem, quamvis receptæ Brugis traditioni contrariam, per omnia



omnia probantium illustrare imprimis satagit. Ita quoque omnium fere Ordinum historias, traditiones, monumenta, Sanctos & Scriptores Papebrochium lædere, Articulus XXII contenderat; verum Noster & paucos tantum Ordines Accusatorem allegare, & de his paucis id solum reapse probare asserit, quod eorum paucula quædam vel pro suspectis habita, vel ut manifeste erronea proposita, nec tamen sine ratione, fuerint. Infinita vicissim alia se innuit laudare, probare atq; illustrare, ultra quam ipsimet Ordinum eorundem Scriptores unquam fecerint, aut facere unquam tentaverint. Hinc neque in Ordinem Carmelitarum, neque Franciscanum, neque alios se injurium fuisse, neque D. Thomæ auctoritati quicquam proterve detraxisse, ex hoc ipso capite confirmat. A magistris vero suis, Bollando & Henschenio, ubi interdum secedat, impune id abs se suscipi existimat, cum in facti quæstionibus in magistri verba jurare nemo profus teneatur.

Quibus modis liberet se Papebrochius ab argutiis, conjecturis, fallacibus protestationibus, contradictionibus, injuriosisque saryris, ( de quibus singulis accusatur Articulo XXIII ) ad unguem heic referre nimis longum foret. Tacta quoque jam sunt in primæ partis delineatione, quæ ad Articulum XXIV denuo repetit, ubi ob allegatos laudatosque Ethnicos, Saracenos, Judæos, Hæreticosque se defendit.

Cæterum in Articulum suum XXV promiscuas quasdam accusationes conjecit P. Sebastianus, quibus qua ratione satisfecerit Papebrochius, adductis hinc exemplis nonnullis demonstrabimus. Negat, se uspiam asseruisse, aut ullo modo statuere, quod Maria & Josephus contraxerint matrimonium cum animo illud consummandi: sententiam de Josepho, Deiparæ patrui, denuo tuetur, eamque non novam, sed ab aliis jam olim defensam esse scribit, peculiaribusque argumentis corroborat; neque tamen ideo incestus insimulari sanctum hoc par largitur; conjugia enim inter patruos & fratrum filias Judæis usitata fuisse, prævio Possino ostendit: Christum anno ætatis trigesimo completo baptismum suscepisse, nondum sibi a vero alienum videri profitetur: Josephum & Mariam extreme pauperes fuisse, ne nunc quidem admittit: sicut olim a fabulis minime abesse dixerat narrationem de Josephi virga præ virgis cæterorum cognatorum omnium, instar Aaronicæ illius, frondente, unde Sacerdotes templi Virginis bea-

beatissimæ conjugio ipsum divinitus destinatum esse cognoverint, ita mentem eandem se constanter retinere ianuit. Christum vero d. 3. Aprilis esse mortuum nunquam se statuisse, sed Natalem modo Alexandrum ita sentientem citasse, palam cuivis apparere monet.

*FREDERICI RUYSCHII RESPONSO AD GODEFRIDI BIDLOI Libellum, cui nomen Vindiciarum inscripsit.*

Amstelædami, apud Joannem Wolters, 1697. in 4. plagul. 6.


**Q**uos *Nobiliss. Bidloo* adversus *Clarissimum Ruysebium* anno superiore paravit *Vindicias*, mense *Januar*, presentis anni p. 32. paucis indigitavimus. Sistitur nunc ipsius *Experientissimi Ruysebii* ad eundem Bidloi libellum *Responsio*, qua hunc promissis suis plane excidisse, & nec accusatoris nec defensoris partes rite sustinuisse, prolixè ostenduntur. Nec uberiorem posthac responsionem detrectat, modo Bidloo in subjecto prius humano publice sibi demonstraverit:

1. Glandulas cutaneas pyramidales esse, uti eas pronunciavit & delineavit.
2. Quæ de membrana cerebri media sive arachnoide, ejusq; vasis sanguiferis in Figuris suis repræsentari curavit;
3. Aortæ distributionem & divisionem Figuris suis convenientem;
4. In liene humano cellulas, fibras transversales, glandulas, aut medium illud inter venam & arteriam;
5. Radices vesiculæ felleæ e fundo emergentes, sicuti eos delineavit, scilicet ea organa, quæ pro radicibus delineavit, revera esse radices vesiculæ felleæ, e fundo emergentes, & contentam bilem in vesiculæ cavitatem effundentes;
6. Vasa sanguinea talem obtinere reptatum sub papillis pyramidalibus, glandulisque cutaneis, qualem iis affinxit; glandulasq; inter papillas sibi invicem ita consitas, uti eas delineari curavit, una & capillamenta vasculorum aquosorum glandulis interposita;
7. Mercurium fluere per ipsa papillarum pyramidalium foramina;
8. Arterias per cerebrum dispersas, semotis membranis, cerebri substantia, cæteraque cum figuris suis convenientia, &c.



Lapis, et Calculi eius.  
arenular. una cum a

Barbæ seu fila componen.  
tia lapidem crustaceum.



Barbæ seu fila componen.  
tia lapidem crustaceum.

Arenule  
Microscopio  
aucte.

Integræ  
prout excurrunt  
e foraminibus  
Caruncularum  
Arenule  
Fragm. in Speculo  
Arenule  
Microscopio  
aucte.

vel Fila



vel Arenulas



- AA. Ren dissect.
- B. Sinus amplius.
- C. Ureter deorsum.
- DDD. Tubuli ureteris.
- EEE. Caruncula papillaris.



communis.  
musculosis fibris donata.

duas vesicæ tunicas insertio.  
a rugosa.

ulcus appareat.

**BREVIS INSTRUCTIO MEDICA DE GLUTINE IN CORPO-**  
*ribus humanis producto, ejusq; effectibus, Calculo & Arthritide &c.**Autore JOHANNE BAPTISTA CONTOLI,*  
*Matrophyfico Bononiensi.*

Romæ, apud Bernabò, 1697, in 4. plag. 3. cum fig. æn.

**C**L. Autor, quo Excell. Bontii desiderio satisfaceret, sua circa calculi & arthritidis non minus generationem ac curationem paucis hic communicat cogitata, Illustris Ciampini, cujus favore ad nos pervenerunt, inscripta nomini. Utriusque affectus, alias frequentissimi, genesis a glutine cum Hippocrate derivaturus, ante omnia hujusmodi formationem ex alimentorum particulis, solidioribus æque minusq; gravibus, ac fluidioribus & gravioribus; tum differentiam, qua gluten aliud in corpore nostro naturale, & fibris partim sanguinis colligandis, partim carnibus, ossibus, aliisque partibus solidis lamellarum interventu concinnandis necessarium: aliud præternaturale & excrementitium, in rugis ventriculi, vel acidi fermenti, vel assumptorum alimentorum culpa enatum, nunc tenuius, nunc crassius perhibetur, sistit enodatam. Hinc in arthritide gluten, modo naturale, occasione solum transpirationis, in sedentaria v. g. vita, impeditæ coacervatum, modo præternaturale, tenuius tamen, pro causa venditat. Calculorum autem productionem excrementitio potius glutini crassiori, per renum carunculas, vel sub filamentorum, vel globulorum etiam, intus concavorum & ad speculi ustorii calorem concrepantium schemate, eum ad modum, quem Figuræ appositæ illustrant, transcolato, atque in vesica cum urinæ amurca lapideas crustas, tunicis cepæ analogas, acidi medio compaginanti, ferè acceptam. Tandem præter alia medicamina diversis temporibus adhibenda, pro comminuendo calculo liquorem ex foliis parietariæ, eruca sylvestri, floribus papaveris erratici, alkekengi, limonibus parvis in particulas dissectis, atq; aqua fontana, in debita proportione commixtis, post præviam digestionem destillatum; in arthritide vero curanda succum parietariæ interne, ac externe folia urticæ, imprimis commendat.

TAB. IV.

S

JOHAN-

JOHANNIS PHILIPPI WURZELBAUR, URANIES NORICES  
BASIS,

Hoc est:

*INCLITÆ CIVITATIS NORIBERGÆ SITUS GEOGRAPHI-  
cus, secundum latitudinem & longitudinem.*

Noribergæ, sumtibus Autoris, anno 1697, fol. Alph. 1, pl. 4,  
cum fig. æneis 4.

**P**Ræcipuum Observationum Astronomicarum, quarum ope, tanquam principii infallibilis, scientia hæc nobilissima humano generi divinitus indulta est, fulcrum, basinque unicam esse Latitudinis locorum, ex quibus phænomena ætherea contuemur, exactam notitiam, rerum cœlestium consultis adeo extra aleam positum est, ut citra hanc omnem in tam disita jactum inanem merito pronuncient. Quo magis commendandus nobis est publice clarissimus tractatus hujus *Autoris*, quod solertiz suæ, vigiliarumque Astronomicarum, non paucis abhinc annis Astronomiz incremento præclare susceptarum tolerantiarumq; , primum potissimumq; momentum esse voluerit, exactam situs civitatis Noribergæ, observatorii sui splendidissimi, indaginem: quam non sine expressis doctrinæ Astronomicæ reconditionis documentis, pro ulteriori operationum Uranicarum & Geographicarum promotione, publico nunc impertivit. Et causam quidem satis prægnantem tum exantlandi, tum evulgandi laboris hujus *Autor* habuit, diversas diverforum Astronomorum circa Latitudinem urbis memoratæ determinationes; quarum incertitudo justum observationibus Noribergæ olim habitis pretium imminuit, ipsas etiam Atlantis Uraniburgici *Tycho* circa restitutionem motus Solaris constitutiones, minus alicubi accuratas effecit.

pag. 8.

● Ut ergo & antecessorum & suæ aliorumque deinceps observationes Noricæ sibi constarent, hoc est, cœlum & Astronomiam propitiam haberent, aliisque rerum cœlestium scrutatoribus fide minus ancipiti probare se possent, inquisitioni huic qua oportuit cura incubuit, & negotio isthoc dexterrime defunctus est. Quanquam autem diversitas sententiarum, circa locorum complurium latitudes hinc inde obvia, scrupulum *Autori* primitus injiceret, dissensusne hic libra-

libratiōni alicui axis mundani transcribendus esset: eodem tamen a celeberrimo Mathematicorum pari, *Hevelio & Sturmio* exempto, nihil porro cunctatus, manus operi cum sumtibus & idoneis instrumentis ea ratione commodavit, quam in limine tractatus exposuit. Observandæ autem latitudinis probatissimas Recentiorum rationes tenuit, observationes, meridianas Solis tropici, & circumpolarium stellarum minimæ maximæque altitudinis; quam ad leges refractionum (etiam ultra 45 altitudinis gradum, & ad usque verticem fere, sensibilem.) *Cassianæ*, utut *Ricciolo* improbatas, insuper etiam habitis *Maignani* circa incertitudinem refractionum objectionibus, exegit: ex propriis tamen experimentis, pro atmosphæræ Noribergensis conditione, aliquando ampliores statuere adactus. Cæterum, ob certas, quas exponit rationes, lentium telescopicarum usum, Anglis Gallisque Astronomis tantopere hodie commendatum, missum fecit. Assumit autem, ductu quamplurium tentaminum animadversionumque, refractionem Solis tropici brumalis meridianam Noribergæ, paulo majorem; (adeoque majorem *Cassianæ* 3. 11; minorem vero *Tychonianæ* 6. 30, in pari utrobique altitudine) horizontalem vero 30. 28; & his suppositis deinde auræ refractivæ, sive atmosphæræ altitudinem praxi trigonometrica deduxit unius milliari Germanici, eamque in calculo refractionum, pro reliquis altitudinum gradibus determinandarum, adhibuit, quas peculiari hic Tabula expressit. Parallaxin Solis horizontalē elegit *Cassianam* 10.

pag. 18.

His præstitutis, Quadrante primum bipedali altitudines stellæ polaris probatissimarum observationum cepit, minimam 47. 12; maximam 51. 48; unde neglecta refractione, suffragantibus præterea altitudinibus meridianis Solaribus annorum 1682, 83, 84, latitudinem

pag. 21.

Noribergæ 49. 30 inleptus est. Quia tamen diversis aliis observationibus per diversa alia organa institutis, altitudines stellæ polaris, illam (minorem) majorem; hanc (majorem) minorem reperit: consilio Cel. *Hevelii*, majoribus instrumentis orichalceis rem aggressus, impedimentis etiam loci observationis remotis, maximam demum con-

pag. 23.

P. 24. seqq.

secutus est 50. 47. 23; minimam 47. 8, 40; & inde latitudinem Noribergæ

S 2

pag. 29. ribergæ 49. 28. 7: quam insuper ex observationibus aliarum circum-  
polarium ( humeri & pectoris Ursæ minoris ) nec minorem 5, nec

pag. 31. majorem 2, differentia utique nullis instrumentis certo assignabili;  
ex Solis vero altitudinibus tropicis ipsissimam eandem exactissime  
consecutus est: *Autore* nostro fidem suam interponente, nullo fucō  
temeratum observationum suarum recensum, earumque consensum  
non casui, sed certæ & indubitatæ explorationi attribuendum.

pag. 34. Visum etiam est *Autori* operæ pretium, ulterius in latitudinem  
Noribergæ a Veteribus traditam inquirere. Quo loco non tantum  
discepat, utrum Segoduno ( quod *Conrado Celti* visum ) an vero Lo-  
gorito, utriusque inter loca Norici a *Ptolemao* relato, cum Noribergæ si-  
tu conveniat: sed & ex *Bernhardi Waltberi*, concivis olim sui & *Re-  
giomontani* discipuli, ac solertissimi suæ ætatis Astronomi, observati-

pag. 44. onibus correctis latitudinem Noribergæ deducit 49. 28; solis 7 a sua  
pag. 46. differentem. Coronidis porro loco subjungit stellas Noribergæ, Ho-  
rizontem Boreum stringentes; prope verticem culminantes; & aste-  
risinos circulo semper apparentium conclusos; longitudines demum  
dierum, ad singulos Eclipticæ gradus.

pag. 52. Circa longitudinem, non alia hæctenus via consultius quam  
per phænomena cœlestia, Eclipses Lunæ & præcipue Satellitum Jovi-  
alium indagandam, *Autor* juxta cum aliis conqueritur de difficultate,  
ab adversis Geographorum circa primum Meridianum sententiis ob-  
orta; nimiaque, & nulla probabili causa subnixâ quorundam licen-  
tia, qui eundem jam Hesperidum, jam Azoridum seu Flandricarum in-  
sularum alicui, vario inter se dissensu, affixerunt: sprete temere *Pto-  
lemai* autoritate, cui locus Fortunatarum occidentalissimus delectus  
est. Hunc eundem *Autor* noster, juxta placitum Domini *La Hire*, In-

pag. 54. sulæ Ferri, cum distantia a Parisiis 20. 25, ex observationibus emer-  
sionis primi Satellitis Jovialis, in Insula Promontorii viridis *Goe-  
réc*, & Parisiis, a mathematicis Gallis A. 1682 mensibus Aprilis & Maji  
peractis, collecta attribuit; Parisios vero inter & Noribergam, ex col-  
latis momentis Eclipsæos Lunaris, 30 Nov. st. vet. anno 1685 a Dno  
*Cassino* & *La Hire* ibi; hic vero ab *Autore* observatæ, differentiam  
statuit



statuit 8. 5. His porro adjungit differentias meridianorum Noribergensis, aliorumque plus minus quadraginta locorum totius Orbis, nupperrimis famigeratissimorum Astronomorum observationibus celebratorum, ex dictis observationibus accurato calculo subductas. Promittit vero *Autor* clarissimus Rationes motus Solaris, eorumque quae inde pendent, aut eo spectant, ex suis & *Waltheri* observationibus Noribergicis, observatis aliorum antiquis & recentibus amice respondentibus, Tabulis propriis concinnatas: quas ut auxiliante Deo propediem publicae luci indulgeat, e re Astronomiae fore oppido confidimus.

*DANIELIS SEVERINI SCULFETI ITERATA ECCLESIAE REFORMATAE Invitatio ad pium in doctrina fidei consensum, occasione Juriana Consultationis facta.*

Jenæ, apud Jo. Bielckium, 1697. in 8. Alphab. 2.

**U**Ndecimus jam annus agitur, ex quo celeberrimus *Jurius* inter *Irenicos* nostri temporis comparuit, edito Roterodami libello: *Jugement sur les Methodes rigides & relâchées d'expliquer la Providence & la Grace, pour trouver un moyen de reconciliation entre les Protestans, qui suivent la Confession d'Augsbourg & les Reformés*, in Actis hifce A. 1687. pag. 148. seqq. a nobis prolixè recensito, in quo commendata multis nominibus sententia Dordracena, mutuam inter Protestantem tolerantiam enixe suadet. In hoc cum doctissimo Viro placuerit, Libri, quem nunc recensaturi sumus, Auctorem nominatim compellare, motus is humanissima isthac invitatione, haud detestandum sibi duxit officium publico scripto exponendi, quid sibi in *Juriano* isthoc libello probetur, quid minus; publicatis *Hamburgi* A. 1687. Antimadversionibus suis in librum *Jurianum* modo indicatum ostendens, non Dordracenæ, sed *Augustanæ* Confessionis doctrinæ competere, quod *Antagonista* suus de illa prædicaverat. Quod tamen uti charitatis *Christianæ* atque officiorum vinculo illæso protulerat, ita ipsemet pauculas piæ unionis conditiones articulis quibusdam tum dogmaticis tum practicis comprehensas subjunxerat. quarum ope universas Ecclesias Protestantes quam citissime ad amcenissimam animorum conjunctionem pervenire posse pollicebatur, si singulæ suarum

fategerint partium. Nec diu ad hæc siluit celeberrimus Julius. Anno enim mox secuto 1688 Consultationem ejus vidimus Ultrajecti excusam de Pace inter Protestantes ineunda; in cujus parte prima cum multis argumentis doctrinam Dordracenam de Gratia vindicasset, in Secunda quatuor vias conciliandi Protestantes proponit. Primam, qua una pars propriis hypothesibus valere jusis, in alterius castra transeat; secundam, qua conciliatione dogmatum controversorum; tertiam, qua tolerantia dogmatum ac rituum; & quartam, qua silentio dogmatum controversorum pax sanciat. Inter quas cum prima, quam Sculterus commendaverat, ad palatum non fuisset, in tertia præ cæteris commendanda prælixus est D. Julius, non improbatæ etiam secunda & quarta. Et licet nova Confessione haudquaquam opus esse judicet, Augustanam sufficere ratus, subjungit tamen sub finem Confessionem, aut potius ideam confessionis communis, quæ futuræ conciliationi inservire possit, expositis etiam modis ac mediis, quibus reconciliationis hoc opus promovendum ac consummandum esse existimet. In hanc Consultationem directa est hæc doctissimi Sculteti invitatio, sero quidem nunc, sed nulla tamen Auctoris culpa aut cunctatione (quippe quæ jam ante novem annos ad umbilicum deducta fuit,) lucem aspiciens. Quandoquidem vero Auctor in pristina sua sententia ac via in Animadversionibus commendata perstitit, facile quivis e dictis argumentum tractationis prælagere poterit. Scilicet, ut ipsemet in præfatione ad Reformatæ Ecclesiæ Theologos diserte indicat, universæ pacis condiciones generatim eo tendunt, ut Protestantes Ecclesiæ ad unam omnes Deo dare, quæ sunt Dei, haud renuant. Ut tamen paulo procedat distinctius, in Præfatione modo indicata, quinque præcipue assertiones deligit, quas cum potissimum suis admissas præcipuos de rebus fidei conflictus feliciter sublaturas sperat. Prima amorem Dei erga homines commendat. Secunda miseriam relapsorum exaggerat. Tertia unionem duarum in Christo naturarum personalem vindicat. Quarta Christi hominis præsentiam statuat, & quinta denique doctrinam Lutheranorum de corpore & sanguine Christi in S. coena realiter præsentibus declarat. In his vero sicuti præcipua controversorum capitum momenta latent, ita haud difficulter conjicias, qualia sint consecratoria, quæ Auctor e singulis istis assertionibus elicit. Ut circa primam modo exempli in vicem hæreamus,

mus,

mus, colligit hinc non ea solum, quæ ad decreti absoluti & particularismi destructionem, verum etiam, quæ ad universalismi, & decreti, quod fidem respicit, confirmationem faciunt; quibus etiam tum regenerationis infantum in baptismo universalitatem, tum quæstiones contextas jungit. Singula vero hæc aliaque plura ex planis Scripturæ assertis breviter excerpta eum in finem Ecclesiæ Reformatæ ab Auctore proponuntur, ut planissimis his testimoniis convicti veritati cedant; imprimis autem contra D. Jurium in ipso tractatu fusius deducuntur, & ea quidem methodo, ut de singulis capitibus inter Lutheranos atque Reformatos controversis, veritatem primo ecclestem e perspicuis Scripturæ dictis proponat Auctor, sensumque ad normam Hermeneuticæ legitimam eruat, quam dehinc contortæ sint adversariorum interpretationes, subinde ostendat, & exceptionibus tandem Jurianæ Consultationis satisfaciat. De cætero cum Particularismus palladium sit, in quo servando Jurium maximopere sollicitum se gessit, ideo hæc præter rem in istum aciem suam Scultetus undique dirigit, & universalismi contra causam strenue defendit, non solum in omnibus fere capitibus latus illius petens, verum etiam in peculiari capite istius sceditatem, inque alio vicissim universalismi innocentiam probans & evincens. Id omne autem hunc potissimum in finem agit, ut ostendat, retento hoc particularitatis dogmate tres istas vias Jurianas, conciliationis, tolerantæ & silentii dogmatum controversorum haudquaquam tutas fore, nec ingredi eas licere his, qui piam atque firmam pacem requirant; unde viam superesse consequatur vix aliam, præter eam, quam in suis Animadversionibus commendaverit, dogmatum videlicet emendationem, quam necessariam pariter ac facilem esse multis solidisque argumentis posteaquam probavit, suum tandem pacis consilium uberius exponit. Hoc summatim eo inclinatur, ut Theologi Reformati ad sinceram amicitiam propendentes, ab Augustanæ Confessionis Theologis asserta citra partium studium ponderent, nec ad colloquium irenicum generale prius accedant, quam ubi ore animoque professi fuerint, se Jesum Dominum pro redemptore humani generis serio agnoscere, & ad ea omnia, quæ cum hac assertionem necessariam connexionem habeant, credenda esse paratissimos; quibus præmissis de dogmatibus controversis accurate ut dispiciatur, ac pie tandem transigatur, exoptat.

BENE

sategerint partium. Nec diu ad hæc siluit celeberrimus *Jurius*. Anno enim mox securo 1688 Consultationem ejus vidimus *Ultrajecti excusam de Pace inter Protestantes ineunda*; in cujus parte prima cum multis argumentis doctrinam *Dordracenam de Gratia* vindicasset, in secunda quatuor vias conciliandi Protestantes proponit. Primam, qua una pars propriis hypothesibus valere jussis, in alterius castra transeat; secundam, qua conciliatione dogmatum controversorum; tertiam, qua tolerantia dogmatum ac rituum; & quartam, qua silentio dogmatum controversorum pax sanciat. Inter quas cum prima, quam *Sculterus* commendaverat, ad palatum non fuisset, in tertia præ cæteris commendanda prælixus est *D. Jurius*, non improbatam etiam secunda & quarta. Et licet nova Confessione haudquaquam opus esse judicet, Augustanam sufficere ratus, subjungit tamen sub finem Confessionem, aut potius ideam confessionis communis, quæ futuræ conciliationi inservire possit, expositis etiam modis ac mediis, quibus reconciliationis hoc opus promovendum ac consummandum esse existimet. In hanc Consultationem directa est hæc doctissimi *Scultereti* invitatio, sero quidem nunc, sed nulla tamen Auctoris culpa aut cunctatione (quippe quæ jam ante novem annos ad umbilicum deducta fuit,) lucem aspiciens. Quandoquidem vero Auctor in pristina sua sententia ac via in Animadversionibus commendata persistit, facile quivise dictis argumentum tractationis prælagire poterit. Scilicet, ut ipsemet in præfatione ad Reformatæ Ecclesiæ Theologos disertè indicat, universæ pacis conditiones generatim eo tendunt, ut Protestantes Ecclesiæ ad unam omnes Deo dare, quæ sunt Dei, haud renuant. Ut tamen paulo procedat distinctius, in præfatione modo indicata, quinque præcipue assertiones deligit, quas cum potismatibus suis admissas præcipuos de rebus fidei conflictus feliciter sublaturas sperat. Prima amorem Dei erga homines commendat. Secunda miseriam relapsorum exaggerat. Tertia unionem duarum in Christo naturarum personalem vindicat. Quarta Christi hominis præsentiam statuminat, & quinta denique doctrinam Lutheranorum de corpore & sanguine Christi in S. cœna realiter præsentibus declarat. In his vero sicuti præcipua controversorum capitum momenta latent, ita haud difficulter conjicias, qualia sint consecraria, quæ Auctor e singulis istis assertionibus elicit. Ut circa primam modo exempli in vicem hærea-  
mus,

mus, colligit hinc non ea solum, quæ ad decreti absoluti & particularismi destructionem, verum etiam, quæ ad universalismi, & decreti, quod fidem respicit, confirmationem faciunt; quibus etiam tum regenerationis infantum in baptismo universalitatem, tum quæstiones contextas jungit. Singula vero hæc aliaque plura ex planis Scripturæ assertis breviter excerpta eum in finem Ecclesiæ Reformatæ ab Auctore proponuntur, ut planissimis his testimoniis convicti veritati cedant; imprimis autem contra D. Jurium in ipso tractatu fufius deducuntur, & ea quidem methodo, ut de singulis capitibus inter Lutheranos atque Reformatos controversis, veritatem primo ecclestem e perspicuis Scripturæ dictis proponat Auctor, sensumque ad normam Hermeneuticæ legitimam eruat, quam dehinc contortæ sint adversariorum interpretationes, subinde ostendat, & exceptionibus tandem Jurianæ Consultationis satisfaciatur. De cætero cum Particularismus palladium sit, in quo servando Jurium maximopere sollicitum se gessit, ideo haud præter rem in istum aciem suam Scultetus undique dirigit, & universalismi contra causam strenue defendit, non solum in omnibus fere capitibus latus illius petens, verum etiam in peculiari capite istius sceditatem, inque alio vicissim universalismi innocentiam probans & evincens. Id omne autem hunc potissimum in finem agit, ut ostendat, retento hoc particularitatis dogmate tres istas vias Jurianas, conciliationis, tolerantia & silentii dogmatum controversorum haudquaquam tutas fore, nec ingredi eas licere his, qui piam atque firmam pacem requirant; unde viam superesse consequatur vix aliam, præter eam, quam in suis Animadversionibus commendaverit, dogmatum videlicet emendationem, quam necessariam pariter ac facilem esse multis solidisque argumentis posteaquam probavit, suum tandem pacis consilium uberius exponit. Hoc summatim eo inclinatur, ut Theologi Reformati ad sinceram amicitiam propendentes, ab Augustanæ Confessionis Theologis asserta citra partium studium ponderent, nec ad colloquium irenicum generale prius accedant, quam ubi ore animoque professi fuerint, se Jesum Dominum pro redemptore humani generis serio agnoscere, & ad ea omnia, quæ cum hac assertionem necessariam connexionem habeant, credenda esse paratissimos; quibus præmissis de dogmatibus controversis accurate ut dispiciatur, ac pie tandem transigatur, exoptat

BENE-

**BENEDICTI PICTETI, THEOLOGI GENEVENSIS, DE CON-  
sensu ac dissensu inter Reformatos & Augustana Con-  
fessionis Fratres Dissertatio.**

Amstelodami, apud Georgium Gallet, 1697. in 12. plag. 8.

**D**Um in recensenda doctissimi Sculteti iterata ad pacem in religione sancienda Irivitatione occupamur, commode in manus nostras incidit novum clarissimi Picteti consilium, quod priori illi non incongrue a nobis subijcietur. Motum autem se imprimis ad istud propagandum ait Auctor opere illustris Pufendorffii, quod de consensu & dissensu Protestantium composuit. In eo namque uti plurima sibi probari confitetur, quæ subinde hinc excerpit & commendat, ita vicissim nonnulla dolet occurrere, quæ de Reformatis judicium non satis æquum exhibeant. Ut igitur demonstraret, quam nihil penitus impediat, quominus Lutherani atque Reformati in amicissima conspirent fœdera, in eo maxime totus est, ut dissensum, qui utrinque observetur, fundamentalem esse neget. Ante tamen, quam ipsas, quæ agitantur, controversias enumerat, manifestum illum assensum urget, quem circa plerosq; Augustanæ Confessionis articulos Reformati Lutheranis præbeant. Dissensum autem sigillatim post excutiens, ante omnia de quaestione agit: num Christi corpus sit in, cum & sub pane Eucharistiæ? quam a Reformatis negari ait, sed ita tamen, ut de sola verborum, *hoc est corpus meum*, explicatione disceptetur. Placere Reformatis figuratam, quam Lutherani improbare tantopere haud valeant, cum ipsimet a litera recedant, & verbum *est* pro *inest*, *subest*, *continetur*, invita prorsus litera, exponant. Corpus Christi una cum pane ore corporis a singulis tum credentibus tum incredulis revera munducari, Reformatos impune autumat abnuere, cum & Sancti Patres olim ita senserint, & ex Augustanæ Confessionis addictis multi asserant, quod Christi corpus per fidem tantum manducetur; ubi præcipue ad Syngramma Suevorum, cujus auctor habeatur Brentius, Lectorem remittit, atque testimonia Lutheri addit, qui partes de ea quaestione dissentientes posse & debere dilectionem inter se colere asseruerit, prout & ille Melanchthonem, quamvis in hoc negotio dissentientem, pro charissimo nihilosecius Collega habuerit. In voluntate Dei circa hominum salutem describenda, fundamentalem dissensum de-

prehen-

prehendi negat, cum utrinque pro certissimo constituitur, solos credentes servatum iri; redemptionis Christi pretium esse infiniti valoris, ita, ut ad servandos plures etiam mundos sufficeret; Christum redemisse homines ex omni tribu, gente, ordine; Deum amore quodam generali ferri in homines tanquam creaturas suas, & varia iisdem beneficia largiri; serio ipsum mortalibus injungere, ut credant & resipiscant, si servari velint; delectari eum potius conversione & vita peccatoris, quam ejusdem morte, ita, ut ipsi gratum foret, si omnes crederent. Sicubi interim heic duriores quædam in Reformatorum scriptis obviant locutiones, mirum id non esse ait, nec Lutherum a talibus abstinuisse contendit. Electionem ex mero Dei beneplacito pendere Reformatos quidem affirmare concedit, verum & istud ipsos monet addere, eodem decreto, quo salutem aliquibus destinavit, decrevisse quoque Deum mittere Filium, qui salutem electis compararet, ac pro iis satisfaceret, Spiritumque Sanctum, qui fidem ipsis ingeneraret, ac proinde neminem ad ultimum servatum iri, nisi credentem ac bonis operibus incumbentem, quamvis non propter fidem ac bona opera. Augustanos vicissim, quos vocat, Fratres existimare, electionem fieri ex prævisione fidei, quæ tamen fides prævisa in solidum ex gratia & Dei donum sit. Talem vero dissensum a nemine fundamentalem appellari posse autumat. Quoad decretum reprobationis, & sigillatim quoad præteritionis actum, duas formari posse quæstiones innuit. Unam: cur Deus hunc vel illum prætereat? ad quam respondendum sit: quia peccator est. Alteram: cur Deus Paulum potius prætereat, quam Antonium, cum tamen uterque sit peccator? & hic respondet, causam esse Dei beneplacitum, qui misereatur, cujus velit, & quem velit, induret. Nullam igitur esse admittit controversiam, an damnet Deus homines ob impoenitentiam prævisam? nec, an Deus prætereat quosdam homines ob peccatum? sed, an ideo Deus hunc elegerit, & illum præterierit, quia istum crediturum, hunc minus, præviderit; an vero tantum, quia Deo sic placuerit, cum uterque meruerit rejici? Prius defendi ab Augustanis, sed a Reformatis posterius; quos tamen ab istis ideo in fundamento dissentire nequaquam largitur. Circa gratiam convertentem utrinque concedi monet, eam non agere in truncos ac lapides, hominibusve suum liberum arbitrium adimere; nos resistere gratiæ externe vocanti per Evangelium, & quidem quotidie; peccatores initio gratiæ internæ reluctari; electos tamen gra-

T

ria

tia efficaci nunquam finaliter resistere, & superari tandem naturam a gratia, carnem a Spiritu, ac proinde electos infallibiliter converti. Dissensum igitur in hoc articulo fundamentalem demonstrari sibi petit. Ad quaestionem: num veri fideles justificati possint gratia Dei excidere? nihil respondere Reformatos asserit, quod a Patribus itidem affirmatum non fuerit, nec ullam unquam litem super sanctorum perseverantia movisse Lutherum ac Melancthonem monet. Equidem in Augustana Confessione damnari Anabaptistas, docentes, justificatos Spiritum Sanctum non posse amittere; verum isto existimasse, dari quosdam ira perfectos, ut non quidem immunes sint a peccatis ignorantia, incogitantia, involuntariis, sed tamen a peccati coram Deo damnantis macula; qualia certe Reformati in mentem, nunquam venerint. Ubiquitatem Christi multis quoque Lutheranis displicuisse contendit; circa reliquas vero proprietates divinas humanae Christi naturae communicatas observat, fore tunc dissensum fundamentalem, si consequentiae admitterentur, quas ex doctrina Reformatorum nonnulli elicuerint. Similem deinceps in modum circa baptismi efficaciam, necessitatem, aliaque ad hunc locum atinentia, in fundamento discrepare se a Lutheranis, nulla ratione concedit. Reliquas de imaginibus, de cereis, de placentis orbicularibus, de detegendo ad Jesu nomen capite, de confessione, & aliis ejuscemodi, disceptationes levisimas pronunciat. Labefactatam autem Dei cum omnipotentiam tum sanctitatem, propugnatam fati stricti coactionem, haeresin item Manichaeam aut Nestorianam, non nisi per calumniam Reformati imputari superaddit. Talis ergo cum sit horum a Lutheranis dissensus, manifestum esse credit, quod mutuam ille tolerantiam minime impediatur; cumque tor votis ab utraque parte expetita semper fuerit concordia, (id quod ex historia late probatur,) facile eam iniri posse confidit, atque suum de ea statum inanda consilium suppeditat. Colloquia nempe utriusque partis Theologorum minus sibi utilia videri profitetur, uti nec nova scripta promulgare consultum autumat. Novam quoque confessionem condi non vult, cum alia, quam Augustana, sed ea paucis immutata, opus non sit. Suadet vero, ut negotium per Politicos potius quam Theologos tractetur, aut seligantur mitioris ingenii Theologi. Suadet, ut Principes Protestantes omnes, Electoresque ac Reges, ad hoc opus summo cum studio se accingant,

&amp;c



& sibi historiam dissensus Protestantium prælegi curent; ut Confessionem Augustanam cum Reformatorum Confessionibus conferri faciant; ut doctores suos ab omnibus convitiis & contumeliis abstinere jubeant, eosque hortentur, velint expendere, annon charitati Christianæ repugnet, nullam velle pacem colere cum iis, qui in quibusdam tantum, sed iis minime fundamentalibus, articulis dissentiant. Lutheranos vero Theologos, quorum moderatiora sint ingenia, excitat, ut aliis rigidioribus eandem moderationem insinuent. Ab omnibus denique cogitari vult, quod de mutua tantum concordia agatur atque tolerantia, minimeque ulli parti sententia mutanda injungatur.

REMARQUES SUR LA TRADUCTION DU NOUVEAU TESTAMENT &c.

i. e.

*ANIMADVERSIONES IN VERSIONEM NOVI TESTAMENTI Gallicam, jussu Cleri Gallicani a Dionysio Ameloto Oratorii Presbytero concinnatam: auctore CLAUDIO BRUSSONO, Evangelii Ministro.*

Delphis Batavorum, apud Adr. Beeman, 1697. 12. Alph. 1. pl. 3.

**U**T subditos suos Reformatæ, quæ vocari solet, religioni addictos ad Ecclesiæ Romanæ sacra amplectenda adduceret, nihil fecit reliqui Galliarum Rex Potentissimus, Ludovicus XIV. Sed & Clerus Gallicanus, ut idem institutum promoveret, omnem gnaviter dedit operam: cumque Rex vi & terrore adversus dissentientes uteretur, Clerus alias quoque rationes inivit, quibus aut persuaderet iis, ut Romanæ Ecclesiæ nomina darent, aut ejus jam sacris initiatos magis magisque confirmaret. Inter alia vero, quæ hunc in finem inventa & excogitata fuerunt, præsentis libri auctor Claudius Bruffonus (is, cujus *Manna Mystica in Deserto*, seu Conciones in Gallia in locis desertis ad populum sub persecutione gementem habitæ, Amstelodami A. 1695 in lucem publicam prosterant) referendam etiam censet librorum. Novi Testamenti in Gallicam linguam translationem, auspiciis Cleri Gallicani a Dionysio Ameloto adornatam. Hanc enim non eo com-

paratam contendit, ut textui Græco aut Vulgatæ saltem Versioni exacte responderet, sed ut veritati potius caligo objiceretur, hominesque Divinas literas scrutari sucti, sed Græcæ aut Latinæ etiam linguæ minus periti, in errorem inducerentur; locis quamplurimis eum in sensum inflexis aut detortis, ut dogmatibus, qualia Ecclesia Romana profiteatur, Reformata autem improbat ac rejicit, palam favere deprehenderentur. Id evincere, præcipuus Brussoni in hoc opere scopus est, quem quo successu ubique attigerit, penes Lectorem esto judicium. Nam ut passim causæ religionis suæ servivisse Amelotum, nemo facile negaverit, (ut cum e. g. verba Actorum XIII. 2. *λατρυγάντων δὲ αὐτῶν τῷ Κυρίῳ, καὶ νηστεύοντων*, ut Missæ sacrificium stabilire viderentur, ita transtulit, *pendant qu' ils offroient le sacrifice au Seigneur, & qu' ils jeûnoient*, id est, *dum illi Domino sacrificium offerrent, & jejunarent*; cum in ipsa tamen Vulgata simpliciter tantum & recte quidem vertantur, *ministrantibus illis Domino & jejunantibus*;) ita defutura forte Ameloto non sunt, quibus in multis locis versionem suam tueatur. Verum id dissimulare non possumus, dum Brussonus versioni Ameloti castigandæ incumbit, magno eum simul studio & contentione dogmata ipsa per singulos Fidei Christianæ articulos excutere; ut justum a deo Reformatæ religionis adversus Romano-Catholicos assertæ ac propugnatæ Systema in hoc opere exhibuerit.

DISSERTAZIONE EPISTOLARE DEL FOSFORO MINERALE &c.

i c.

DISSERTATIO EPISTOLICA DE PHOSPHORO MINERALI, seu Lapide Bononiensi illuminabili, ad Actorum Eruditorum, que Lipsiæ publicantur, Collectores per scripta a Dn. LUDOVICO FERDINANDO Comite MARSILIO, S. S. Caf. & Reg. Maj. Cubiculario & Legionis peditum Tribuno.

Lipsiæ, apud viduam & hæredes Grossianos, 1698. 4.  
Constat plagulis 4, & tabulis 19 æri incisis.

Cum Dissertatio hæc Epistolica ad nos manuscripta primum pervenisset,

nisset, ab Illustrissimo Auctore, quo est in nos affectu plane singulari ac benignissimo, submissa, committere non potuimus, quin ejus summam sine mora cum Orbe Erudito communicaremus. Itaque anno jam superiore, mense Septembri, pag. 404 sqq. compendio exhibuimus, quæ de loco natali Lapidis Bononiensis, deque partibus eum componentibus, ac modo denique eum, ut Phosphori munus sustinere possit, rite præparandi, uberius in Dissertatione ipsa ab Excellentissimo Auctore exponuntur. Postquam vero typis descripta Dissertatio elegantissima est, sumtibus ab Auctore ipso liberaliter suppeditatis, de eo nunc certiores reddendos harum rerum Curiosos existimavimus, quibus nempe integram nunc perlegere, & singula accuratius, adhibitis inprimis in auxilium figuris æneis, comprehendere licebit. Gaudebunt vero iidem non immerito, adhuc rerum etiam naturalium studiis decus suam constare, cum Viri non natalium minus splendore, quam aulicis perinde ac militaribus muniis illustres ea minime dedignentur.

*GODEFRIDI GUILIELMI LEIBNITII ACCESSIONES HISTORICA, quibus utilia superiorum temporum Historiæ illustrandis scripta, monumentaque nondum hæcenus edita, inque iis Scriptores diu desiderati, continentur.*

Lipsiæ, apud Nicolaum Forsterum Bibliopolam Hannoveranum;  
A. 1698. in 4. Alph. 3. pl. 5.

**N**on infrequens in his Eruditorum Actis est Illustris Viri Godefridi Guiljelmi Leibniti nomen, cujus ingeniosissima inprimis meritata Mathematica large in iis cum Orbe Erudito communicavimus. Nec contentus tamen Vir celeberrimus Mathematicarum scientiarum pomœria latissime protulisse, in omni liberalioris doctrinæ genere de Republica Literaria nunquam non annisus est præclare mereri. Triginta jam, & quod excurrit, lapsi sunt anni, ex quo Francofurti ad Mœnum Novam Methodum discendæ docendæque Juris prudentiæ ex artis didacticæ principiis & experientiæ luce, magno Eruditorum cum applausu publicavit; utque plura alia ingenii, quæ vulgavit, monumenta taceamus, quotusquisque est, cui non in deliciis sit Codex ille Juris Gentium Diplomaticus, quem laudabili exemplo

A. 1693; Hannoveræ edidit & nos in Actis illius anni mense Augusto pag. 370 sqq. prolixè recensuimus? Quemadmodum vero in isto tabulas authenticas Actorum publicorum maximam antea partem ineditas in lucem protraxit: ita nunc, instituto non minus commendando, Scriptores antiquos ad Germanicam cum primis Historiam illustrandam spectantes, nec adhucdum typis exscriptos, ut omnium usui paterent, in certa volumina distributos edere suscepit. Tameſi enim jam ante eum Viri docti ac diligentes, Marquardus Freherus, Justus Reuberus, Simon Schardius, Christianus Urstilius, Melchior Goldastus, Henrici Meibomii, Erpoldus Lindenbrogius, Henricus Canisius aliique, simili labore defuncti, quam plurimos rerum Germanicarum Scriptores, in justa spissaque satis volumina collectos, typorum beneficio publici juris fecerunt; existimandum tamen minime est, ita exhausta jam esse bibliothecarum omnium scrinia, quin bene multi supersint Scriptores alii, quos eripi e tenebris ac in lucem produci, publice intersit. Quod studium a Leibnitio nunc occupatum tanto magis nobis gratulamur, quanto rectius Viri iudiciam, ac in discernendis, qui luce publica donari mereantur, qui minus, Auctoribus exactum iudicium habemus exploratum. Et nunc quidem primo hoc, quod prodit, volumine, quatuor exhibentur Auctores, tales quidem omnes, qui & a viris doctis jam lecti memoratig; sunt, & prælo dudum destinati, multumque expectati, quos paucis indicabimus.

Primus Anonymus est, *Chronographus Saxo* Illustri Editori dictus, quod per annorum seriem a nato Christo usque ad annum æræ vulgaris MCLXXXVIII decurrat, ac Saxonica præ cæteris diligentius tradat. Codicem ipsum olim Christophori Broweri et S. J. cujus Annales Fuldenses & Trevirenses nemini ignorantur, fuisse, & ab eo subinde citari, Clarissimi vero Papebrochii beneficio ad Editorem pervenisse, ex Præfatione universo operi præmissa discimus. Alter, Anonymus itidem (etsi Goldastus in Apologia pro Henrico IV *Golsche-rum* fuisse dictum, persuasissimum habuit) *Gesta Trevirorum* composuit; quæcum jam olim & Caspar Bruschius, & Marquardus Freherus, & Petrus etiam Lambæcius edere constituissem, nec stetit tamen promissis, Noster tandem tribus codicibus manuscriptis instructus, publici juris fecit. Tertius est *Johannes Vito Duranus*, Chronici auctor, quo suorum ac paulo superiorum temporum res gestas descripsit. Refert vero Editor, a Vossio quidem tradit,

Dura-

Duranum hunc Ludovici Bavari ac Caroli IV ætate vixisse, & Historiam, quæ manuscripta extet in monasterio S. Galli, ad annum usque 1348 produxisse: sed codicem suum eo usque non produci, (quippe qui ultra obitum Rudolphi Habsburgici, de quo varia narrantur, non porrigitur) & cum apud Sangallenses inquisivisset, responsum esse non reperiri. Memorat quoque obiter, insignem apud Bremenses Theologum Gerhardum Mejerum, a quo sibi manuscriptum exemplar Chronici hujus fuerit suppeditatum, hortatu suo præclarum opus aggressum esse *Glossarii Saxonici* titulo, quod eruditissimum fore, neque nos dubitamus. Ultimus iterum Anonymus est, cujus *Chronicon Vetus Holsatiæ*, quod jam ante Joh. Adamus Cypræus, deinde & Petrus Lambecius edere decreverant, seu (ut in codice Lambecii, beneficio celeberrimi Viri Danielis a Nessel, Consilarii & Bibliothecarii Cæsarei, ad Nostrum delato inscribitur) *Continuatio Chronici Slavorum Helmodi*, hic exhibetur. Et si enim incultum Scriptorem Editor Illustris agnoscat, odioque in Danos abreptum multa contumeliosa in eos effutuisse non dissimulet; perire tamen librum non voluit, quod notatu non indigna alia contineret, nec inclytæ Danorum gentis virtuti hominis, ut appareat, simplicis & affectibus indulgentis iudicio quicquam possit deterri.

## LIBRI NOVI

- O***Rcades seu Rerum Orcadensium Historia Libri tres, auctore Thor-*  
*modo Torffao, Historiographo rerum Norwegicarum Regis.*  
*Hafnia, literis Justini Hög, 1697. fol.*
- Lexicon Philologicum Martia Martini. Accesserant nonnulla alia. Tra-*  
*jecti ad Rhenum apud Ant. Schouten, 1697. fol. Tomi II.*
- Jacobi Lydii Syntagma Sacrum de Re Militari, nec non de Jurejurando*  
*Dissertatio Philologica; cum notis Salomonis Van Til. Dor-*  
*draci apud Corn. Willegardum, 1698. 4.*
- Joh. Schefferi, Professoris quondam & Bibliothecarii Upsaliensis, Miscel-*  
*lanea. Amstelod. apud Jansumto-Waesbergios.*
- Glossarium Universale Hebraicum, quo ad Hebraica Lingua fontes Lin-*  
*gua & Dialècti pene omnes revocantur. Auctore Ludovico*  
*Thomassino Oratorii D. J. Presbytero. Parisiæ ex typogra-*  
*phia Regia, 1697. fol.*

Vera

*Vera Theologia Mystica Compendium, sive Amoris Divini occulta semita*  
*&c. Auctore R. P. F. Constantino de Barbanson, Predicatore*  
*Capucino & Conventus Coloniensis Guardiano. Colonia, a-*  
*pu'd B. Gualterum, & Amstelodami apud H. Wetstenium,*  
 1698. 12.

*Catti Aborigines Batavorum. Dat is: De Katten de Voorouders der*  
*Batavieren, ofte de twee Katwyken aan Zeeen aan den Ryn;*  
*door Adrianus Pars. Tot Leyden by Jo. du Vivie, 1697. 4.*

*Letres du Cardinal d'Offat. Nouvelle edition. Avec des Notes Histori-*  
*ques & Politiques de Mr. Amelot de la Houffaye. A Paris,*  
*chez Jean Boudot, 1698. 4.*

*Historia trium Gordianorum. Daventria apud Albertum Fronten, 1697.*  
*Thoma Crenii Animadversionum Philologicarum & Historicarum Pars*  
*III. Lugd. Bat. apud Fred. Haaring, 1698. 8.*

*Veteris avi Analecta, seu Vetera aliquot Monumenta &c. Collegit pri-*  
*mus & edidit, & observationes suas passim adjecit Antonius*  
*Matthaus. Lugd. Bat. apud Fr. Haaring, 1698. 8.*

*Cornelii Van Bynkerhoek ad L. Lecta 40 Dig. de Reb. Cred. Si cert. pet.*  
*Liber singularis. Et Dissertatio de Pactis juris stricti Contra-*  
*ctibus in continenti adjectis. Haga Comitum, apud Abrab. De*  
*Hondt, 1697. 8.*

*La Rhetorique d' Aristote, traduite en Francois par feu Mr. Cassandre.*  
*A Amsterdam chez J. Louis de Lorme, 1698. 12.*

*Joachimi Targiri Medicina Compendiaria. Lugd. Bat. apud Fred.*  
*Haaring, 1698. 8.*

*Jo. Conradi Barchbusen Pyrosophia, succincte atque breviter Iatrochy-*  
*miam, Rem Metallicam & Chrysopæiam perveſtigans. Lugd.*  
*Bat. apud Corn. Bouteuſtein, 1698. 4.*

*Jugement du Public, & particulierement de Mr. L' Abbé Renaudot, sur le*  
*Dictionnaire Critique du Sr. Bayle. A Rotterdam chez Abra-*  
*ham Acher, 1697. 4.*

*Reflexions sur un imprimé qui a pour titre Jugement du Public &c. A*  
*Rotterdam, 1697. 4.*

## E R R A T A.

In Actis hujus anni pag. 32. lin. antepenult. pro *anno superiori lege anno*  
*1696, & pro anno presenti lege anno superiori. Pag. 108. lin. 15. sic lege:*  
*nos docet? Quid de,*

\* \* \* \* \*

N. IV. 152  
ACTA  
ERUDITORUM

*Publicata Lipsia  
Calendis Aprilis, Anno M DC XCVIII.*

---

HISTOIRE DE FRANCE,

i. c.

*HISTORIA FRANCIAE, A PRIMA MONARCHIAE FRANCI-  
ca in Gallis constitutione. Auctore P. GABRIELE DA-  
NIELE, Tomus I.*

Parisii apud Simonem Benard, 1697. 12. plag. 22.

**N**Unquam equidem Gallicanae genti defuerunt decora ingenia, quae in patria historia ornanda excolendaque, operam atque industriam suam collocarunt. Sed si quis forte existimet, per illorum curas vigiliasque historiam Gallicam ad istud jam fastigium pervenisse, ut nihil illi omnino aut cultus, aut ornamenti, addi possit, is lecta luculenta admodum, quam tomo primo Historiae suae Francicae praemisit Vir eruditissimus Gabriel Daniel, praefatione, secus sentiet. Sunt qui contendunt, saltem natales, originemque ultimam gentis hujus, plus quam Cimmericis involutam esse tenebris, ut qui eam in lucem protrahere instituant, operam, quod ajunt, oleumque non possint non perdere: si quae autem forte literarum monumentis prodita ad nos pervenerint, ea jejuna admodum & sicca esse, & ita comparata, ut taedio potius repletura sint lectorem, tantum abest, ut suavitate quadam & jucunditate eum sint allectura. Hi si de ipsius gentis Francicae origine, ejusque fati, priusquam in Gallia confedit, regnique, quod hodie floret, fundamenta jecit, loquantur, plane consentientem sibi habent Nostrum: sin de regni Francici in Gallia origine initioque verba faciant, adeo illis non suffragatur, ut regni hujus primordia, nec varietate eventuum, nec Regum fortissimorum celebritate, nec ulla alia re, Romanae reipublicae primordiis cedere, fidenter asserat. Quod autem jejuna & sicca, parumque ad delectandum

U

com

comparata videantur, quæ de primis Galliæ Regibus traduntur, id in-  
 scitiæ Historicorum, tum veterum, tum recentiorum, unice imputan-  
 dum esse affirmat. Paucissimos enim linguæ, qua scripserunt, in do-  
 lem accurate perspectam habuisse: alios autem styli, quo Historicum  
 uti decet, rationem ignorasse: plerosque legum, ad quas historiam  
 suis numeris absolutam exigere fas est, fuisse rudes. Quod ne temere  
 asseruisse videatur, leges istas, ad quas Historicus se componere debeat,  
 uberius edisserit, & quam iis non fecerint satis, qui in Francica Historia  
 ad posteros transmittenda elaborarunt, demonstrat, simulque sco-  
 pulos, ad quos ceteri fere omnes naufragium fecerint, summo studio  
 se evitaturum pollicetur. Hoc autem num præstiterit, ii quam re-  
 ctissime judicabunt, qui librum ipsum evolvere instituerint. Nobis hic  
 indicasse sufficit, Auctorem doctissimum non tantum notas, difficul-  
 tatis quibusdam enodandas destinatas, vitis singulorum Regum sub-  
 jecisse, sed & dissertationes octo addidisse, in quibus cum multa scitu  
 haudquaquam indigna afferat, eas paucis delibasse nos non pigebit,  
 nec ab instituto nostro alienum erit.

Dissertat. I.

De Francici regni in Gallia conditore, anceps inter eruditos  
 est disceptatio. Sunt qui Pharamundum pro eo venditant: alii  
 Clodioni filio ejus honorem huncce deberi non ambigunt: saltem  
 Merovæum & Childericum rerum in Gallia potitos esse, nemini non  
 persuasum est. Ab hisce vero omnibus quo minus longe abiret Au-  
 ctor, & Clodovæum demum primum Francorum in Gallia Regem as-  
 fereret, gravissimis documentis adductus, temperate sibi non potuit.  
 Primo itaque ad veterum scriptorum, Prosperi scilicet, Idatii, Apol-  
 linaris, Procopii, Gregoriique Turonensis & ceterorum, qui ea ætate  
 scripserunt, silentium provocat. A vero plane abhorreere ait, eos rem  
 tanti momenti silentio præterituros fuisse, siquidem ante Clodovæum  
 Franci fixam rerum suarum sedem in Gallia possissent. Ipsumque  
 Prosperum rem omnem prorsus conficere, autumat. Hunc enim  
 de Pharamundo, Clodione, Merovæoq; aperte testari, quod *regnarint*  
*in Francia.* Franciæ autem nomine ea ætate nequitquam venisse Galliam,  
 sed eum terrarum tractum, quem olim incoluere Franci in Germania.  
 Nondum hic argumentorum finis est. Descendit ad singulos Reges, qui  
 ante Clodovæum summam rerum tenuere, probaturus eos non re-  
 gnasse in Gallia. De Clodione Gregorius Turonensis refert, eum  
 Came-



Cameracum urbem tractumque circumjacentem occupasse. Consentiant Prosper, Cassiodorus aliique. Colligunt hinc plerique, huncce Regem sedem suam fixisse in Gallia. Id vero inde sequi, negat Auctor. Nimirum huncce Regem ceterosque sæpius excursiones in Galliam fecisse, fudisse Romanorum copias, urbes expugnasse, fateatur: sed eos ibi stabile regnum condidisse suarumque rerum fixisse sedem, id vero est, quod abnuit. Atque id eo manifestius esse putat, quod Historici, Merovæi cum Romanis bella litterarum monumentis consignantes, eum non ex Gallia, sed ex propria præscaque Francorum sede copias contra Romanos educentem nobis sistant. Quæ autem de Childerico traduntur, fabulæ Romanensis speciem, iudice Nostro, palam præ se ferunt. Gregorius insuper Turonensis, aliique veterum, Childericum, vastatâ Gallia, iterum trajecisse Rhenum & cum Odoacro Alemannis bellum intulisse commemorantes, illi rem omnem extra dubium ponere videntur. Ultimo loco luculenta Procopii Cæsariensis, Gregorii Turonensis, & Jonæ, qui fuit discipulus S. Columbani, testimonia profert, probatque, quæ Auctores isti de epocha conditi in Gallia Francorum regni tradunt, non in alium quadrare, quam in Clodovæum. Objici posse sibi dicit sepulchrum Childerici A. 1653 Tornaci detectum. Inde autem ut non diffiretur probari posse, huncce Regem in Gallicana quadam expeditione occubuisse: ita eum in Gallia fixum stabileque regnum obtinuisse, hinc demonstrari posse inficiatur. Majoris ponderis esse dicit, quod alii objiciunt, in exercitu Clodovæi, cum Syagrio Romanorum duce rem habentis, fuisse Galliarum quosdam Regulos, Clodovæi cognatos, interque alios Ranacarium Regem Cameracensem. Observat itaque, Francorum gentem in plures Dynastias olim distributam fuisse, quarum quælibet Regulum suum, vel ut Sulpicius vocat, Subregulum habuerit, qui tamen totius gentis Regi paruerint. Hisce Regulis Clodovæus certas provincias in Gallia administrandas, ut porro censet, attribuit, a quibus deinceps nomen titulumque sortiti sint. Ex his itaque Ranacarium fuisse, Francorum, qui post conversionem Clodovæi Christianorum sacris imbui noluerunt, caput & propugnatorem: qui a deo cum ceteris, post Clodovæi demum in Galliam transitum, Regis Cameracensis titulo uti cœperit. Reliqua dubia non minori diligentia & ingenii acumine dissolvit.

## Dissert. II.

Childericum Regem Merovæi filium, regia dignitate a Francis exutum, quod in libidines sine modo & sine se daret, foeminarumque primi ordinis pudicitia ab eo minime tuta esset, sunt qui tradunt. Addunt, tum a Francis Romani exercitus ducem, cui Ægidii nomen fuit, in Regem electum, donec novi Regis pertæsi Childericum a Thuringis, ad quos confugerat, accersitum, denuo Regem constituerent. Hofce in secunda dissertatione ex instituto sibi confutandos sumpsit Auctor. Tale quid enim unquam contigisse, plane negat. Nec contemnenda sententiæ suæ affert argumenta: cum primis tamen temporum rationes huic commento plane repugnare observat. Affir-  
mat quippe Idacius, Ægidium mortuum esse anno tertio Imperatoris Severi, h. e. quinto post mortem Merovæi. Qui itaque, ita infert Auctor, octo annos, postquam Childericus regno exutus est, Francorum genti præesse potuit? Totidem enim annos eum rerum summa apud Francos potitum fuisse, qui secus sentiunt, autumant.

## Dissert. III.

Tertia dissertatio de antiquitate & conditore Legis Salicæ exponit. Illis qui hanc legem a Philippo Longo demum latam aut inventam fuisse autumant, plane suffragari nequit. Nō tantum enim Conradum de Lichtenau Abbatem Urspergensem, Sigebertum Gemblacensem, aliosque Scriptorum Philippo Longo multum antiquiores, legis hujus meminisse: sed Vendelinum, Pithœum, Lindenbrogiumque affatim dedisse probatum, jam tempore Caroli M. legem hancce notam fuisse. Agathiam quoque legis hujus injicere mentionem: & Childericum Austrasiæ Regem, in edicto A. 595 Coloniz promulgato, quoddam Salicæ legis caput antiquasse. Stilum insuper, sermonisque genus antiquitatem hujus legis tam manifeste prodere, ut omnis antiquitatis rudem esse pronuntiet, qui eam in lege ista non videretur. Id saltem superesse, ut inquiratur, num Pharamundus, aut Clodovæus pro legis istius auctore sit reputandus. Pro Clodovæo Auctor pronuntiat, hisce potissimum rationibus inductus. Primo quidem, quod monetæ ex argento confectæ in hac lege injiciatur mentio, quæ Francis, priusquam in Gallia consederunt, non fuerit usitata. Deinde quod hæc lex subinde de Romanis h. e. Gallis inter Francos degentibus verba faciat. Gallos autem Francis permixtos, priusquam hi in Galliam transierint, quis, inquit, dixerit? Ceteras, quas affert, rationes instituti memores prætermittimus,

Circum-

Circumferuntur quidem varii antiquissimorum Franciæ Regum nummi, quos tamen Noster partim genuinos esse negat, partim indignos, qui commemorentur, judicat. Equidem Childeberti I & Clotharii I quosdam nummos mereri, qui diligentius revocentur sub examen: sed cum primis tamen in nonnullis Theodeberti I Austrasiæ Regis nummis exponendis, ingenii sui vires, in quarta dissertatione, periclitari voluit. Ex pluribus autem, quos *Le Blanc* in Tractatu Historico de Nummis Franciæ sistit, duos hic accuratius explicandos sibi sumpsit. Et is quidem, quem primo loco affert, sistit Principem, cujus caput mitra tegit, duobus margaritarum aut gemmarum ordinibus ornata, & in ejus apice crista aut simile ejusmodi ornamentum conspicitur: dextra hastam tenet is humero innixam: sinistram clypeus tegit, in quo eques pictus est. Inscriptio hæc est: D. N. THEODEBERTUS VICTOR. In altera nummi facie Victoriæ conspicitur, manu dextra crucem oblongam, sinistra globum cruce minori signatum tenens, addita inscriptione: VICTOR AAVCCCI; ad latus Victoriæ sinistrum leguntur litteræ: RE; sub pedibus: C. N. B. Non referemus hic eas rationes, quibus aliorum explicationes impugnat Auctor, sed solum quæ ipsiusmet de hoc nummo mens sit, paucis indicabimus. Primo itaque evincit, non Justinianum, aut alium quempiam, sed ipsum Theodebertum in prima nummi facie exhiberi. Id indicare ipsam inscriptionem: D. N. THEODEBERTUS, i. e. *Dominus Noster Theodebertus*. Cum vero Theodebertus hic Victor audiat, isque non unam ab hostibus suis reportarit victoriam, quænam hic indigetetur, disquirat, eamque quam victis fufisque in Italia ad Padum fluvium Gothis retulit, designati demonstrat. De inscriptione autem in altera nummi facie ita censet: VICTOR AAVCCCI RE idem esse, ac *Victoria Augustorum Inlustrium Regum*, aut *Victoria Augustissimi Regis*, aut denique *Victoria Austrasiarum Captis Casis Gothicis Intercepto Romanorum Exercitu*, vel quod eodem fere recidit, *Victoria Austrasiarum Captis Casis Gothicis Italia*. De litteris C. N. B. deinceps ex instituto agit. Ceterum quod leges antiquas inscriptiones exponendi hanc interpretationem admittant, insignia quoque, & tituli Imperatoribus ceteroquin proprii a Francorum etiam Regibus olim fueriat usurpati, id quidem est quod pluribus demonstrat. Alter nummus, de quo Sirmondus, Harduinus, alique disceptarunt, in prima facie effigiem Theodeberti sistit, addita inscriptione: D. N.

U }

THE-

THEODEBERTUS. C. in altera Victoria conspicitur, dextra coronam tenens, cum inscriptione: VICTORIA A. C. C. N. & ad pedes victoriæ: RE; item CONOB. In priori inscriptione littera C Harduino aliisque negotium faceffit, illo quidem vocem Comitum ea designari existimante. Sed Noster C pro G more in nummis recepto poni, Regemque Theodebertum, exemplo Imperatorum, Sarmaticorum, Parthicorum &c. titulo, ob gentes hæc devictas superbientium, se Gothicum ob fufos fugatosque Gothos, appellitasse autumat. Alteram autem inscriptionem; VICTORIA A. CCC. N. RE. citra ambages ita interpretatur: *Victoria Augustorum Dominorum Nostrorum Regum*; aut: *Victoria Augustissimi Domini Nostri Regis*; aut denique: *Victoria Austrastorum Capris Casis Gotbis Domino Nostro Rege*. De litteris C. N. B. sive quod perinde est CONOB, quæ in nummis variis non tantum Imperatorum, sed aliorum quoque Regum, non tamen ante Constantini M. ætatem, nec post Leonem Isauricum, conspiciuntur, ita censet, neutquam eas ita interpretandas: *Constantinopoli Obsignata*, ut nonnulli sibi persuadent; sed hoc sibi eas velle: ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ. Usum quidem iis in nummis primum fuisse ipsum Constantinum ait, sequentes autem Imperatores eas retinuisse, ut significarent, se Magni illius Constantini legitimos esse successores: hinc ad aliarum quoque gentium Reges morem litteras istas nummis imprimendi profluxisse, qui hoc ipso, censente Auctore, demonstrare voluerunt, se nec Constantino, nec ejus successoribus inferiores deterioresque esse.

Dissert. V. Quæ in quinta dissertatione de Childeberti I & Clotharii I quibusdam nummis observat, cum momentum non trahant, prætermittimus.

Dissert. VI. In sexta autem de nomine Britannia disceptat. Dederitne enim Britannia magna minori, Gallia scilicet provinciæ, nomen: an vice versa, illa ab hac acceperit, disquiri inter eruditos solet. Auctori nostro talis hac de re sedet sententia. Britanniam magnam a Britonibus, Gallica gente, in ista insula confidente, nomen accepisse, pro explorato habet: sed Britones istos non ex Britannia minori, sed ex ea Gallia Belgica parte, ubi hodie Monasteriolum (Montreuil) & Hedinum (Hesdin) est, si ad Somonam fluvium procedas, in Angliam transiisse; licet hic ipse tractus Armorica vel Aremorica nomine olim quoque

que fuerit insignitus. Unde excusari posse Bedam, dum ex tractu Armorico Britones in Britanniam venisse scripsit: licet Auctori verosimilius videatur, cum censuisse, quod ex Britannia minori advenerint. Interim Britonum quosdam ex Britannia ab Anglis rursus pulsos, in Britanniam minorem se recepisse, & ita provinciam huic Britanniam nomen fecisse, arbitratur.

Sed quæ de antiquis Britanniam minoris Regibus traduntur, ea Dissert. VII.  
 paulo accuratius revocare sub examen, operam pretium duxit. Paucis: quicquid de iis vulgo traditur, id commentis inanibusque annumerat fabulis. Historiam enim Chronologicam Britanniam, unde series & genealogia horum Regum plerumque petitur, ex fabulis commentisque ineptissimis plane compositam confarcatamque esse. Frustra quoque citari Gildam, cum antiquus ille genuinusque Gildas, cujus nonnulla opuscula in Bibliotheca Patrum extant, ne verbo quidem horum Regum injiciat mentionem. Gregorium insuper Turonensem de Britanniam minoris Principibus diserte & citra ambages dicere: *Comites, non Reges appellati sunt.* Ceterum Britanniam minoris fata hac occasione edisserens, observat, paruisse eam cum Gallia reliqua Romanis, donec accisis inclinatisque undique Romanorum in Occidentibus, & ceteri Galli, & hujus quoque provinciam incolæ, in libertatem se asserturi arma caperent. Sed reductos eos ad fidem obsequiumque fuisse ab Aetio. Deinde Britones ex Britannia magna pulsos, Romanis volentibus consentientibusque, in hac Galliam parte, quæ nomen ab illis accepit, confedisse, & in amicitia Romanorum semper permanuisse. Sed Romanos Visigothorum impetum non amplius sustinentes, spemque retinendam Britanniam minoris abjicientes, ut gentem nihilo secius in fide utcunque retinerent, principem Britonum nomine tituloque Comitum, ut tum moris erat, honestasse: Riothimumque Comitum, vel successorem ejus, non alio honoris titulo fulgentem, Britanniam tenuisse, cum Clodovæus Franci regni fundamentum in Gallia collocaret. Gessisse quidem Clodovæum cum Britonum Comite bellum, sed huncce victum, Clodovæoque impari, pacem tandem ea lege impetrasse, ut urbes occupatas, saltem præcipuas, retinerent Franci, Britonumque domini Comitum titulo contenti, Francorum Regi ita parerent, ut Romanorum Imperatoribus hactenus paruissent. Atque hæc ita se habere, ex quodam  
 Gre-

Gregorii Turonensis loco elicit. Non ignorare se ait, Riothimum, a Jornande vocari Regem: sed observatum hoc titulo eum insigniri, cum Romanis contra Visigothos auxilium tulerit, adeoque id saltem inde confici posse negat, Francis in Gallia rerum potentibus, Britonum Principes Reges dictos, quod præcipue sibi impugnandum sumsit: addit tamen, Jornandem hominem Gothicum, & ex suæ gentis consuetudine ceterorum mores metientem, facile adducipotuisse, ut cuilibet gentis cujusdam Principi Regis nomen titulumque daret. Hunc ipsum quoque Riothimum ne quidem in ficticia ista Regum Britannicorum serie comparere. Childeberti I autem epitaphium, nullum plane negotium sibi facessere ait. Licet enim in eo Britonum Rex memoretur, nondum tamen liquere, an non Britanniarum Magnæ Rex intelligatur. Ab homine insuper illepido, & quaslibet voces, ut versus Leoninos componeret, conquirente, magnam *ακρίβειαν* expectari aut exigi non posse, contendit.

Differt. VIII

Ultimo tandem loco de conditore templi cathedralis, quod Lutetiæ Parisiorum est, disquirat. A Childeberto I illud exstructum multi sibi persuadent, versibus quibusdam Fortunati Episcopi Pictaviensis inducti: sed eos hoc sibi non velle, uberius monstrat. Nihil aliud quippe iis indicari, quam templum cathedrale fenestris vitreis ab hocce Rege ornatum, ejusque reditus nova accessione bonorum quorundam auctos fuisse.

NOUVELLE BIBLIOTHEQUE DES AUTEURS ECCLESIASTIQUES,

Hoc est:

NOUVE BIBLIOTHECÆ AUTORUM ECCLESIASTICORUM  
Tomus VIII. Autore L. E. DUPINIO.

• Parisiis, apud Andream Pralardum, 1697. in 4. Alphab. 2.

**E**Adem methodo, qua septimum Bibliothecæ suæ Ecclesiasticæ tommum Clarissimus Dupinius conscripsit, (de qua in Actis anni 1696, p. 31, 32. abunde diximus) octavum non ita pridem etiam composuit, ediditque in lucem. Qui cum in duas partes divisus, decimum]pariter ac undecimum seculum complectatur, ex iis, quæ ad deci-

decimum seculum pertinent, quædam pro instituti nostri ratione delibabimus.

In præfatione ad historiam seculi decimi, Ant. Arnaldum commemorat ab omnibus, qui hujus seculi res memoriæ prodiderunt, mire discrepare, ut qui in libro de Perpetuitate Fidei seculum decimum inter Ecclesiæ felicissima reponi velit; quod scilicet, cum præter consuetos corruptæ disciplinæ nexos, nihil novarum hæresium aut turbarum habuerit, prioribus omnino præferendum censeat: cum contra ceteri ad unum omnes conspirent, obscurissimum seculum fuisse, ignorantia tenebris late oblitum, & vitiorum mole oppressum. Quæ inter duo extrema Dupinius medium ita tenet, ut posteriori tamen sententiæ longe magis adhæreat, Arnaldum hæc instituta morum, librorum, Pontificum & Virorum doctorum cum anterioribus seculis comparatione, confutet.

Atque his ita generatim in præfatione monitis, ipsam historiam controversiarum aggreditur, capiteque I Ecclesiæ Græcæ res exponit. pag. 1.  
 Has inter primum locum obtinent quartæ Leonis Philosophi Imperatoris nuptiæ, a Nicolao Patriarcha Cplitano, quod essent contra leges Ecclesiæ Græcæ, ab ipsomet Imperatore paulo ante id tempus confirmatas initæ, cum anathemate improbatæ: quod etiam retractare noluit Nicolaus, etsi Sergius Papa, cujus opem imploraverat Imperator, missis legatis, & ipse Leo, enixis præcibus hominem placare tentassent: quapropter in exilium tandem A. 901 missus est, suffectusque Euthymius, qui cum magna Cleri Constantinopolitani parte quartas nuptias illas defenderat. Verum decennio post revocatus iterum est Nicolaus & in honore magno habitus, pulso Euthymio, cum quo tamen paulo post in synodo quadam unionem iis legibus sanxit, ut non equidem damnarentur amplius quartæ nuptiæ Leonis, quod olim factum, sed ut tamen, ne posthac a quoquâ similes inirentur, sub anathematis poena caveretur; irrogata insuper quinquennali poenitentia iis, qui post annum ætatis quadragesimum tertias nuptias contraherent, & triennali his, qui post tricesimum annum secundas inirent, si e primo matrimonio liberos suscepissent. pag. 2.  
 Quas leges infecuto tempore tertius successorum Nicolai, Polyuctes, Patriarcha rigidioris disciplinæ severus custos, in primis urfit, adeo ut Nicephoro Phocæ, Imperatori suo, qui Romanum, Constantini Porphyrogenneti filium & Leo-

pag. 3. nis Philosophi nepotem, in Imperio excepit, ægre parceret, quum is  
 spretis canonibus Theophanen Romani viduam secundis nuptiis duxisset. Inter viros doctos, quos hoc seculo Oriens habuit, illustrissimum  
 haud dubie nomen ipsemet Constantinus Porphyrogenneta Imperator est, cujus scripta etiam recensentur. Clari præterea Simeon Metaphrastes, & Hippolytus Thebanus, cui esse tribuendum Indiculum XII Apostolorum a Combefisio editum, post alios Autor noster quoque  
 pag. 4. monet. Floruit & Euty chius Alexandrinus Patriarcha, natione Ægyptius, patriaque lingua Said Ibn Batrik dictus, scriptor Arabs, cujus Annales non adeo magni æstimat Dupinius, sed fabulis & vulgaribus historiis plenos censet. Dum vero non solum partem Annalium, quæ de Episcopis Alexandrinis agit, sub Originum Alexandrinarum titulo, cum Latina versione & notis Londini A. 1642, sed & ipsemet integros Annales ibidem A. 1658 edidisse Seldenum ait, fallitur Vir doctissimus: siquidem non Seldenus, sed Edwardus Pocockius editor integrorum Annalium Euty chii Latine a se versorum est, tamen si præfationem Seldeni repetit, imaginemque æri incisam præfixit: quo ipso deceptus Noster videtur.

Caput secundum historiam Romanæ, ceterarumque Italiæ Ecclesiarum complectitur: in qua cum Autor se ad plurima referenda coactum cerneret turpia Pontificum Romanorum gesta, & infanda scelera seculi; ne in invidiam raperentur dicta, non solum in præfixa libro eam in rem admonitione, se non nisi invitum & historici legibus, *ne quid falsi audeas, ne quid veri non audeas*, coactum hæc talia scribere testatur, qui de cetero omnem reverentiam S. Petri, quam vocat, Sedi in perveris etiam illis Pontificibus deferendam agnoscat: sed & in ipso aditu capitis verba profert Baronii, quem de neglecta Romanæ Curia autoritate suspectum esse non posse monet, & qui tamen ad A. 912. n. 14 ab acerrima longe invectiva sibi temperare non potuerit. Huic testimonio Arnulphi quoque Aurelianensis Episcopi, testis oculati, querelas addit, Romam e luce, quam aliis olim suggerebat, in caliginem portentosam, futurisque seculis memorabilem incidisse conquesti. Atque sic auspiciatur historiam ab ordinatione Formosi Papæ, cui scilicet insecutam omnem calamitatem originem debuisse iudicat. Ejus vero post fata e sepulchro effossi & truncati tribus digitis damnationem, præcipationemque in Tiberim a Stephano VI Papa factam

etiam



Etiam, ut horrendum barbarumque facinus abominatur, Sergium Papam, qui post alios ( neque enim nunc integram Pontificum seriem exhibemus ) Stephano successit, & Formosi damnationem iteravit, monstrum hominis vocat, ambitiosum, sævum, spurcæ libidini immersum : \* qui ex Marozia meretrice filium genuerit, patri simillimum, & qui secuto tempore nefariis matris artibus ipse quoque ad Pontificiam sedem evectus est A. 931, cum paulo antea illam tenuisset Johannes X haud absimilis farinae homo, quem Maroziae mater, æque meretrix, Theodora cum deperiret, pro sua, quatum pollebat, auctoritate ex Diacono Ravennate Episcopum Bononiensem, mox Ravennatensem Archiepiscopum, & denique Papam fecerat, dum interea Italia perpetuis intestinis dissidiis semet attereret, & Romam sub specie quadam libertatis teneret Albericus. Post mortem Alberici filius illius Octavianus, urbis regiae dominus, ut omnem potestatem solus Romæ teneret, post Agapetum II, melioris commatis Papam, sed cui una cum tribus qui eum antecesserant, non tam vires ad bonum, quam voluntatem attulisse Noster ait, Pontificem quoque eligi sese fecit, primusque mutato nomine Johannes XII vocari voluit. Atque hic ille est nulla virtutum præditus, quæ Episcopum decerent, sed portentum luxuriæ & libidini mancipatum, ut Noster prolixè satis exposuit : qui, cum Othonem M. tum Germaniæ Regem, & Italiæ jure belli acquisitæ dominum, Romanum Imperatorem coronasset, mox fracta fide, quam sacramento dederat, adversus Cæsarem cum ejus hostibus præter jus fasque conspiravit, & cum ab Othone corrigi se non pateretur, sed in apertam seditionem prorumperet, in Concilio Romano, post patefacta plura etiam scelera, dignitate sua exutus est, electo in ejus locum Leone VIII, quem tamen mox per factionem Roma expulit, & post atroces vindictas, quas de adversariis suis sumsit, priusquam a reduce Imperatore puniri posset, horrenda morte in ipsa libidine extinctus est: quæ omnia fuscè satis eandemque Dupinius enarrat, nec Othonem ob motum sede sua Johannem peccati arguens, nec Leonem VIII Antipapam accensens, quem potius *Venerandum Leonem* vocat: imò Benedictum, quem in Johannis locum Romani contra Leonem surrogaverant, & qui, Cæsare adventante, paulo post dejectus a sede, quam occupaverat, & Hamburgum in exilium missus

pag. 6.

pag. 7.

pag. 10.

pag. 11.

pag. 12, 13.

est, diserte Antipapam vocat, dignumque cetera Romano Episcopatu, si modo canonice ad eam dignitatem euectus fuisset. Neque etiam improbat jus eligendi Papam, & investiendi Archiepiscopos Episcoposque, quod Othoni & successoribus solenni Synodi Romanæ decreto ita concessum est, ut nec posset posthac sine consensu Imperatoris eligi Pontifex, nec ordinari Episcopus, quem non ipse prius investisset.

- Præterimus alia, quæ de Pontificibus Romanis, tum & de Episcopis Italix aliis dicuntur, ut ad Scriptores pergamus, quorum hoc capite, post recensitas epistolas Pontificum, & quæ ad ipsos ab aliis scriptæ sunt, mentio fit. Inter eos inprimis clarus est Ratherius, ex Lobienſi monacho Veronensis, deinde Leodiensis, iterumque Veronensis Episcopus, terque ob morum severitatem exul, Vir non minus probitate, quam eruditione, pro illorum temporum ratione plane insignis.
- pag. 19. Hujus scripta a Dacherio Spicilegii Tomo II & XII edita Noster sedulo recenset, & subinde excerptit, quæ indicant, longe plus alius hominem suo seculo vidisse, & imprimis acrem fuisse vitiorum ubivis fere regnantium reprehensorem. Graviter enim in vitia Cleri sui, & in univrsam omnem invehitur, luxum, avaritiam, pauperum neglectum, superbiam, contemptum Canonum, lasciviam, indignos Procerum sacris muneribus inhiantium conatus, & cognata his alia; nullumque adeo in tanta corruptione hominem reperiri credit dignum Episcopali munere, nullum qui rite electo & ordinando puras manus imponat. Pontificem Romanum, cum ad illam de Clero suo humiliter conquestum scriberet, *Summum prima, hoc est, Romana sedis Pontificem, Archiepresulum Archiepiscopum, & si de nullo mortalium jure dici possit, univrsalem Papam nominandum* vocat. Et, quod mireris, Cleri incompósitos mores aliquando, cum jam de anathemate cogitaret, non ad Pontificem, sed ad Imperatorem detulit, ejus voluntatem expectaturus, quam sequeretur. Post Ratherium Dupinius Attonis Episcopi Vercellensis libros recenset, moderatoris, ut ait, neque adeo obscuri. Inde agit de Luitprando, cujus uti Chronicon & Paparum Vitas haud cunctanter cum aliis proscribit: ita sex postrema Historiæ Luitprandi capita, quæ longe alterius esse communiter existimantur, non indigna eodem autore judicat, etsi fragmentum alterius libri esse, Historiæ imperite assutum, non neget.
- pag. 20. pag. 21.

Tertio

Tertio capite ad Historiam Ecclesiarum Gallicarum progreditur, præmissaque stricta narratione rerum civilium, quarum summa, post varios expirantis Carolini stemmatis motus, hoc seculo ad Hugonem Capetum circa annum 987 devoluta est, sollicitè omnes Ecclesiarum vicissitudines, & Episcoporum, aliorumque clarorum virorum merita, fata atque libros commemorat: de quibus omnibus pauca nunc adducemus. Celebre est imprimis Concilium Rhemense, quod in causa Arnulphi, Rhemensis Archiepiscopi, ab Hugone Capeto Rege A. 991 convocatum est, ut ille, qui Carolo Lótharingæ Duci, fratri suo & postremo e stirpe Carolina Principi, per seditionem noctu portas urbis Rhemorum aperuerat, cognita in Synodo causa, læsa majestatis condemnaretur, & e sede sua ejiceretur. Huic vero damnationi cum & silentium Romani Pontificis Johannis XV, ad quem causa prius delata fuerat, judicium suspendentis, obstaret, & antiquum Damasi decretum, quo non posse, nisi Romæ, judicari Episcopum cautum est: non obstantibus tamen his, de Arnulphi causa Synodus cognovit, eumque Archiepiscopatu indignum censuit, & Gerbertum surrogavit; causam pro Synodo in ejusdem congregatione imprimis animose adversus Pontificem perorante Arnulpho Aurelianensi Episcopo, cujus sane memorabilis oratio est, & prolixè a Nostro recensetur. At vero, quum ægerrime ferret istam damnationem, Johannes Pontifex, nec prius minitendo desisteret, quam de congregando novo quodam ad causam cognoscendam Concilio consentiretur: tum prævidens tempestatem Gerbertus, Arnulphi creatus in Synodo successor, ad Siguinum intrepidam epistolam scripsit, Nec minores spiritus in Concilio Mosomensi A. 995 adversum se congregato præ se tulit, ut & in literis ad Adelheidem Reginam: quæ omnia apud Autorem videri possunt. Nobis incidit hac occasione in mentem, quod de Synodo Rhemensi & Gerberti epistola ad Siguinum, una cum oratione in Synodo Mosomensi habita sibi proposuerat aliquando Vir Clarissimus, Steph. Baluzius. Novam scilicet eorum editionem moliebatur, cum Conringii ope e codice MS. Helmæstadiensi caput LVI illius Synodi obtinisset, quod deest in editis codicibus, & quo continentur Canones Africani, qui de judicandis intra provinciam Episcopis agunt, quos in Gallia usque

p. 39.

p. 42.

p. 43.

- ad Gerberti tempora vim legum obtinuisse credit Baluzius in epistola ad Conringium, quæ habetur Syntagm. II. Epistol. Conringii ep. 3. Ceterum quam diversum adhibuerit stylum Gerbertus, postquam excidit quidem Rhemensi sede ( paulo enim post in alia Synodo Rhemensi motus iterum loco est, restituto Arnulpho ) sed
- p. 44. Othonis Imp. favore, primo Ravennatensem Archiepiscopatum, & mox Pontificatum Romanum, dictus Sylvester, impetrasset, Noster sedulo annotat, & deinde scripta ejus commemorat, ac eruditio-
- p. 45. nem collaudat, Mathematicam imprimis, e qua necromantiæ crimen male exsculptum non dubitat. Hinc ad alios Scriptores pergit.
- p. 46. Flodoardi Chronicon perperam esse pro dubio habitum a Pet. Pithœo, censet. Contra pro supposititiis habet Gauterii Senonensis Constitutiones. Aimoinum Historiæ Franciæ conditorem recte quidem Floriacensem fuisse monachum observat, quem male aliqui pro San-Germanensi habent, & postrema libri IV capita inde a 42, una cum toto libro quinto non esse Aimoini, sed continuatoris monet: sed tamen in eo labitur Vir doctus, quum apud Jodocum Badium A. 1514 primo autorem illum Aimonium fuisse dictum refert; ut & eum ait, quinquaginta post primam editionem annis Pet. Pithœum verum autoris nomen restituisse, edidisseque librum Paris. A. 1567; cumq; Marq. Fréherum in Corpore Historiæ Franciæ A. 1613; Hanoveræ Aimoinum repetuisse scribit. Siquidem Joh. Parvus, qui editionem Badianam curasse creditur, Annonium vocat autorem illum, quod nomen longe etiam pejus in Ammonium detorquet in Catalogo suo Trithemius, & secutus illum Gesnerus in Bibliotheca: Aimonium vero vocat Sigebertus Gemblacensis in libro de Scriptoribus Eccles. c. 101. ex editione Aub. Miræi, cum in eodem libro editionis Suffridi Petri scribatur Aumonius, cui descriptioni Vossius de Histor. Lat. p. 355. insistit, ubi perperam Aumonius ab Aimonio diversum credit. Deinde Pet. Pithœus nunquam edidit Aimonium; sed eo anno, quem ponit Dupinius, Joh. Nicotius restituit autori verum nomen, & librum illius ad MS. codicem recensitum edidit. Hujus vero editionis exemplari Pithœus postmodum in suum usum varias adscripsit notas, & quæ ex collatione membranarum veterum observaverat, egregia profecto, sed nunquam edita; nisi quod libro Pithœi, Emer. Bigotii beneficio usus per aliquot menses est Phil. Labbeus, prout ipsemet indicat in

in *Dissertatione de Aimoino*, quæ secundo tomo illius de *Scriptoribus ecclesiasticis* loco *Appendicis* adjecta est, & in quam varia *Pithœi* observata fluxerunt. Vid. p. 835. 837. seqq. Quod editionem *Freherii* attinet, nemo non videt, vicinitate nominum *Hanoveram* pro *Hanovia* esse captam. De *Gallis* nunc non plura: nisi quod unicam solum *Autoris* observationem de *Hilduino* adhuc adjicimus, cui scilicet a *Trithemio* falso tribui *Historiam Lobienfium Abbatum* contendit; capto per errorem *Hilduini* nomine pro *Fulcuino*.

p. 57.

De *Germanicis Ecclesiis* caput quartum agit. Harum *Præsules* ob sanctitatem vitæ, sacrarumque rerum peritiam vehementer extollit *Noster*: *Ulricum* scilicet *Augustanum Episcopum*, de quo pluribus agit; *Brunonem Coloniensem Archiepiscopum*, *Regis Henrici Aucupis* filium & *Othonis M. Imp.* fratrem, quem, cum alias inter *Scriptores ecclesiasticos* relatum non videas, scripsisse tamen *commentarium in Pentateuchum*, qui *Bononiæ* in *bibliotheca Dominicanorum* asservetur, ut & *Vitas Sanctorum* aliquot, *Autor e Sixto Senensi* observat. *Norgerum* sive *Notkerum Balbulum* (hunc enim unum e veteribus *Scriptoribus* eligemus) *monachum Sangallensem*, quem alii *Othonis M. Imperatoris* nepotem vocant, *Noster* ex *Carolino stemmate* ortum ait, & maximam vitæ suæ partem nono seculo transégisse, anno 912 defunctum. Conjicit quoque cum *Goldasto*, hunc ipsum *Norgerum* esse autorem *librorum duorum*, quos de *vita & gestis Caroli M.* *anonymus monachus Sangallensis* ad *Carolus Calvum* ejus jussu scripsit, utpote qui *lo senem & edentulum* scripsisse ait, quod ad *balbum* hominem egregie applicari posse confet: attribuitque illi insuper cum eodem *Goldasto* *Vitam S. Galli*, in *dialogi* forma scriptam.

p. 56.

In *historia Ecclesiæ Anglicanæ*, quæ caput quintum implet, *imprimis* *Regum* *irinstauranda disciplina ecclesiastica* studium commendatur; tum laudatur *Dunstanus*, *Cantuariensis Archiepiscopus*, & referuntur illius gesta. Inde *concilia* quædam referuntur, *Scriptores* que pauci, qui hoc seculo in *Anglia* floruerunt.

p. 58.

p. 60.

Postremum caput varias *observationes* continet, quæ vel ad *fidem* vel ad *ritus* hujus seculi spectant. Quod *fidem* attinet, inter alia observatur, etsi communis fuerit opinio, *corpus Christi* vere, non figurate in *S. Coena* offerri non defuisse tamen apud *Anglos* & alibi, qui *Ratramni* opinionem tuerentur: non obstante, quod *panis consecratus*

p. 62.

- aliquando per miraculum, cum frangeretur, sanguinis guttas emisisse dicitur. Observatur præterea, Romano Pontifici non fuisse concessum, quicquam antiquis canonibus novis suis decretis derogare: fuisse tamen in ejus potestate, novos erigere Archiepiscopatus & Episcopatus, quales hoc seculo in Germania Magdeburgensis, Mersburgensis, Passlaviensis, in Italia Placentinus constituti. Quod ritus attinet collapsamq; disciplinam, notatur, Romæ omnia fuisse argento vendita: indulgentias coepisse: coepisse plures Episcopatus uni viro tradi, ordinarique juvenes octodecennes: esse productos gradus consanguinitatis usque in septimum, & affinitatem spirituales proximis consanguinitatibus annumeratam, adeo, ut pro incestu tales nuptias haberent; quod præter alios Robertus Galliz Rex, Hugonis Capeti filius, cum Bertha uxore est expertus: coepisse baptizari campanas, quod contra Menardum Noster nunquam prius fuisse factum tuerur: coepisse primum sacri cultus loco haberi & recitari Officium B. Mariæ: coepisse canonizari solenni ritu a Pontifice Sanctos, quorum omnium primus Ulricus Episcopus Augustanus a Papa Johanne XV Divis adscriptus est; nondum tamen adhibita voce canonizationis, quam demum in Bulla Alexandri III, cum is Eduardum Angliæ Regem Sancti titulo honoraret, A. 1161 deprehensam observat, vindicatque adversus dissentientes Autor; priores Ulrico canonizationes spuris tantum libris niti falsus, & elegantissimam de Sanctis veteris Ecclesiæ observationem amœnens, lectu dignissimam. A qua ad canonizationem reversus, illam seculo XI & XII mire invaluisse annotat, ita tamen, ut Calixtus II & Eugenius III Pontifices non nisi in Concilio generali talem canonizationem suscipi posse existimarint, quod hodie secus fit, nec abrogaretur Metropolitanis atque Episcopis jus Sanctos vocandi, quos eo titulo dignos existimarent, & exponendi fidelium cultui; donec Alexander III & Innocentius III sibi solis hanc etiam potestatem adscripserint. Sub finem libri solide illos refutat Noster, qui Serenissimum septem Imperii Electorum Collegium a Gregorio V Papa institutum ferunt.

*AD PERILLUSTREM ATQUE EXCELLENTISS. DN. CHRISTOPHORUM DITERICUM BOSIUM, Potentiss. Poloniarum Regis & Elect. Saxoniæ Consiliarium Intimum, ac nuper ad Conventus Tractatus Pacis Legatum Extraordinarium & Plenipotentiarium &c. Epistola CHRISTER.*

*WACHTLER, D.*

Dresdæ

Dresdæ apud Jo. Conrad. Rûger, 1698. in fol. plag. 3.

**A** Vidissimam pacis Europam in contemplationem Instrumentorum Pacis modernorum rapere ingenia, vix mirum est. Neque alium in finem, quæ nunc recensenda venit, scripta est Epistola. Ubi enim commemoravit Auctor Consulitissimus obitum Caroli, Electoris Palatini, & Maximiliani Henrici Electoris Colonienfis, unde lites bello aptæ videbantur enata, felix auspiciis Gulielmi III Anglorum Regis, librandis juribus armorum succurrisse animadvertit, ut pax, qua nunc gaudemus, eo celerius fieret. Et hinc orsus ab Instrumento Pacis Gallo-Hispanicæ, Pacem Pyreneam, Aquisgranensem ac Neomagensem cum Rysvicensi moderna ita componit, ut articulum ex articulo illustret, quidq; de controversia limitum, aliisque capitibus nondum confectis metuendum sperandumve sit, indicet. Deinde ad Pacem Gallo-Britannicam progressus, instituendo comparationem Pacis modernæ cum Pace Bredana anni 1667 observat, cum Gulielmo III paulo honoratius quam cum Carolo II Rege Magnæ Britannæ Gallos nunc egisse. Ad impetrandam tamen plenariam restitutionem in Principatum Arausionensem, & circa reliquas innovationes & immutationes, tum reditus, jura & commoda cum interesse debito, vix suffecturam Commissariorum industriam. Neque enim cum jure Arbitrii eos constitui, atque adeo officium illorum ad exercendos actus juridicos in invitum non porrigi. Eodem pertinere controversias super executione Capitulationis V Sept. 1696, itemque super limitibus & commutatione locorum quorundam ortas. Ex Instrumento Pacis Gallo-Belgicæ, duo tantum annotantur hic capita insigniora. Articulus enim quintus accedere innuitur ad istud genus fœderum, quale in omnibus tabulis Rysvicensibus non occurrat. Articulus autem undecimo contineri renunciationem prætensionum, non tantum præsentis bello natarum, sed & de temporibus præteritis: atque id propter artic. VI & VIII tenendum esse. Jam ad Pacem Gallo-Cæsaream descendens, non potuit non tenorem art. IV ex Tabulis Pacis Westphalicæ & Neomagensis illustriorem reddere, & Dn. Legato Plenipotentiaro Verjio in memoriam revocare ea, quæ ipso præsentis de jure Statuum Protestantium Ratisbonæ & Francofurti acta sint anno 1682 ac sequentibus. Tum, vix laudat Excusationem Legatorum Gallicorum, ab ipsis eo tempo-

re, quum infecta re Francofurto discederent, publicæ luci expositam. Digressusque ad formulam primordiam, *presentibus, suffragantibus & consentientibus* &c. monendum censuit, hic opus quodammodo cultura quadam esse, & non nisi ex Protocollo Mediatoris iudicium ferendum. Vicissim quoad restitutionem eorum, quæ extra Alsatiâ sita, laudatur Recensio Minorum Legatorum Cæsareorum, post Tractatus Neomageneses ad Augustissimum Imperatorem d. 29 Januar. 1681 scripta, cum Responsione ad Literas Regis Christianissimi, Versaliis d. 10 Octobr. 1680 ad Comitiam datas. Dein controversia Palatina, ejusque initium, & quousque ante belli incendia perventum in ea fuerit, quidque Romæ jam tunc actum, & quomodo super Mediatoris Arbitrii; caractere disceptatum; quid iterum Ratisbonæ 12 Martii, 1686 allegatum sit a Dn. Verjio; quomodo super possessorio, quod vocant, summarissimo ultro citroque in Curia Viennensi quæsitum; quid sperandum denique a Super-Arbitro Romano videatur, recensetur, innuiturque magis, quam disquiritur. Similiter controversiæ Bipontinæ cum Episcopo Metensi tanguntur, & num is recte allegaverit pro se Grotium, expenditur. Commendatur deinde moderatio circa causam Lotharingicam, ac illustrantur iterum plures articuli. Quid hodie ante Ratificationem Statuum Imperii Protestantium actum, & qua quidque cautione monitum fuerit, non persequendum hic judicavit Autor, ad Illustrissimum utpote Dn. Bosium, arcanorum illorum omnium conscium & prorsus gnarum, se scribere recordatus. Transgressus autem ad Jura Statuum circa pacem faciendam cum exteris, singula hæc seculo demum instanti liquido elaboranda autumavit. Repetitis etiam initiis Pacis Westphalicæ & ad moderna tempora transductis, quærit, an compareant tunc Status ut Partes paciscentes, an ut Ordines & per modum Comitiorum? an concurrat subinde character uterque? Hoc enim esse caput illud nobilissimum, quod neque distinxerit, neque animo complexus sit Autor nuperus Templi Pacis. Certe ex Tractatu præliminari Hamburgensi nil allegari posse contra Jura Statuum: favere autem iis diserte Tabulas Westphalicas. Et non debuisse excidere nupero Suprematus Autori illa, quæ hic animadvertuntur. Plenipotentiam etiam Ordinum Imperii modernam multum lucis inferre huic negotio, ipsumque articulum Pacis LIX, LX & L causæ tantæ non parum prodesse; factaque comparatione inter sty-

lum



lum Neomagensem & Rysvicensem facile dicit intelligi, recte habere se, quæ ab Illustri Kulpisio in hanc rem jam ante sint observata; neq; pugnare cum iis, quæ ab Illustri Lynckero in eandem disputentur, si bonum cautumq; nanciscantur interpretem. Similiter rem non conficere eos, qui sub harmoniæ titulo & civilitatis cum humanitate inter Imperatorem & Status compensandæ, rem tantam tentent exhaurire. Et Reservatorum titulum non abjiciendum, sed cautius securiusque, quam olim sit factum, purgandum. In quam rem proferuntur argumenta uno plura, & plurimi modernorum Scriptorum vel excusantur, vel laudantur, vel castigantur. Ex Pace Gallo-Sabaudica illustrantur imprimis articulus I, IV, V, & XIII, monenturq; nonnulla, quæ huc transcribere singula operosius foret instituto nostro. Concludit deniq; Auctor, nihil superesse ad summam rei, nisi ut tota Historia conventuum, qui hujus seculi finem insignivere, decore prudenterque consignetur: sive ad exemplum Operis Conringiani de Finibus Imperii, cui nunc plurima supplementa parata snt, sive quis Wicquefortii ductui, libro II, capite XIV egregie repræsentato malit inhærere, & non tam jurium, quam rerum transactarum Historiam, pragmaticam scilicet & civilem, condere.

*HISTORIA VITÆ ET OBITUS JOHANNIS LUDOVICI FABRICII, scripta auctore JO. HEINRICO HEIDEGGERO.*

Tiguri, typis Davidis Gesneri, 1697, in 4. Constat plag. 20.

**M**agnorum virorum meritisq; vel in Ecclesiam vel in Rempublicam eminentium vitæ literis consignare, laudabile semper in orbis eruditorum institutum fuit. Nam & æquissimum est, non pati eorum famam cum corporibus interire, sed eandem, quantum licet, cum seculorum perpetuitate exzquare: magnumque excitatoribus ingeniiis addit stimulum, intueri in alios, in quibus virtutum decora tam pulchre exsplendescunt. Hoc enim dum faciunt, conantur quoque subinde, quæ tam pulchra atque honesta sunt, laudumque præconiis post suprema etiam fata feruntur, studiosa imitatione adsequi. Ut taceamus nunc, multa in relationibus hujus generis contineri, quæ ad rerum memoriam conservandam, temporumque illorum historiam penitus cognoscendam, egregie faciunt. **Quis propter magnam ce-**

leberrentis in Helvetiis Theologus *JO. HEINRICUS HEIDEGGERUS* inii a rerum otiosis gratiam, cum *JOHANNIS LUDOVICI FABRICII*, summi inter Reformatos Theologi, haud ita pridem placide defuncti, vitam atque obitum eleganti utique commendatione delineavit. Nam ut ipse *Fabricius* ad sublimem eruditionis apicem feliciter erat enixus, summisque muneribus in ecclesia atque academia Heidelbergensi adhibitus, ita non possunt non eximiae virtutes resque gesta tanti Viri mereri, ut in publicum orbis eruditi theatrum producatæ, seculorum memoriae diligenter commendentur. Quod cum singulari dexteritate, qua polluit, præstiterit *Heideggerus*, & Rempubliacam sibi obstrinxit, & specimen amicitiae honestissimæ edidit erga amicum studiorum consiliorumque omnium socium, quod æmulatione alios accendere porquam idoneum fuerit. Sequemur enim vero ejus vestigia, Fabriciumque Lectoribus nostris, qualis erat, cum tantus fuisse dicatur, conspiciendum sistemus.

Natus est *Jo. Ludovicus Fabricius* Scaphusii, Helvetiorum Pago primario, die 29 Julii anni seculi hujus trigesimali secundi, patre *Jo. Fabricio* anno 1630 vi externa e Palatinatu in exilium ejecto, & a Scaphusianis promptissime recepto. Fuit vir ille litteris sic satis excultus, quique, ut *Fabricius* noster familiari in sermone retulit, adversus *Rosæ Crucis Fratres* calami quoque telum strinxit, cujus quidem Sectæ auctorem fuisse *Jungium*, Mathematicam Hamburgi professum, eumque librum, cui titulus est *Fama Fratrum Rosæ Crucis* cudisse, pariter ex ore Secretarii Heidelbergensis, rei illius conscii, confirmavit. Matrem habuit *Evam*, *Georgii Fischeri*, civis Wislocensis filiam. Sexto ætatis anno domesticos intra parietes litteras Germanicas atque Latinas addidit. Quamvis vero A. 1638 patrem amiserit, non destitit tamen sollicita admodum pro filio mater fidis eundem magistris committere, qui virtutis & eruditionis omnigenæ femina tenerissimo concederent animo, quæ in amplissimas olim fruges adolescerent. Cum vero eas doctrinas, quibus ingenua juvenus impertiri solet, feliciter hausisset, *Coloniam Agrippinam* petiit, ubi & meditationi mature adsuevit, a corporis quippe atque oculorum imprimis viribus desertus, & lectioni auctorum classicorum, Poëtarum præsertim Græcorum & Latinorum, strenue incubuit, Philosophiamque pene totam delibavit, ubique memorie localis subsidia hinc inde conquesta cum judicio ad.

1632

1638

1646

adhibens. Redux deinde Scaphusium, Hoferi opera in Philosophia  
 ulterius profecit, Alstediique Cyclopædiam in usum suum convertit.  
 Gestiens autem Coloniae repetere, in viam se dedit, cumque haud  
 diu ibi sedisset, fratrem Heidelbergam abeuntem comitatus est, quor-  
 sum & matrem atque sororem abduxit. Postea Ultrajectum abiit,  
 & Gisberto Voëtio diligentissime operam dedit, qui eum vicissim, in-  
 genio juvenis impense delectatus, diu summa fovit benevolentia. Hic  
 cum doendi licentiam impetravisset, Chronologicas Tabulas, Histo-  
 riam usque ad Constantini aetatem continentes edidit; Ordines quo-  
 que Ultrajectinos comitissimo sermone compellans. Ea in oratio-  
 ne artificialem memoriam, quam singulariter aestimabat, summopere  
 commendat, eamque a Simone Ceo inventam, postea a multis maxi-  
 ma eruditione viris usurpatam atque excoctam, a Schenkelio Lovani-  
 ensium systema redactam, ab Alstedio interpolatam, a Torrentio de-  
 nique Lipsiensi perfectam fuisse, memorat. Quanquam iudicium Fa-  
 bricii, quod senior hac de arte tulit, memoratu dignum sit: artificio-  
 sam memoriam usui esse posse, si ex veris rerum naturæ & humano in-  
 genio consentaneis principiis, non ex impostorum, quorum in nu-  
 merum Schenkeliuum & Cæcilium Frey reponit, præceptionibus peti-  
 tur; sed vix eam ex scriptis addisci posse, sed viva vocis doctrina & ex-  
 empilis, præeunte præceptore, opus esse. Ipse interim huius arti junxe-  
 rat & artem notatoriam, quæ usus exiguo tempore plurima scripsit.  
 ipse, excerptis atque exceptis. Cum ergo studia ejus fierent jam ma-  
 gis magisque conspicua, Antonius de La Lane præsidii Reesani guber-  
 nator adfuit hominem, filiique sui ætati & studiis præfecit, & utram-  
 que Parisios misit. Hæc in urbe hac regni principe quatuor integros  
 cum dimidio annos, summis Viris, Dallæo, Drelincurtio, Falcario, Me-  
 trezatio & Albertino familiariter usus, Dallæo imprimis, cui multum  
 se debere confessus est semper. Heidelbergam reversus, de Theolo-  
 gia principio conscriptam accurate disputationem, ipso Carolo Ludovico  
 Electore præsentem, sub umbone Friderici Spanhemii sustinuit. Hoc  
 tempore cum Jo. Henrico Heideggero, recensionis hujus auctore, a-  
 micitiâ contraxit arctissimam, quæ in summa animorum studiorum-  
 que consensione ad finem usque vitæ utriusque perduravit; quæ sum-  
 ma voluntatum conspiratio effecit quoque, ut eodem anno ad supre-  
 mos in Philosophia honores capebendos animum uterque appelleret.

1648

1651

1650

1657

Paulo post vero Fabricius ad sacram functionem ordinatus fuit, licet ipse nondum esset certus, cui Ecclesie præponendus foret; interea vero Græcam linguam extra ordinem profæteri iussus. Hanc spartam nactus, de omni re Philosophica disputantes suo frequenter præsidio moderabatur. Præfectus deinde est *Ludovico de Rothenbild* Baroni Sætionensi, quem Elector ex sanguine suo genitum impense diligebat. Sic factum est, ut sub anni finem in Galliam iterum proficisceretur, Salmurii pedem fixurus, & ex mandato Principis, cum *Amyraldo*, de concordia Ecclesie procuranda consilia initurus; a quo licet magno ipse honore affectus esset, non tamen temperare sibi potuit, quin subinde, quam parum utiles essent ejusmodi in disputando argutia, Studiosos submoneret. Salmurii Cadomum concessit, in qua

1659

urbe tum temporis conversationes litterariae, ut dicebantur, a viris doctissimis stans diebus celebrabantur, quibus & Fabricium interesse sæpe contingebat. Qui tamen, cum Heidelbergam vix redux factus esset, statim cum Sætionensi Hagam Comitum Electoris iussu abiit; ubi cum substitisset per tempus, in Angliam trajecit, nec ibi diu moratus Caletum transfretavit, ubi in diversum discedentes Baro & Fabricius, ille Lutetiam, hic Lugdunum Batavorum petiit. Hic litteræ eidem

1660

a Senatu Academico adferantur, quibus ad docendam Theologiam Heidelbergam vocabatur. Statim vero ipse parere constituit, & ad suscipiendam functionem oblatam se comparare coepit, petitis quoque ac obtentis, *Coccejo* brabeuta, summis in Theologia honoribus. Et Coccejum quidem semper fecit maximi, ita tamen, ut vilia nonnulla a pretiosis separare consueverit. Professionem Theologicam oratione de *immortalitate animorum* auspicatus est, cui mors alumni in Gallia defuncti occasionem dederat. Cum ita eo in munere latera cingeret doctissimorum Virorum, Hottingeri puta atque Spanhemii, summa fide, studio atque dexteritate muneri suo satisfacere conatus est. Interea commissa ipsi quoque fuit tum directio studiorum Principis hæredis Electoralis, & ephoria Collegii Sapientia, nec non & professio Philosophia. Hoc inclusus spatio diligenter se exercuit, & mox meditationes varias luci exposuit publicæ, quas inter illa imprimis excelsit, quæ de *meditatione* in genere agit. Edidit deinde *Typum disciplinarum omnium*, & meditationem geminam, qua subtiliter, contra *Hobbesium* imprimis. Deum infinitum a finito intellectu concipi non posse  
asse-

affeverantem, disputat. Quo labore defunctus *Apologiam pro humano genere contra Atheismi calumniam* texuit, quam in Actis huiusce A. 1683 pag. 176. a nobis recensitam meminimus. Scripsit & *de symbolica visione Dei* disquisitionem elegantem. Instituit porro *de ludis scenicis* disquisitionem, quos agere juventuti politiciori & licitum esse, et ad mores formandos, et ad hominum animos dignoscendos, & ad rerum cognitionem animique presentiam conciliandam aliaque multa necessarium quodammodo esse, idoneis argumentis confirmat, & contra adversarios obstrepentes defendit. Secura deinde alia disquisitio est *de controversia de persona Christi* Evangelicos inter agitata, in qua id ostendendum sibi sumserat, litem omnem tantis studiis disceptatam in solis loquendi formulis consistere; quanquam varie ipsa a parte adversa accepta est. Eodem fere tempore *de Baptismo infantibus hereticoxorum* conferendo commentatus est, quos non ex libera parentum voluntate, sed vi & coactione legis civilis, Ministro oblatos sacro fonte non abluendos esse sciscit. Porro *Euclidem illum Catholicum*, septem epistolis distinctum, & genere scribendi mire festivo & sarcastico conscriptum, publici juris fecit, fratribusque Walenburgis inscripsit. A Comenio de *visionibus & revelationibus novis*, quales ille evulgaverat, consultus; respondit, quamvis bonos & afflictos suspicionibus onerare subvereatur merito, sibi tamen videri, visionibus istis atque predictionibus nil supra naturam et imaginationis morbum inesse. Cum vero Jo. Durau pacem inter Protestantes vellet constituere, Fabricio quoque id negotii commendabat sedulo, cui tamen ipse, intercedente Principe, quod dolebat, immiscere se ausus non est. Cogitavit interim de ineundo matrimonio, virginemq; nobilissimam *Agnetem Sibyllam de Bildebeck* duxit. Circa hoc tempus exercebant Mittelburgensem Ecclesiam contentiones *Johannem inter de Labadie & Ludovicum Wolzogium*, praevalidis utriusque partibus, Fabricius de hac causa consultus pacem serio suasit, & ne novo schismati majoribusque turbis occasionem subministrarent, rogavit; partibus autem, quibus involvere eum nonnulli volebant, prudenter abstinuit. Qualem etiam considerationem circa doctrinas vulgo non receptas, qualis illa est *de regna Ecclesia florentioreque ejus statu*, imprimis commendavit. Cum deinde *de Spinoza Tractatum Theologico-Politicum* primum oculis suis videret, horribile scriptum, effusamque licentiam & blasphemandi furorem

1664

1665

1666

1668

1669

1671

1673

rem summopere detestatus est; magna quoque circumspeditione usus, cum ex mandato Electoris Mathematicam professionem offerre homini iussus esset, ut religioni consuleret, Spinofamque ab accipienda conditione averteret. Ipse vero a Franekeranis ad professionem Theologicam invitatus, accedere noluit, altercationes atque lites, quibus tum temporis collidebantur in Belgio Theologi, reformidans. Incidebant annis insequentibus ea tempora, quibus per Gallorum arma in Palatinatum ingens invehebatur vastitas, & misera quoque Heidelbergæ erat facies; in quo tamen rerum statu, Fabricii prudentia, Academia ista ab interitu feliciter est vindicata. Ea tempestate *Tinensis Episcopus*, ortu Belga, Regis Hispaniæ Consiliarius, quem *Patris Roche* nomine venisse meminimus, concordiam inter dissidentes in religione conciliaturus, aulas Principum obibat, cumque de Palatini Electoris favore multum sibi pollicitus esset, Cæsareis literis instructus Heidelbergam venit, Baronis Keimenfis nomine assumpto. Disceptandæ hujus causæ negotium Fabricio demandatum fuit, ea dicta lege, ut cum Tinensi quæstionem præcipue de imperii civilis politia circa Ecclesiæ regimen institueret. Versatus in eo negotio est Fabricius integra fide & summa conscientia, ut cum Hierarchiam Romanam cum Ecclesiâ conciliari non posse, jam dudum esset persuasissimus, hominem intempestive solertem protelaret. Præsertim cum satis pateret ejus consilia, non ut pacem sanciret, sed ut per amicitia redintegrandæ speciem Protestantium colla Papæ dominationi subjiceret. Libentius in se suscepit negotium, quod Elector concordia studiosissimus ipsi imposuerat, ut nempe dissensiones inter Protestantes, si qua fieri posset, sopirentur, instituto eam in tem cum Menzero & Gerlachio, imprimis vero cum Conringio & Calixto commercio literario, cui tamen quod evenit minus responderit, mors Electoris & Conringii impedivit. Interea tamen, cum Elector templum Concordiæ Manheimi fundasset, Fabricio sermonis primi officium, licet invito, impostum est, qui & Liturgiæ communis in Ecclesiis Palatinas Evangelicas introducendæ auctor extitit, quæ quidē cum ad Darmstadios & Helmstädienses missa esset, ut iudicium subiret, ab illis quidem rejecta, ab his vero utroque pollice probata fuit. Carolo vero Ludovico die 20 Augusti demortuo, dici non potest, quam perniciosæ insidiæ Fabricii famæ atque fortunæ a sycophantis structæ fuerint, quas ille recte agendo potius quam

1674

1676

1680

quam scriptis defensionibus refutavit; nec, iterum a Franckeranis vocatus, venire voluit. Non desinebat interim Palatinos tentare Tinensis Episcopus, quantumvis frustra semper. Successit mors Electoris Caroli sine prole decedentis, quæ in luctus infinitos conjecit Fabricium. Edidit vero hoc anno triplicem dissertationem, unam, qua ostendebat, controversiam *de fide infantum* inter Evangelicos nullam esse; & aliam, *de baptismo per laicum vel mulierem* administrato, quam quæstionem non ad capita fidei, sed ad ea, quæ boni ordinis sunt, spectare adfirmabat. Hic singularis ejus animi moderatio clarissime eluxit, cum hostem, quem senserat capitalem, grave Dei judicium perculit; hunc enim, cum sententia sua mirum quantum adfligere posset, benefaciendo potius ulcisci voluit. Cæterum liberum Romani cultus exercitium per universum Palatinatum introducebat novus Elector; cui conatui licet intercesserit frustra Fabricius, hoc tamen ab Electore impetravit, ne exercitium simultaneum in templis Evangelicorum introduceretur. Et quia *Quæstio octogesima Heidelbergensis Cathœbismi* valde impetebatur, evulgavit Fabricius dissertationem Historicam aliasque observationes peritiles. Ingruebat haud ita multo post fœnestissimum bellum, quo totus Palatinatus, atque Heidelberga crudeliter a Gallis devastata fuit. Hic cum complures Pastores Palatini Gallis obfides darentur, Fabricio ea gratia facta est, ut cum familia in Helvetiam proficisci potuerit. Substitit parumper Tiguri, Tiguro vero Badam concessit, & inde per Neoburgum & Ratisbonam, Heidelbergam a Gallis desertam rediit. Hic Leidam vocabatur ad professionem Theologicam, obsequium tamen suum pro more negavit. Intervenerunt tamen nova Ordinum Fœderati Belgii consilia, quibus Fabricium Angliæ Regis suoque nomine in Helvetiam ablegare res suas curaturum statuerunt. Cessit petitioni instanti, & Tigurum feliciter appellens injunctas sibi curas prudenter executus est. Valdensibus restituendis præclaram operam hæc occasione navavit, quam ob causam Genevam quoque excurrit, & paulo post cum Duce Sabaudiz Ordinum jussu pactum & fœdus iniit; quo confecto Heidelbergam remigravit, & pene collapsam Ecclesiæ Palatinæ statum deprehendit, unde ingravescentibus malis ad exterorum, Helvetiorum imprimis, auxilia subsidia se convertit. Turbatus tamen mediis istis in curis a Tinensi est, qui & litteris eum urgebat, &

1683

1685

1688

1689

1690

1692

1696  
1697

ut a *Cæsare* Viennam evocaretur, perfecerat, quorsum tamen concedere noluit; cumque Tinenfis ipse Heidelbergam rediisset, ipsum re infecta discedere oportuit. Sed jam novissima Heidelbergæ fata imminebant, quæ horrendo excidio ab exercitu Gallico deformabatur. Fabricius autem illa tempestate prævisa, Eberbachum atque inde Francofurtum secedens, Archivum Palatinum Ecclesiasticum & Academicum in loca tutiora transtulerat. Francofurti cum esset, Ecclesiæ semper Palatinæ in tanto discrimine studiose invigilabat, præcipue cum Cleri Romani mobitionibus in magnum periculum adduceretur. Sic cum variis curis infestaretur Fabricii animus, instabat ei suprema necessitas, cum lethalis morbus die 4. Januarii anni superioris ipsum invaderet; in quo cum versaretur, ut varia animi ad mortem subeundam imperterriti, & fidei devotionisque singularis edidit specimina, deque rebus variis prudentissime doctissimeque disseruit, ita placide demum die 1. Februarii expiravit.

Hæc de vita & morte eruditissimi Fabricii eleganter commentatus est celeberrimus Heideggerus: quo opere ut erexit sane amicitia monumentum ære perennius; ita ipse quoque ob rara in Rempublicam litterariam merita dignissimus est, cui similibus nunc opera ab alio præstetur. Hoc ipso enim tempore, quo hæc consignata a nobis litteris sunt, fama nunciat, rebus humanis eximium Virum valedixisse.

**CONCILII TRIDENTINI ADEOQUE ET PONTIFICIORUM**

*Doctrina publica, exhibita a PAULO ANTONIO, S.S. Tb.*

*L. P. P. & Confess. Magd. Affect.*

Natz, apud Jo. Frid. Zeitlerum, 1697. 8. plag. 12.

**P**Eculiari equidem edicto cavendum olim Pius IV Papa censuit, ne cui, prout liberet, Concilii Tridentini decreta liceret exponere, privataque auctoritate interpretari, sed ut, si cui dubium aliquod oriretur, ad Sedem ille Apostolicam accederet, quæ per delegatos eam in rem Cardinales id resolveret atque enodaret. Prohibitionem tamen istam ad eas solum difficultates sequentibus temporibus restrictam fuisse constat, quæ peculiari ipsiusmet constituentis declaratione egeant. exceptis omnino iis, quas e regulis Juris Doctorumque resolutionibus decidere haud grave sit. Natz hinc fuerunt plures istius Concilii



Concilii editiones, quæ decreta ejusdem canonesque diversis illustratos annotationibus exhibuerunt. Quemadmodum enim Cardinalium declarationes collegit Joannes Gallemartius, sic citationes Johannes Sotellus & Horatius Lucius, Theologus ille, hic Jureconsultus, ac remissiones, quas vocat, Augustinus Barbosa addidere. Sed & novas præterea additiones Jureconsultus Casaraugustanus, Balthasar Andrez, submitit, prout varias Rotæ Romanæ decisiones eodem spectantes Prosperi Farinacii museum suppeditavit. Quæ singula in unam Concilii Tridentini editionem, anno 1664 Colonia Agrippinæ vulgatam, constipata prostant. Et harum quidem annotationum auctores mentem Concilii non explicare solum, sed & defendere imprimis, postulante id, quæ eidem se obstrictos norant, fide studuerunt. Neq; tamen est, cur ab Ecclesia Pontificia alieni conquirentur de defectu istiusmodi annotationum, unde ea haurire concedatur, quæ Tridentinis placitis opponere quis valeat. Nota est in vulgus opera, quam (ut alios nunc omittamus,) e Lutheranis Martinus præcipue Chemnitius, atque e Reformatis Jo. Henricus Heideggerus huc pridem contulit. Nec talibus carere notis patitur novam hanc Concilii Tridentini editionem in studiosæ Juventutis usum abs se adornatam publicis in Academia Fridericiana, quæ Halis floret, Theologiæ Doctor, Maxime Reverendus Antonius, qui insuper enotanda sibi sedulo sumit insigniora illa loca ex Augustana Confessione aliisque scriptis nostratium publicis, quibus Concilii hujus verba aut aperte aut tectius opposita deprehendit; quorum allegationem textui quandoque ipsi inspergit, quandoque ad marginem apponit, totus adeo in id incumbens, ut sub uno conspectu thesin æque ac antithesin exhibeat, Lectorisque suos ad verum controversiæ statum cognoscendum manducat. Ut autem brevitati modis omnibus studere nititur, ita bonos non raro Auctores in supplementum abs se dictorum consulendos allegat. De cætero Concilii Tridentini verba, quæ ad doctrinam faciunt, integra plerumque apponit, utque rerum ac rationum nervi ubique eo melius percipiantur, indicia eorum diverso typorum genere impressa sistit. Sed cum in Sessionibus Concilii hujus non dogmatica modo, verum & plurima canonica, sive decreta ad Jus Pontificiorum Canonicum spectantia occurrant, ea penitus hinc semover, neque nisi obiter & in compendio insinuat, quæ ad Sessiones ab ipsismet Tri-

dentinis sæpe interruptas, sæpe prorogatas, sæpe rebus aliis impensas faciunt, & ex decretis de reformatione ea solum adducit, quæ ad scopum suum quid conferre arbitratur.

*SAMUELIS STRYKII ICTI TRACTATUS DE ACTIONIBUS  
Forensibus investigandis & caute eligendis, ut & de A-  
ctionum Præscriptione.*

Halæ Magdeburgicæ, apud Henr. Joh. Meyeri hæc. & Godofr.  
Zimmerman, 1698 in 4. Constat pag. 67.

**R**Em non minus necessariam, quam gratam iudicibus patronisque causarum facturum Illustris Auctor, utilissimam de Actionibus investigandis & eligendis materiam aggressus publicisque XI Disputationibus complexus est. Quoniam enim fori usus nomen actionis in libello exprimi haud desiderat, cæco nonnulli impetu in eum prolapsi sunt errorem, quod supervacua sit hodie actionis indagatio; cuius factis acerbis sentiunt poenas, vel imperite iudicando, vel actionem non competentem aut non salutarem eligendo. Itaque ante omnia supra laudatus Auctor actionem accurate investigari, & ex pluribus concurrentibus eam, qua vel facilius vel brevius vel plenius suum quis consequi possit, eligi jubet: totam vero hanc doctrinam quatuor persequitur sectionibus, quarum prima Actiones personales, secunda reales, tertia Actionum præscriptionem, & quarta appendicis vice, diversas temporum præscriptiones recenset; frustra enim contenditur actione mota, quæ exceptione præscriptionis eliditur. In singulis partibus ita versatus est, ut theoriæ praxeosque curam gereret, institutum vero suum sedulo oculis præfigeret, ne, de investigandis eligendisque actionibus tractaturus, ad specialem considerationem actionum, cui, adversus quem, & ad quid darentur, attentius, quam materia postulabat, transiret. Hinc, ut ex multis pauca referantur, obligationem ad alimenta ex facto generationis deduxit, ostenditque quam bene ea sententia conspiret cum moribus, etiam ex damnato coitu natis alimenta decernentibus. In remedio *l. 32. ff. d. reb. cred. ob generalitatem rationis, extensionem ad casus alios, secus atque nonnulli sentiunt, permisit: & actione communi dividundo præ actione pro socio electa, quantum sit in spe adjudicationis commodi declaravit.*

Sect. I. m. 2.

§. 9.

d. m. §. 46.

ravit. Ad Cambiorum materiam delatus, diversitatem ex personis inter-  
 venientibus & circumstantiis enascentem circa producendas actio-  
 nes diligentet excusit; præterea Actionem de recepto contra præfe-  
 ctum postarum veredariumque ordinarium locum invenire, rationi-  
 bus & præjudiciis adversus dissentientes confirmavit. Actionem Furti  
 in duplum vel quadruplum perperam abrogatis accenseri monuit, at-  
 que in concursu interdicti unde vi, remediique *c. sape 18. X. d. rest.*  
*spol. & can. redintegrandæ. III. q. 1.* postremum reliquis juxta usum  
 fori præferendum esse duxit. Immissionem ex *l. f. C. d. edict. D. Hadr.* Sect. II. m.  
*roll.* non produci posse ad codicillos contendit. Quam late pateat usus  
 utilis confessoria & negatoria actionis manifeste exposuit, normamque  
 alterutrius eligendæ in eo constituit, quod in libertate naturali fun-  
 damentum quærentes negatoriam, in privilegio aut jure singulari au-  
 tem confessoriam actionem eligereteneantur. Postea præscriptio-  
 nem Actionum ope axiomatum inculcavit explicavitque; unde præ-  
 scriptionem accusationis hodie ad inquisitionem produci ostendit, re-  
 cteque feudum ecclesiasticum 30 annis præscribi, contra Pagenstecher-  
 um defendit. Denique diversa tempora præscriptionum e. g. mo-  
 mentorum, horarum, dierum, mensium, annorum, petitis ex vario  
 jure exemplis, commemoravit. Ad calcem tractationis accessit, ob  
 affinitatem materiae, Dissertatio de Juribus & Actionibus non cessibili-  
 bus, a Christophoro Schucharto quondam sub Excell. Auctoris præ-  
 sidio habita.

m. 6. §. 22,  
 m. 7. §. 18,  
 m. 9. §. 36.  
 m. 10. §. 6.  
 Sect. II. m.  
 2. §. 22.  
 m. 3. §. 11.  
 m. 4. §. 5.  
 Sect. III. m. 2.  
 ax. 5. n. 7.  
 d. Sect. m. 3.  
 ax. 5. n. 9.  
 Sect. IV.

**D. LUDERI MENCKENII, SUPREMÆ CURIÆ PROVINC.**

*Lips. Affessoris, Tractatio Synoptica Institutionum Juris Jusini-  
 anearum Theoretico-Practica usui moderno Imperii, &  
 præcipue Saxonico, accommodata;*

Lipsiæ apud Martin. Theodor. Heybey, A. 1698, in fol. plag. 49.

Quam in sublevando Juris studio circa Pandectas suscepit curam  
 præterito, eam præsentis anno ad Institutiones produxit Auctor  
 Consultissimus, ratus ex paritate methodi iis, qui Juri operam dant, viam  
 ad Digesta multo fore expeditiorē. Ac proinde id egit sollicito, ut com-  
 mentatio hæc ad Institutiones, in formam tabularum redacta, singu-  
 lorum titulorum paragraphorumque ordinem ac summam, cum

necessario definitionum, divisionum, declarationum & materiarum supplemento complecteretur; ita enim studiosæ Juventuti novum credidit adminiculum in apprehendendo & repetendo Jure iri comparatum. Experientia docet, nihil magis cupidas Studiosorum mentes remorari, quam deficientem facultatem præparandi animum ad cognitionem necessaria Juris fundamenta in ipso collegio Institutionum proponenda & confirmanda; præterea discendi cupiditate ardentem, principiis theoreticis practicisque recte intellectis, difficultate repetitionis angere: itaque ut utrique, pro virili sua, obviam iret impedimento, auctorem eorum, quæ solidam Institutionum peritiam sectanti præmittenda non sunt, in tabulas conjecit, inciditque diligentiam illorum, qui indagaturi sunt § §. sententiam, per numerum majusculis literis impressum, nec non axiomata casuum decisioni applicata sub finem titulorum, ut in promptu essent, collocavit; ista tamen cum circumspeditione, ne eadem regula sæpius prelo repetita chartam oneraret. Præmisit autem tabulam nexum titulorum in Institutis sistentem, & præter potissimas divisiones, sub literarum diversitate, titulos usitatissimos referentem, quo singula perillustrare aut repetere impeditus titulos, qui maximi sunt usus, reliquis præferret memorizque fidelis committeret. Deinde, quoad fieri potuit, eandem, quam in Pandectis observavit, proponendi, dividendi, definiendique rationem secutus est, ut iter per amplissimam Pandectarum tractationem æqualitate methodi instrueretur. Sed quia ante undecim secula conscriptæ Institutiones haut exiguum exigunt definitionum, divisionum, declarationum ususque moderni supplementum, curam adhibuit, ne quid necessarii in his desiderari posset. Quo instituto computationem graduum ministerio schematis, Latinum Germanumque idioma simul exhibentis, adjuvit, successionemque veterem paucis, novissimam studiosius, est executus. Pariter ordinis facilitate ususque hodierni haud perfunctoria tractatione in primis subvenit titulis intricatis, e. g. de fidei commissariis hæreditatibus & ad Scutum Trebellianum, de satisfactionibus &c. nec non a prolixitate notissimis, v. g. de rerum divisione & acquirendo ipsarum dominio, de legatis, actionibus &c. Jus controversum, quod circa Institutionum interpretationem variis se ingerit locis, haud neglexit, neque tamen amplius, quam res institutumque desiderabat, tractavit, ad probatissimos JCos remittit-

mittendo & observantiam Imperii Saxoniaeque fideliter recensendo. Specialiora ex singulis titulis addi possent, verum ea brevitate studio L. B. in perlustrando industriae relinquimus consideranda.

*DE LAPIDE ANTIATI EPISTOLA AD ILL. AC REV. DOM.  
FRANCISCUM AQUAVIVAM &c. Autore FRANCISCO  
BLANCHINO.*

Romae, typis Antonii de Rubens, 1698 in 4. Plag. 3. cum fig. 22.

**A**Ntium, Campaniae Romanae ignobile haecenus oppidum, celebrari sermonibus hominum coepit, ex quo tempore hodiernus Pontifex Maximus navale ibidem non sine ingenti sumptu restituere constituit. Huic fini dum fossores antiqua rudera versarent, inciderunt forte exeunte anno superiore in fragmentum marmoris, pavimento splendoris operis olim adhibitum, cujus superficies superior diligenter laevigata, ima vero & quae solo adharebat, impolita quidem ac rudis, duplici tamen signaculo insignita deprehendebatur. In horum signaculorum, quae plumbo lapidis lacunis olim infuso, & altius quidem, ne ex attritu soli vitium caperent, impressa erant, altero imago Hadriani Imperatoris exhibetur, simillima omnino ei, quae frequens in ejusdem numismatibus occurrit, cum inscriptione, HADRIANVS AVGVSTVS: in altero solae litterae L. COC. nomen L. Cocceii prodentes comparent. Eorum interpretationem cum Vir Illustrissimus & Reverendissimus Franciscus Aquaviva Aragonius, ex Atriae Ducibus Archiepiscopus Larissensis, & Pontificis Cubiculo hoc tempore Praefectus, a Viro Clarissimo saepiusque a nobis in Aetis hinc laudato, Franciscus Blanchino Casparis F. Veronensi, S. Th. D. S. M. ad Martyr. de Urbe Canonico & Bibliothecae Otthoboniana Praefecto requisivisset, eam hic prompto obsequio aggressus est, atque ita praesens ipsi subnata commentatio, ex qua pauca delibasse quid prohibet?

Primum vero monet, Hadrianum Principem duos praesertim secessus frequentavisse, Antiatem & Tiburtinum. Et de Tiburtino quidem nihil porro memorandum duxit, quod ab Athanasio Kirchero aeneis tabulis graphice delineatus jam esset, & a Pyrrho Ligorio lutescente, sed luci publicae nondum exposito, commentario illustratus.

tus. Antium vero oppidum jam olim Principum otio & vacation a civilibus curis dicatum, magnificisque ac splendidis ædificiis exornatum fuisse, comprobatur. Nero utique, quod Antii natus esset, magno studio villam, Suetonio teste, profecutus est, colonia iterum deducta, portuque operis sumptuosissimi facto. Hadrianum vero in Antiati agro regiam suam statuisse, qua præ cæteris Augustorum secessibus delectaretur, testem advocat Blanchinus certissimum, proximum nempe ab Hadriano scriptorem Philostratum, qui in Vita Apollonii Tyanei l. 8. c. 8. p. 421, cum de Apollonii libello Pythagoræ sententias ab Oraculo Trophonii comprobatas complexo dixisset, libellum istum narrat una cum Apollonii epistolis quibusdam, post mortem Apollonii ad Imperatorem Hadrianum fuisse delatum, & ab hoc ista omnia in regia, quam Antii habebat, fuisse collocata, *quod præter cæteras Italia civitates Antio maxime delectaretur.* Ex quo factum etiam, ut illuc ex Ionia familiares omnes Apollonii confluerint, & incolas oræ Antiatis permixti florentissimam juventutem præceptis Philosophiæ, quæ ab Apollonio nomen consecuta est, imbuerint. Hinc vero manifestum esse colligit, fragmentum hoc lapidis apud Antium nuper effossi pavementum indicare splendidissimi ædificii ab Hadriano in villa ista, quam adeo in deliciis habebat, regio cultu exstructi. Neque minus villæ magnificentiam comprobari censet ex monumentis aliis longe nobilioribus, ibidem jam patrum memoria repertis & in Urbem transvectis. Nam & Apollinis signum, quod inter elegantissimas Urbis statuas referri consuevit, & in hortis Vaticanis visitur; & celeberrimam istam gladiatoris statuam, quæ in hortis Burghesianis custoditur, aliaque illius villæ ornamenta; quin & complures elegantis sculpturæ statuas, quæ hodie in suburbana Pamphiliorum villa ad Janiculum spectantur, imprimis Cybelem sive Junonem Tyriam aut Deam Syriam leoni insidentem, & Berenicem stolatam ac stantem, quas apud tabulis Descriptio Villæ Pamphilianæ typis vulgata exhibet, e ruinis Antii egesta fuisse, idoneis testibus confirmat. Nec silentio prætermittendum, quod novisse omnes Blanchinus asseverat, in fundo hortorum suburbanorum Pamphiliorum in Antiate colonia sito, dum recentissimum opus navale a Summo Pontifice restitutum inchoaretur, duo signa pastorum, unius lac expressum e vase porrigentis, alterius cum hœdo ludentis, fuisse reperta. Cæterum inter causas

alias

alias, cur Antiatem oram Hadrianus frequentaret, & eam Auctor doctissimus censet, quod Princeps abditarum artium, divinitoriae imprimis, astrologicae & magicæ studio impense deditus, Templum Fortunæ, quod apud Antium erat oraculis reddendis celebre, invensum crebro duxerit. Quibus ita expositis, ad alterum ex signaculis plumbeis, quod literas L. COC. exhibere supra innuimus, progreditur, Compendium nominis *Lucii Cocceii* id esse cum nullus dubitaret, & ex Clarissimo Raphaele Fabretto cognovisset, in epigraphe templi Puteolani quendam L. Cocceium Architectum memorari, disquirat primum, idemne forte sit cum hoc Cocceio noster. Id quod negat tamen, cum templum Puteolanum ejusque nuncupationem ad Octavianum Augustum referri debere, cum omnibus fere auctoribus persuasissimum habeat, eoque palam sit L. Cocceium templi illius architectum, cujus nomen in epigraphe ejus legi raro exemplo meruit, vitam ad Hadriani usque tempora producere non potuisse. Nostrum itaque in plumbeo saxi Antiatis signaculo adnotatum, alium putat fuisse, Cocceiæ tamen gentis hominem. Si vero quærat, cur Cocceius hic, cum Principis ac suum nomen ad posteros transmittere decrevisset, utrumque tamen ita occuluerit, ut nemini nisi opere subverso pateret: (signacula enim superficiei lapidis imæ, quæ solum spectabat, impressa jam supra diximus) ejus rei non desunt Blanchino ingeniosissimo conjecturæ. Primum enim Hadrianum ipsum ædificiorum plurimorum auctorem, ut decretum etiam ei in nummis elogium fuerit *Restitutoris Orbis Terrarum*, in appositione tamen sui nominis temperantem & moderatum haberi voluisse observat; quod vel ex his Spartiani in Hadriano n. 19. verbis elucescat: *cum opera ubique infinita* (Hadrianus) *fecisset, nunquam ipse, nisi in Trajani patris templa, nomen suum scripsit*. Deinde tanto minus monet ausum esse architectum proprium exponere nomen suum, quod Principem a suo temperare nosset; maxime quod apud antiquos parcius ille honor inscribendi nominis artificibus etiam præstantibus tribueretur, & Hadriano, teste Dione, insolitum non esset, excellentes artifices ex invidia tollere ac subvertere. Itaque Cocceium putat maluisse nomen suum sub pavimento furtim saxo inserere, Principis tamen imagine, ne, si forte saxum erueretur, fraudi id sibi foret, adjuncta, eaque ex nummo publica Senatû auctoritate decreto petita. Atq; hæc ex Epistola præsen-

ti decerpta suffecerint. Reditura enim sæpius est occasio Blanchini mentionem faciendi, cui non ingenii tantum felicitas & doctrina haud vulgaris, sed cum primis insignis Eminentissimi Cardinalis OTTHOBONI Bibliotheca, cui præfectus est, lucubrationibus id genus pluribus Literarum Orbem dicandi facultatem abunde subministrant.

*VETERIS ÆVI ANALECTA, SEU VETERA ALIQUA MONUMENTA, quæ hætenus nondum visa. Collegit primus, & edidit, & observationes suas passim adjecit ANTONIUS MATTHÆUS.*

Lugduni Batavorum, apud Fred. Haaring, 1698 in 8.  
Constat i alph. 16. plag.

P. f.

**A**nalecta hæc ævi veteris, notis atque animadversionibus suis instructa atque ornata, in lucem protulit, cui plura hujus generis monumenta debemus, in Actis nostris suo quæque loco laudata, celeberrimus Antonius Matthæus, de Historia non minus quam Jurisprudentia præclare meritus. In iis primum locum occupat *Antonii Ponti Hariadenu Barbarossa*, seu Bellum Tunetanum, quod Carolus V Cæsar cum famoso illo pirata Turcico anno 1535 gessit, Halahasan Mahumeti filium, quem alii Muleassem vocant, in Tunetanum regnum feliciter & gloriose restituens. Idem argumentum persecutus est Jovius Hist. lib. 34, cujus fidem alioquin subleſtam in hac parte historiæ minime laborare cenſet Editor, Pontum cum Jovio passim conferens, illumque ex hoc subinde illustrans. Pontus vero, qui huic ipse expeditioni interfuit, Hariadeni ejusque fratris natu majoris Horuccii ortum, progressus & fata breviter exponit, & quibus artibus post Algerios, Tenenses (pro quibus *Teleſinos* substituendos conjicit Editor) Trimeſenses, ab utroque fratre subactos, Hariadenu cæſo ab Hispanis fratre Horuccio, Tunetanum quoque regnum, Muleasse pulſo, in ditionem redegerit, commemorat. Hinc bellum ipsum pro Muleasse reducendo a Cæsare susceptum aggreditur: & in hoc primum Guletam arcem, in intimo Byſæ vel Carthaginis sinu a Barbarossa egregie munitam, post mensis unius oppugnationem a Cæsare expugnatam, nec multo post, copiis Barbarossæ profligatis, Tunetum ipsam ab hoste relictam in deditionem X. Cal. Aug. venisse narrat; atque sic Halahasan restituto finem huic expeditioni impositum fuisse. in qua Cæsaris



faris humanitas, constantia, invictusque animus eluxerit, multisque documentis sit comprobata. Succedit *Ant. Schonbovii Commentatio epistolica ad Corn. Gualterum de origine & sedibus Francorum*, quam licet Bon. Vulcanius ut magni pretii thesaurum sibi servaverit, nec cum quoquam communicare voluerit, Matthæus tamen publico non amplius censuit invidendam. Schonbovii vero sententia de Francis, quam Hadr. Junius quoque, eodem Vulcanio teste, in Batavia est secutus, huc redit: Francos a Trojanis minime oriundos, verum origine esse Germanos, & inter eos Catts potius quam Chaucis adscribendos; ab ultimis vero Germaniæ oris in mediterranea evasisse, atque Gallias suis incursionibus terra marique, inde usque a Probi imperio, & maxime sub Constantio vexasse, easque nonnunquam diutius infedis, ab obitu vero Aetii regnum in iis condidisse. Nomen Francos traxisse vel a libertate, vel a ferocia; plures autem eorum fuisse gentes, ex quibus duarum nomina celebrentur, Saliorum & Ansuariorum. Salios non a fluvio Sala dictos, sed nomen illud domo secum extulisse, & ex veteri gentis consuetudine, ut ait Ammianus Marcellinus lib. 17. cap. 8. sic fuisse appellatos, licet postea inter Moenum Salamque confederint. Immigrasse vero illos antea in sedes Chamavorum, qui hodie Campenses; Bructerorum, quos dicas paludum incolas, ubi hodie Zwolla; Tenterorum, ubi hodie Daventria, & quorum regio præcipua hodiernum Drenta, in qua columnæ Herculis spectentur; Tubantum, quorum regio hodie Tuwente vel Twente. Ab his ergo Francis Saliis adhuc in Bructeris superesse nomen *Saland*, eorumque fuisse legem Salicam, a Pharamundo Rege latam; cujus caput, quo foeminae a regni successione remouentur, Franci in controversia cum Burgundis proferre nequiverint, extet tamen loco aliquo sibi non temere prodendo, ejusque vestigia in Procopio quoque inveniri. Aliam fuisse legem Francorum Gombetam, quæ forte ad Ansuarios spectaverit. Strabonis ævo nomen Francorum fuisse ignoratum, & in alterius gentis Germanicæ nomine delituisse. Sapientes Francorum dictos fuisse *Gastos*, Germanica voce die *Weiseste Sapientissimi* a Gallis corrupta. Sub finem docet, quod genus fuerit Gonildæ Augustæ quæ Henrico III Imp. nupsit. Altera ad eundem Gualterum epistola in etymon Germanorum inquirat, eosque dictos putat primum *Wermannos*, viros ebliccos, & inde a Gallis *Germanos*, mutatione W in G adeo ipsi fami-

p. 57.

p. 69.

- P. 73. familiari, ut se *Gallos* appellarint, quos Germani *Walos* dixerant. Has Schonhovii epistolas excipit incerti Auctoris *Chronicon Belgicum*, idiomate Belgico perscriptum, quod incipit in anno 1285, & desinit in anno 1479, quo nata est Margaretha Austriaca, Maximiliani & Mariæ Burgundicæ filia. Persequitur vero res præcipue Belgicas, & in his Nassoviæ gentisillam familiam, quæ Engelberti matrimonio cum Joanna dominio Leccæ & Bredæ anno 1400 est potita. Alicubi & externa annotat, veluti Ptolemaidem urbem, quæ & *Acon*, atque adeo ab auctore Belgice *Aken* appellatur, a Gentilibus, hoc est Saracenis, anno 1292 fuisse destructam; Comitem autem Nivernensem aliosque magnates a Turcis fuisse captos proelio anno 1396 d. 28. Aug. quod aliud esse non potest, nisi famosum illud ad Nicopolim inter Sigismundum Regem Hungariæ & Baiazethem Turcarum Imp. depugnatum; quæ res Christiana temeritate Gallorum, inter quos præcipuus Johannes Burgundus Comes Nivernensis, summum in discrimen fuit adducta. Editor vero in notis subjectis existimat subesse mendum, & aliud proelium innui inter Ludovicum (forte Vladislaum) & Amurathem commissum. Annexum est huic Chronico *fragmentum alterius Chronici*, quo Johannis primi, Hannoniæ, Hollandiæ Selandiæq; Comitum, anno 1305 defuncti, ejusque filii Wilhelmi Boni anno 1337 extincti, res gestæ exponuntur. Quando vero & qua occasione Hannonia Flandris subdita acceperit Comites, in notis docet Editor; qui & aliud *fragmentum Chronici rhytmici* adjecit, de Margarethæ Imperatricis, Ludovici Bavari viduæ, proelio cum filio Wilhelmo, & Delfensium rebellionem contra Albertum Ducem anno 1358, quibus coherent alii rhytmignomici. Deinde comparet *Joannis de Lemmege Chronicon Groninganium*, in quo, præmissa divisione Frisiæ primum in septem, postea in tres partes, Groningam anno 1110 primum muro circumdatam memorat. Editor vero in notis observat, ab Episcopo Ultrajectino Harberto anno 1138 iterum fuisse nudatam muris, iisque adhuc anno 1222 caruisse. Auctor Chronici vetustiora illa sicco pede præterit, ad annum vero 1345 notat, Wilhelmum Com. Holl. Ultrajectum occupasse exercitu centum & octoginta millium armatorum, in quo fuerint sexcenti proceres auro gestato dignitatis suæ indicium præferentes. Quem numerum alii quidem ab Editore laudati minuunt, at qui minimum ponunt, centum millia & octingentos nominant. Hinc

Auctor

Auctor attingit Alberti Bavari Comitis Hollandiæ in Frisios bella, ejus filii Johannis in Groninganos studium, horum foedus cum Ommelandis, certamina cum vicinis, motusque civiles, Senatu urbis anno 1419 trucidato, & desinit in Friderico a Blanckenheim Episcopo Ultrajectino, qui Groningam a se obsessam tandem in fidem accepit, & anno 1419 in sua verba adegit. Sequuntur vernaculi rursus *Annales Henrica ab Erp*, Abbatissæ cœnobii in suburbanis Trajectensibus, quod vulgo *Vrouwen-clooster* dicitur. Præmisit Editor doctissimus observationem de fundatione & dotatione cœnobii monachorum Oestbroken S. Laurentio dicati, ex quo cœnobium illud monialium anno 1131 propagatum sit, in eamque rem nonnulla affert diplomata. *Annales vero ipsi ab anno 1421 initium capiunt, inque rebus suæ ætatis & maxime monasterii sui commemoratur Abbatissa, quæ ab anno 1505 ad annum 1548 cœnobio præfuerit. Continuatio Annalium istorum ad annum 1583 alterius studio debetur, cujus in fine exponitur, quæ monasterio inferenda sint ab ea, quæ monialis recipi desiderat. Hinc exhibetur instrumentum Notarii confectum anno 1322 de electione Jacobi de Outshorne Decani Ultrajectensis in Episcopum Ecclesiæ illius, ex quo cognoscere licet ritus & ceremonias in hujusmodi electione tum temporis receptas: unde ab Editore *Conclave Ultrajectinum* inscribitur. Profertur porro *Vita Philippi Burgundi* a Gerardo Noviomago, viro alii quoque ingenii monumentis claro, eleganter perscripta. Philippus vero ille filius fuit Philippi Boni Ducis Burgundiæ e Margaretha Posthia naturalis, qui Maximiliano Imp. ejusq; filio Philippo & nepoti Carolo operam suam domi militiæque præbavit, legationem Maximiliani Imp. ad Papam obiit, in qua corruptissimos aulæ Pontificiæ totiusque Cleri Romani mores deprehendit, Caroli sororem ad Regem Daniæ Christiernum deduxit, tandem Præfectus mari cum esset, auctoritate Caroli Regis Hispaniarum adduci se passus est, ut anno 1517 Episcopatum Ultrajectinum susciperet, quo Fridericus Badensis se abdicaverat. In qua statione, flagrante cum Geldris bello, quod Campensium Zwollensiumque discordia conflaverat, anno 1524 decessit; Princeps literarum amans nec imperitus, qui omnes fore Historias veterum Gallice legerat, Latinos vero Historicos omnes prælectore hoc Gerardo audiverat, quin & sacros utriusque Instrumenti libros ita excusserat, ut Erasmi versionem cum Vulgata acri judicio*

p. 138.

p. 142.

p. 188.

p. 216.

- p. 238. conferret. Subjectum est huic Vitæ *Stemma Burgundicum*, ab Emondo de Dynter contextum, per Merovingicos, Carolingicos, Lovanienfes Brabantiz Ducés, ad Burgundos, & hinc ad Austriacos deductum. In hanc Vitam uberiorés notas Editor composuit, quibus
- p. 242. partim acta & monumenta inseruit integra, veluti *Legationem Caroli ad Trajectenses*, ut illos adduceret ad Episcopatum Philippo conferendum, *Leonis X Papa privilegium* de non evocandis civibus Trajectinis, *Philippi Episcopi intbronisationem, constitutiones de annona, de modo procedendi coram curia Episcopali, inventarium bonorum ab eo relictorum*, & alia hujusmodi; partim quædam Auctoris capita & dicta illustravit, ut cum de voce *curtisani, curtus, curia* agens, observat morbum Gallicum in paralipomenis Urspergenſi adjectis vocari *morbum curialem*. Aulæ etiam Pontificiæ avaritiã pluribus perstringit, quæ novos Episcopos exhauriat sumptibus. Quodnam fuerit munus *Decanorum & Provisorum*, & cur iisdem provincialibus fuerint graves & odiosi, allata de his transactione inter Ducem Burgundiæ & Rudolphum a Diepholt, exponit.
- p. 294. Porro in his Analectis locum dedit Editor *Rationario aulæ & imperii Caroli Audaci* Ducis Burgundiæ, quod *Olivarius Marcannus*, Aulæ istius præfectus, in castris ad Nussiam anno 1474 Gallice conscripserat, sed cujus versio Belgica ab æquali Olivarii, ut Editor suspicatur, confecta nunc primum prodit, cum Gallica editio vix habeatur. Ac in aulicis officiis & ministeriis hæc classes constituuntur: *prima* eorum, qui sacra cultumque divinum curabant, quorum præter Eleemosynarium fuere quadraginta. 2. Consilii status & justitiæ, cujus caput Cancellarius: Principem vero ipsum bis in quaque hebdomade, diebus Lunæ & Veneris, cuicumque etiam tenuiori aditum ad se præbuisse, & desideria libellosque supplices excepisse: quod qua pompa & ceremonia factum sit, Auctor describit. 3. Consilii bellici, quod ex quatuor viris equestriſ ordinis constitutum fuit. 4. Præfectorum ærarii & redituum; ipsumque Principem non dubitasse subinde sedere ad calculos & rationes subducere, hoc tantum discrimine, quod ipse calculis aureis fuerit usus, minister argenteis. 5. Eorum, qui in comitatu Principis non tam ministerii quam splendoris causa alebantur: in quibus sex Ducés fuere, duodecim Principes, Marchiones, Comites, & in univèrsum præter plures equestriſ ordinis, quadraginta quatuor eminentioris Nobilitatis. 6. Palatinorum & eorum

eorum maxime, qui in cubiculo Principis ministrabant. Inter officia vero Palatina primum locum tenuisse Cubicularium seu Camerlingum primum; ab eo proximum fuisse Aulæ Præfectum seu Magistrum; hinc quatuor Summularios, qui circa lectum & cubiculum Principis occupantur, sedecim Nobiles, sex Archiatros, quatuor Chirurgo, quadraginta Pueros nobiles &c. 7. Dapiferi & aliorum qui cibos in mensam inferrent; mensæ autem cum cibis semper impositum fuisse vasculum instar navis habens, in quod conjiciebantur frustra in pauperes distribuenda. 8. Pincernæ & eorum qui potum curabant: ubi inquiritur in etymologiam vocis *echanson*, quæ Gallis pincernam significat, & quis prior digniorque in accumbendo habeatur locus, definitur. 9. Carptoris præcipui, qui cibos secat, cui alii quinquaginta subserviunt. 10. Eorum, qui in culina parandis cibis occupantur. 11. Stabuli & equitii curatorum, quorum Magister, in quinquaginta equestris ordinis habens imperium, Principi gladium præfert, & in scutello labarum seu vexillum primum gestat. 12. Feccialium, in quibus sunt sex Reges armorum & octo Heroldi. 13. Tubicinum & tibicinum. 14. Custodum corporis & stipatorum. 15. Metatorum, qui assignant hospitia, quorum primicerius Marechalcus. 16. Janitorum. Expositis Aulæ officiis progreditur ad statum militarem, Principemque aluisse refert octo equitum, octodecim peditum millia, cum omni instrumeto bellico, annualque duas myriades vel milliones, ut loquimur, insumsisse. Notis etiam hoc Rationarium instruxit Editor, quibus varia officiorum genera explicat, & subinde ex Jure publico Romano illustrat: veluti quam varie accipiatur vox *capella* & *capellani*; *Cancellarii* olim qui sint dicti, & qui hodie intelligantur; de *Mareschalci* nomine & munere; quatuor Festa majora appellari *de vier boochtyden*; & plura alia quæ enumerare non fert instituti nostri ratio. Agmen in his Analectis claudit *Hermannii Goudani historia belli* anno 1507 inter Hollandos Geldrosque gesti, ex duobus MS, inter se collatis cum variantibus lectionibus edita. Belli eventa solum perscripsit in ea auctor, causas & consilia de industria omittens, ne quem offenderet. Narrat vero, in hoc bello oppugnatam esse arcem puerorum, vulgo *Puderoeyen*; eamque sic appellatam putat in memoriam partus illius, quo Hollandiæ Comitissæ uxor, mendicæ geminos trahenti impudicitiam exprobrans, ex hujus imprecatione tot partus enixa fertur,

p. 455.

p. 456.

p. 463.

p. 469.

p. 473.

p. 495.

p. 505.

tur, quot annus habet dies, totidemque fenestras in rei gesta argumen-  
 tum arci fuisse insertas. Inter cetera Waterlandiæ, quæ pars est Insu-  
 læ Batavorum, & ex qua anno 1421 septuaginta pagi aquis fuere merfi,  
 p. 529. situm & incolarum mores describit, quos a fide, robore & laboris stu-  
 dio commendat; negat vero in illa regione aliequos, unumque eo  
 delatum ab Assendelphis pro prodigio fuisse occisum, & in memoriam  
 p. 541. hujus facinoris insignibus publicis esse insertum. Subjecta denique  
 est appendix quindecim epistolarum, quas Petrus Scriverius ad Jo-  
 hacium Pontanum dedit. Versantur eæ in rei literariæ argumentis,  
 variamque doctrinam continent: veluti Christophorum Butkenium  
 insignem esse impostorem, qui diplomata confingat, & vera falsaque  
 juxta habeat. Fluvium, qui Amstelodamum alluit, perperam scribi  
*Iyam*, rectius *Yam*, Belgis *bet Ye*, ut in præfiscis monumentis legitur.  
 Marquardum Freherum in animo habuisse edere *Ottfridum* cum  
 con-  
 tariani linguæ Germanicæ & Glossario Alemannico; quod u-  
 trumque jam animo voluit celeberrimus Argentoratensis Antecessor  
 Jo. Schilterus, a cujus industria & consummata doctrina *Glossarium*  
*Teutonicum*, & novam *Otfridi Evangeliorum* a Matthia Flacio Illyrico  
 Basileæ 1571. editorum. expectare jussi sumus editionem. A Floren-  
 tio V Comite Hollandiæ anno 1290 ordinem equestrem D. Jacobi esse  
 institutum. Hæc speciminis loco sufficiant: neque etiam omnia vel  
 vacat vel decet excerptæ.

*D. VITI RIEDLINI MEDICI AUGUSTANI LINEARUM  
 Medicarum Annus II seu MDCXCVI.*

Augustæ Vindel. apud Kronigerum & Hæredes Gœbelii, 1697, in 8.  
 Alph. 2. pl. 4.

*EJUSDEM LINEARUM MEDICARUM ANNUS III,  
 seu MDCXCVII.*

Augustæ Vind. apud eosdem, 1698. in 8. Alph. 2. pl. 16.

**P**romissis stetit Auctor Clarissimus, ut more apum vitiosum otium  
 se fugere ipso opere testaretur, & non ita pridem secundum Line-  
 arum Medicarum Annum, ut & nuperrime tertium exhibuit, quorum  
 uterque tot, quot annus dies, continet observationes; quarum, pari me-  
 thodo, qua Annum primum in Actis A. 1696, p. 474 recensuimus,

cx

ex fingulis mensibus unam producere lubet. Sic ex I Mensis Observ. XXV intelligitur, & mortuis basta non semper impune infigi; cum quædam mulier Turcica, sic amorem suum versus quendam febrî maligna extinctum servum testatorem reddere volens, ipsam hanc febrem inde contraxerit. Secundi Observatio XXIII testatur, quandam, licet aliquoties gravida venæsectionem in pede instituerit, nunquam tamen inde abortum esse passam; unde, necessitate urgente, ut hæ venæ in prægnantibus interdum fecentur, haud adeo difficulter concedi posse, facile colligitur. Inter varia alia, quæ sternutationem concitant, aliquando & lac oculis ophthalmiæ ergo inspersum ut numeretur, meruisse, tertii Mensis prima Linea indicat: quam ipsam sternutationem ebrietatis imminentis signum cuidam tam certum extitisse, ut illam semper inde sibi certo prædixerit, nec eventus eum unquam, nisi quando tum pocula seposuerit, fefellerit, Aprilis Linea XXIII testis est. Dari morbos, qui, nisi rite tractentur, si vel maxime curentur, graviora post se trahant mala, exemplum scabiosæ, quod ipsis Maji Kalendis narratur, quæ sic curata in epilepsiam tam gravem incidit, ut hæc & mortem post se traxerit, non parum confirmat. Ex Observati-  
 one XXVII texti Mensis patet, quod, si opus fuerit, acidularum potus per bene longum temporis spatium sat tuto continuari possit; cum quædam ibi describatur, quæ per integrum biennium, non sine insigni suo fructu, in melancholia in maniam degenerante usa fuit. Catar-  
 rhum, qui suffocare solet, non solum illis esse infestum, qui aqualiculu-  
 lum alunt, sed & eos necare, quorum cutis vix osibus hæret, binis huc spectantibus historiis Julii Linea XXVIII probat. Apoplecticum  
 Germanum, qui olim Italicò quoque & Gallico sermone animi sui sen-  
 sa promere didicerat, linguæ usu a morbo aliquandiu privatum, hujus re-  
 deuntis indicia non tam vernacula, quam illis linguis exseruisse, ultima  
 Mensis Augusti linea narratur: quem sequentis XXII Medicos exci-  
 tat, ne desperent, si vel maxime morbis gravissimis laborantes ægroti,  
 in deversa jam ætate constituti, curandi iisdem obveniant; & his enim  
 sæpius medicamenta non omnino frustra adhiberi, exemplo hydropi-  
 cæ feliciter curatæ evincitur. Utus Anatomia, ob egregios, quos in de-  
 tegendis etiam plurium morborum causis præstat usus, sufficienter  
 laudari non possit, interdum tamen & illa mediante nos exoptatum sco-  
 pum non obtinere, Mensis Octobris Linea antepenultima exemplo

puellæ, quæ prius ante mortem cum urina excreverat, cujus tamen vestigia in cadavere aperto nullo modo inveniri potuerit, demonstrat. Ex tertia undecimi Mensis Linea innotescit causa, cur cuidam clyster applicari non potuerit, haud ita communis, turgens nempe urina vesicæ; cujus si memores in similibus casibus praxin medicam exercentes fuerint, eadem merito accusanda, in alias frustra non inquirent. Decoctum denique herbæ Thee uti passim in his Lineis laudatur, ita ultimis Mensis Linea XXVIII patefit, quod quandam hypochondriacam, pluribus aliis remediis frustra omnino in usum ductis, sic juverit, ut omnino antihypochondriacorum medicamentorum classi inferi mereatur.

Ut ad anam III progrediamur. Mense Jan. Lin. XVIII innuitur, aurium dolorem gravissimum facili levique remedio, hydromeli nempe auri instillato, feliciter, fuisse sublatum, rupto inde abscessu quodam, qui in aure latuerat. Vulgo jam constat, icterum omne, quod in corpore humano reperitur, serum flavo colore tingere. Confirmatur id M. Febr. Lin. VII exemplo matronæ, quæ dum ictero vehementibus stipato symptomatibus laboraret, quoties capillum evulsit, guttulam flavo colore tinctam ex eodem extillasse deprehendit. M. Martio Lin. XXVI bellidis usus egregius adversus tussim domestico Auctoris Experientissimi exemplo comprobatur. Inter remedia antidysenterica M. Apr. Obs. XIII commendantur myrtilli baccæ instar pultis cum pane & saccharo coctæ, & eo quidem magis laudantur, quod nec iis, qui a medicamentis abhorrent, fastidiantur. M. Majo, Lin. XV aquæ pluviz instar acidularum, primo paulatim ascendendo, hinc in summo gradu per aliquot dies pergendo, & tandem iterum descendendo, potæ usus in cachecticis & tabe afflictis, exemplo Pastoris cujusdam, qui hoc remedio, aliis frustra adhibitis, convaluerit, ostenditur; nec inimitabile remedium Auctor Clarissimus censet, si & aliæ admittant aut requirant circumstantiæ, quod pluvia, adulto præsertim vere & ipsa æstate, particulis variis, etiam medicatis, sit imprægnata. M. Jun. Lin. XXI uti generatim monetur, in arthriticis morbis haud raro scorbutici quid latere, adeoque antiscorbutica medicamenta arthriticis exhibenda: ita speciatim essentia antiscorbutica ex conis abietis cum spiritu cochleariæ laudatur. M. Jul. Lin. IX docetur, opium in parva dosi nonnunquam plus præstare, quam in magna. Cum febris alba originem suam plerumque aut a mensibus jamjam in-



stantibus, at impeditis, aut ab iisdem non rite fluentibus aut denuo obstructis trahat, morbus ille puellis creditur proprius, quæ decimum tertium ad minimum ætatis annum attigerunt. Auctor vero M. Aug. Lin. XVI octennem sistit puellam febre ista divexatam. M. Sept. Lin. XI icterum memorat a motu corporis nimio obortum. Uti lac quorundam morborum salutare remedium a pluribus celebratur: ita lac calidum vaccinum speciatim & in hypercatharsi conducere, M. Oct. Lin. X. comprobatur. Dentium dolorem capillis rescissis cessare, docetur M. Nov. Lin. IV exemplo puerperæ, quæ acerbissimis dentium doloribus adeo afflicta, ut totas noctes insomnes trahere cogebatur, remediis laudatissimis & opiatis etiam frustra adhibitis, dolore omni, simul ac capillorum sat magnam quantitatem abscindi sibi curasset, fuerit liberata. M. Dec. Obs. XXIV exemplum adducitur tum maris, tum foeminæ, qui a pupis, quibus delectari puellæ consueverunt, a prima infantia per totum vitæ tempus sic abhorruerunt, ut eorum conspectum sustinere plane non potuerint.

*ADAMI RECHENBERGII VOLUMEN DISSERTATIONUM Historico-politicarum varii & curiosi argumenti, in Academia Lipsiensi publice propositarum.*

Lipsiæ, apud Gorf. Enoch. Grossium, 1698, in 8. alph. 4.

Quid Autor celeberrimus hoc dissertationum conjunctim editarum volumine promittat, ex ejusdem adposita inscriptione apparet. Moris nempe in Academiis est, ut adolescentes vires ingenii periclitanturi, ex consilio præceptorum suorum, varia argumenta ventilare instituant. Rechenbergius vero hic suis quondam discipulis, ex historia & civili doctrina, non præterita nimis aut ignobilia argumenta suggestit elaboranda, aut ipse elaboravit. Quorum indicem cum nominibus eorum, qui in conflictu respondentium partes sustinuerunt, volumini huic præmisit, idque in duas partes dispescuit. In *Prima* dissertatio prima est de quaestione, *an mundus exigua sapientia regatur?* secunda, de *casibus ministrorum in republ. eminentium* &c. In *parte secunda* prima est de *inconsultis clericorum consiliis*; secunda, de *stratagematibus politicis ex S. historia*; tertia, de *vitiis, quibus civitas impar est*, ex *G. Tacit. Annal. III. 53*; quarta *de eo, quod licet pro amico*

ex *Gallia N. A. I. 3.* &c. Omnes nempe illæ dissertationes numero XLIV argumenti non in jucundi sunt: quarum excerpta dare hic superse-  
demus, cum rerum variarum indicies adjecti sint.

Des Herrn DE LA CROIX allgemeine Welt-Beschreibung &c.

i. e.

*A. PHER. DE LA CROIX GEOGRAPHIA UNIVERSALIS  
ex Gallico idiomate in Germanicum traducta, & hic illic aucta,  
nec non indicibus accuratis instructa ab HIERONY-  
MO DICELIO.*

Lipsiæ apud Joh. Ludov. Gleditsch, 1697, 4. Constat Alph. 9<sup>o</sup> pl. 8.  
& figurar. æn. plag. 24.

**J**Am dudum de studiosa Geographiæ juventute, aliisque nobilissimæ hujus scientiæ cultoribus optime meruit Vir Clarissimus, Hieronymus Dicelius. Inprimis vero proximis abhinc duobus annis suam in hoc genere industriam publico comprobavit, editis vernaculo nostro sermone scriptis, e quibus in Geographiæ studio proficere haud parum & illi possunt, qui Latiniæ aut exoticarum linguarum periti non sunt. Cum enim Dictionarium Geographicum, non magnum quidem illud, at iis, quibus vasta in hoc genere opera evolvere non licet, utilissimum, Bruxellis A. 1694 Gallico sermone prodisset, dignum id censuit, quod in Germanicum nostrum transferret, passimque a se auctum ac suppletum Lipsiæ A. 1696 publici juris faceret. Eodem anno Martini Zeileri Germanicum de Decem Germaniæ Circulis librum, quem non contemnendis accessionibus auctum jam A. 1688 publicaverat, denuo edidit, Genealogia Principum & Historia rerum notabilium ad annum usque 1696 producta. His absolutis, majus Opus, quod hic exhibemus, aggressus est. Cum enim A. Pher. De la Croix Geographi Regii Geographiam universalem tabulis æneis illustratam, quam is Parisiis A. 1693 Gallico idiomate edidit, publico cum applausu exceptam intellexisset, ob facilem inprimis commodamque, quam is adhibuit, methodum, eam quoque Germanice vertendam, ut omnium usui pateret, censuit, tandemque anno superiori publicæ luci exposuit, multis in locis, præcipue ubi Germanica tractantur, emendatam. Quatuor vero Geographia ista partibus absolvitur, quarum

quarum prima Sphæricam & Cosmographiam, nec non Geographiæ generalia, partemque Europæ, altera Europæ reliqua præter Galliam, tertia Galliam, quarta Asiam, Africam & Americam complectitur. Specialiora excerpere supervacaneum ducimus ex opere, quod seu ut editum Gallice est, seu ut hic Germanice exhibetur, dudum omnium manibus versatur.

LIBRI NOVI

*Job. Philippi Dats Volumen Rerum Germanicarum novum, sive de Pace Imperii Publica Libri V. Ulma apud Georg. Guil. Kühn. 1698. fol.*

*Francisci Maria Pechii Tractatus de Servitutibus in genere. Geneva apud Fratres de Tournes, 1698. fol.*

*Ferdin. Christoph. Harprecht Consiliorum Tubingensium Volumen III & IV. Tubinga apud Job. Georg. Cottam, 1698. fol.*

*Job. Christiani Iteri de Honoribus sive Gradibus Academicis Liber. Francof. ad Mœnum apud Frid. Knobium, 1698. 4.*

*Arcana Pacis Westphalicæ, sive Relatio Historica de S. R. Imperii Pacificatione Osnabrugo-Monasteriensi. Francof. ad Mœnum, apud eundem, 1698. 4.*

*Ansaldo de Ansaldo Discursus Legales de Commercio & Mercatura. Geneva apud Fratres de Tournes, 1698. fol.*

*Jacobi Wenckeri Dissertatio de Pfalburgeris. Accesserunt Disquisitiones duæ de Ulburgeris & Glevenburgeris. Argentorati apud I. Reinb. Dulfseckerum, 1698. 4.*

*Gothofredi Christiani Leiseri Jus Georgicum sive Tractatus de Prædiis. Lipsia & Francof. apud Heredes Friderici Lanckisii, 1698. fol.*

*Traité de la Preuve par Temoins en matiere civile. Par Mr. Danty. A Paris chez Charles Osmond, 1697. 4.*

*Ottonis Philippi Zaunschliffers Opera Juridica. Francof. ad Mœnum apud Viduam Hermannii a Sande, 1698. 4.*

*Jo. Schilkeri Jurisprudentia totius tam Romana quam Germanica privata Legitima Elementa. Argentorati apud J. R. Dulfseckerum, 1698. 8.*

*Micb. Bernardi Valentini Medicina Nov-Antiqua. Francof. ad Mœnum, apud Jo. Dav. Zunnerum, 1698. 4.*

*Pharmacopée Univerfelle, contenant toutes les compositions de Pharmacie,*

- cie, leurs vertus, leurs doses &c. Par Nic. Lemery. A Paris, chez Laurent d' Houry, 1697. 4.*
- Le Tresor de la Medecine, contenant l' Anatomie des parties du Corps humain, les maladies auxquelles elles sont sujetes, les remedes specifics &c. A Paris chez Bartb. Girin, 1697. 12.*
- Traité de Physique & de Chirurgie, par Jean Fontrailles. A Paris, chez la Veuve de Claude Thibouft, 1697. 12.*
- Les Oeuvres d' Hipocrate traduites en Francoiſ avec des remarques, & conſerées ſur les manuscrits de la Bibliothecque du Roy. A Paris, par la Compagnie des Marchands, 1697.*
- Rofini Lenuii Miscellanea Medico - Practica tripartita. Ulmae apud G. W. Kühn, 1698. 4.*
- Petri Poterii Opera omnia Practica & Chymica, cum Additamentis Friderici Hofmanni. Francof. ad Mœnum, apud Frid. Knobium, 1698. 4.*
- Caroli Muſtiani Chirurgia Theoretico - Practica, ſeu Trutina Chirurgico - Phyſica. Colonia Allobrogum apud Cramerum & Perachon, 1698. 4.*
- Philofophia Ecclēſtica, h. e. Exercitationum Academicarum Tomus II. Auſtore Jo. Chriſtoph. Sturmio. Atorſii apud Jo. Wilhelmum Kobleſium, 1698. 8.*
- Jo. Jac. Francoſci Baſis univerſa Medicina. Conſtantia apud F. X. Straub, 1698. 8.*
- Les Anciens Liturgies, ou la Maniere dont on a dit la Sainte Meſſe dans chaque Siecle, dans les Eglifes d' Orient & dans celles d' Occident. A Paris, chez Jean de Nully, 1697. 8.*
- La Vie en abrégé de Madame de Chantal, Mere & Fondatrice de l' Ordre de la Viſitation de S. Marie. A Paris, chez Simon Benard, 1697. 12.*
- Apparatus ad Bibliothecam Maximam veterum Patrum &c. Opera Domni Nicolai le Nourry. Tomus II. Pariſiis apud Jo. Aniſſon, 1697. 8.*
- Rituale Pariſienſe auctoritate Illuſtriſſimi D. Ludovici Antonii de Noailles, Archiepiſcopi Pariſienſis &c. editum. Pariſiis apud Ludovicum Jeſſe, 1697. 4.*
- Explication des Maximes des Saints ſur la Vie interiere, par Meſſire Fr. de Salignas Fenslon, Archeveque Duc de Cambrai &c. E-diſi-*

*dition nouvelle, où on ajoute diverses pieces, qui concernent ce livre. A Amsterd. chez Henri Wetstein, 1698. 12.*

*De Canonico Ordine Disquisitiones, quibus ejus origo, propagatio varia & natura dilucide tractantur. Parisiis apud. Edm. Couterot, 1697. 4.*

*Memoire & pieces concernant l'exemption de l'Eglise Catedrale & Metropolitaine de Tours. A Paris, chez F. H. Muguet, 1697. fol.*

*Synopsis Theologiae Judaicae, veteris & nova, auctore Jo. Henrico Majo. Gissa Hafforum, 1698. 4.*

*Davidis Psalmi XII, & totidem S. Scripturae veteris Testamenti integrae capita, quae novi speciminis loco Biblicarum suarum Emendationum & Interpretationum, prisco Hebraeo metro restituit Marcus Meibomius. Amsteladami apud Henr. Westenium, 1698. fol.*

*Jo. Ludovici Fabricii Theologi Palatini Opera omnia. Tiguri apud Dav. Gesnerum, 1698. 4.*

*Christ. Francisci Paulini Rerum & Antiquitatum Germanicarum Syntagma. Francof. ad Mœnum apud Frid. Knochium, 1698. 4.*

*Joannis Clerici Opera Philosophica in quatuor volumina digesta. Amstelod. apud Georg. Gallet, 1698. 8.*

*Dernieres Decouvertes dans l'Amerique Septentrionale de Monsieur de La Sale, mises au jour par Mr. le Chevalier Tonsi. A Paris chez Jean Guignard, 1697. 12.*

*Relation Historique de la Pologne, contenant le pouvoir de ses Rois, leur election & couronnement. A Paris chez Nic. Le Gras, 1697. 12.*

*Histoire des Dietes de Pologne pour les elections des Rois par Mr. de La Bisardiere. A Paris, chez J. Jombert, 1697. 12.*

*De l'Art de la Verriere &c. La maniere de faire les Perles &c. par Mr. Haudicquer de Blancourt. A Paris, chez J. Jombert, 1697. 12.*

*Nouveau Voyage autour du Monde, par Guillaume Dampier. Traduit de l'Anglois. A Amsterdam chez Paul Marret, 1698. 12.*

*De Nederlandsche Herbarius, ofte Kruidboek der voornaamste Kruiden &c. met kopere platen verciert door Steph. Blankaarts. T' Amsterdamb by Jan Ten Hoorn, 1698.*

- S. S. Patrum qui temporibus Apostolicis floruerunt, Barnaba, Clementis, Herma, Ignatii, Polycarpi Opera.** J. B. Corelerius Soc. Sorbon. Theologus, ex MSS. codicibus eruit, ac correxit, versuonibusque & notis illustravit. Accesserunt nota integra aliorum &c. Antverpia, Huguetanorum sumptibus, 1698. fol.
- M. Fabii Quintiliani Declamationes innumeris locis emendata, ex recensione Ulrici Obrechtii. Argentor. apud J. R. Dulffeckerum, 1698.**  
4.
- Chronicon Universale & Alsaticum Jacobi de Konigsbode Presbyteri ad D. Thoma Argentorati A. 1383. Nunc primum editum ex MS. & observationibus illustratum a Jo. Schiltero. Argentorati apud Josiam Stadel, 1698. 4.**
- Ferd. Christoph. Harprechtii Tractatus Academici de Successionibus. Ulma apud Georg. Wilb. Kubn, 1698. 4.**
- Jo. Wolfgang Textoris Disputationes Academicae duabus partibus distinctae. Francof. ad Mœnum 1698. 4.**
- Marcelli Malpighii Opera posthuma. Supplementa necessaria addidit, innumerisque in locis emendavit Petrus Regii. Amstelod. apud Georg. Gallet, 1698. 4.**
- Nouvelle Fortification Francoise, Espagnole, Italienne & Hollandoise. A Amsterd. chez George Gallet, 1698. 8.**
- Martini Lister octo Exercitationes Medicinales &c. de quibusdam Morbis Chronicis. Editio ultima. Amstel. apud eundem, 1698. 8.**
- Jo. Clerici Compendium Historia Universalis ab initio Mundi usque ad Carolum Magnum. Amstelodami apud eundem, 1698. 8.**
- Joannis Balthasari Braun Historiæ Augustæ, seu Vita Romanorum Cesarum a C. Julio Cesare usque ad modernum gloriosissime Imperantem Leopoldum. Augusta Vindel. apud Jo. Casparum Ben-card, 1698. 4.**
- D. Justiniani Institutionum Libri IV. notis maxime necessariis explanata a Jo. Samuele Stryckio. Hala Magdeb. apud J. F. Zeitelrum, 1698. 4.**
- Vespera Groningana, sive Amica de rebus sacris Colloquia. Amstelod. apud Henr. Desbordes, 1698. 12.**
- Iconologia, ou la Science des Emblemes, Devises &c. Par J. B. de l'Academie Francoise. A Amsterdam chez Adriaan Braackman, 1698. 12.**

\* \* \*

N. V. •  
ACTA  
ERUDITORUM

201

*Publicata Lipsia*

*Calendis Maji, Anno M DC XCVIII.*

---

GLI ANTICHI SEPOLCRI, OVERO MAUSOLEI ROMANI ET  
*Etruschi, trovati in Roma & in altri luoghi celebri; nelli quali s'  
contengono molte erudite memorie; raccolti &c.*

h. e.

SEPULCRA ANTIQUA SEU MAUSOLEA ROMANA ET E-  
*trusca, Roma aliisque celebribus in locis inventa, in quibus multa  
erudite antiquitates continentur; collecta, depicta &  
rigne incisaa PETRO SANCTI BARTOLI*

Romæ ex typographia Antonii de Rossi, 1697, fol. plag. 4. & Tab. no-

**Q**ui anno 1680 Sepulcrum Nasonianum, & 1691 Lucernas antiquas sepulcrales, notis Johannis Petri Bellorii illustratas, aliisque temporibus alia in lucem produxit publicam Vir solertissimus, jam insignem aliquem veterum sepulcralium monumentorum numerum simul perlustrandum Lectoris antiquarum rerum studiosi exponit oculis. Orsus enim ab illo, quod Curiatorum esse creditur in Albano, Tab. I & II, in quinque quasi classes reliqua dividit, quarum *prima* comprehendit sepulcra antiquissima familiarum Romanarum, quæ detecta simul fuerunt in illa parte viæ Aureliæ, in qua villa Corfina sita est; *secunda*, sepulcra familiarum, quarum nomen ad nos pervenit, quæq; tempore Reipublicæ Romanæ floruerunt; *tertia*, sepulcra ejusdem ætatis, sed familiarum, quarum nomen tempus delevit; *quarta*, sepulcra tempore Imperatorum Romanorum constructa; *quinta*, sepulcra peregrina lingua, imprimis Etrusca, inscripta. *Prima* ergo classi tribuuntur Tab. III - - XXIV, in quibus non ædificia tantum sepulcrorum, sed inscriptiones quoque, picturæ, sigilla, sculpturæ, opera plastica, musiva, urnæ, lacrymatoria, aliæq; vasa ad sacrificia pro mortuis faciendâ spectantia representantur. **Quod**

Cc

ad

ad *secundam* attinet classẽm, in ea reperiuntur delineata (1) sepulcrum familiæ Furiz in eremo Camaldolitana A. 1665, ubi Tusculum olim erat, detectum, Tab. XXV & XXVI. (2) Caji Publicii Ædilis plebis, cui honoris virtutisque causa senatus consulto populiq; jussu locus monumento, quo ipse posterique ejus inferrentur, publice in Urbe datus est, Tab. XXVII. (3) Familiæ Scipionum in via Appia vulgo tributum, Tab. XXVIII, XXIX. (4) Familiæ Serviliæ in via Appia prope castrum pratorium & circum Caracallæ, Tab. XXX & XXXI. (5) Plautii ultra pontem in via, qua Tyburitur, Tab. XXXII, XXXIII, XXXIV. (6) Ceciliz Metellæ, quod vulgo caput Bovis dicitur, in via Appia, Tab. XXXV, - - XXXIIX. (7) Familiæ Pompejorum in via Appia intra Romæ mœnia, Tab. XXXIX. (8) Sexti Lartidii Erasmi, aliorumque diversis nominibus gaudentium, vicinum portæ Capenæ, Tab. XL & XLI. (9) Q. Verannii in via Appia, Tab. XLII. (10) M. Antonii Antii Lupi in via Ostiensis, Tab. XLIII (tr) P. Vibii, in via Cassia, quod falso Neronis esse dicitur, Tab. XLIV. *Tertio* in ordine comparent (1) sepulcrum antiquum detectum in vinea Cavalleriorum, inter S. Sabam & mœnia Romæ, depictum Tab. XLV & XLVI, cernunturque in eo canales testacei, urnæ defuncti respondentes, ut illam vino lacteque perfundere possent in sacris anniversariis. (2) Repertum in vinea Dominici Gentilis, Tab. XLVII. (3) Aliud in eadem vinea inventum, Tab. XLIX. (4) Tyburi vicinum, Tab. XLIX. (5) Ex vivo saxo excisum in radicibus montis Apennini detectum A. 1692, Tab. L. (6) In via Portuensi, cujus marmora Romam translata tempore Alexandri VII, Tab. LI & LII. (7) Ex lateribus totum constructum, in via Asinaria, distinctumque in cameram sepulcralem, ambitum qui hanc cingit, & vestibulum, cum arca sepulcrali, Tab. LIII - - LVII. (8) Extra portam Næviam, in via Prænestina, Tab. LVIII. (9) Musivum opus repertum in tumulo antiquo, quod erat in via Asinaria, eleganter referens effigiem sacerdotis Ceteris currentis, unaque manu facem, altera tria papavera tenentis, ut symbolum esset cursus velocissimi Solis, cujus calorem, humidum terræ (per papavera designatum,) fecundantem fax repræsentat, Tab. LIX. Ad *quartam* classẽm pertinent (1) Pyramis Caji Cestii Septemviri epulorum, quæ Romæ extat, Tab. LX - - LXX. (2) Mausoleum Augusti in Campo Martio, Tab. LXXI, LXXII. (3) Sepulcrum quod Virgilius esse creditur, in Paufilyppo prope Neapolim, Tab. LXXXI.

(4)



(4) Columna Trajana, Tab. LXXIV. (5) Moles Imperatoris Ælii Adriani, Tab. LXXV - - LXXIX. (6) Columna Antonina, Tab. LXXIX. (7) Sepulcrum Alexandri Severi Imperatoris & Julię Mammeę, Tab. LXXX - - LXXXVI. (8) Munaſii Planci, quod Cajetę viſitur, Tab. LXXXVII, LXXXIX. (9) Julię Saturninę & Caji Sulpitii Clyti, Tab. LXXX. Inter ſepulcra peregrino idiomaſe inſcripta primum illud eſt, Tab. XC, cujus inſcriptionem Herrichius noſter reſtitutam explicatamque dedit in Actis Erud. 1696, menſe Octobr. p. 482. Quam reſtitutionem genuinam eſſe quoque cenſuit doctiſſimus Johannes Paſtricius, dum a Bellorio celeberrimo rogatus Gręcos verſus ita convertit:

Tantiſper ſiſtens hic urnam cerne puelli  
 Erepti ſubito matris ab uberibus.  
 Perpetuum patri luſtum hoc in funere linquens,  
 Bis quinque expletis menſibus interiit.  
 Indole talis erat, fuit olim qualis Iacchus,  
 Acer & Alcides, pulcher & Endymion,

Huic ſuccedunt monumenta Etruſca, Peruſię fere omnia reperta, expreſſaq; Tab. IXC. - - IIC. Totum opus clauditur repręſentatione vaſorum cineriariorum ſeu urnarum, Tab. IC - - CVII, in quibus tamen non comparent foramina illa, quibus inſtructę urnę in villa Corſina repertę, per quę lac vinumque infundebant inferias Manibus defuncti mittentes. Appendicis tandem loco accedunt (1) ſculptura aliqua reperta in ſepulcro Vię Appię, tres ſcēminas capite turres geſtantes referens. (2) Duo ſigna, quorum unum in cryptis martyrum extra viam Aureliam A. 1661 repertum fuit, & Bacchi Cereriſque triumphum exhibet, alterum aquilam, ex cratere a Ganymede porrecto bibentem. Maniſteſtum autem eſt ex diligenti inſpectione horum ſepulcrorum, (in primis Tab. LXXA) veteres ſepulcra ſua data opera terra contexiſſe, neque caſu factũ eſſe, ut ipſa ſepulcra ſepulta quaſi deprehendantur. Horum enim monumentorum reconditę, internę, & anguſtę vię, inſtar canaſium & Labyrinthorum factę, non caſui, ſed conſilio artificum, ſuam ſe debere originem clare ſatis loquuntur. Urnarũ autem receptacula olim Columbaria dicta fuiſſe, patet ex Inſcriptione veteri, quę in camera ſepulcrali XXVII (triginta enim quatuor Auctor perluſtravit) villę Corſinę extitit:

Q. CAECILIUS. Q. L.  
 PRIMVS. EMIT. IN

ACTA ERUDITORUM  
 MONUMENTO. PALANGARIORVM  
 IN. AGRO. FONTEIANO. QVOD. EST  
 VIA. AV RELIA. IN. CLIVO. RVTARIO  
 PARTE. SINISTERIORE. COL  
 VMBARIA. N. X. OLLARVM  
 N. XXXX. SIBI. ET

CAECILIAE. Q. Q. L. ATTICE  
 CONIVGIVSAE. ET  
 Q. CAECILIO. FRVCTO. L. SVO  
 ET. LIBERTIS. LIBERTABVS  
 SVIS. POSTERISQVE. EORVM  
 HAEC. COLVMBARIA. ET. OLLAE.

*NUMISMATA SVMMORVM PONTIFICVM, TEMPLI VATICA-  
 ni fabricam indicantia, Chronologica ejusdem fabrica narratione  
 ac multiplici eruditione explicata atque uberiori numisma-  
 rum omnium Pontificiorum lucubrationi veluti pro-  
 dromus praemissa, a Patre PHILIPPO BO-  
 NANNI, Societatis Jesu.*

Romae sumptibus Felicis Cafaretti & Paribeni 1696, in fol.  
 Constat plag. 64 & tabulis aere express.  
 lis 86.

Quamvis multi doctissimi viri in describenda Vaticana Basilica  
 eximia cum laude fuerunt versati, & ante paucos annos no-  
 bilissimus Eques Carolus Fontana copiose, in libro, quem in  
 Actis Eruditorum Anni 1694 mense Novembr. laudavimus, illorum  
 satisfecit desiderio, qui Architecturae studio tenentur; non con-  
 temnendam tamen publico praestitisse operam censendus est doctissi-  
 mus Bonanni, aliis jam editis scriptis celeberrimus, quod illius tem-  
 pli historiam conscribere aggressus est. Cum enim illustrissimi  
 Praefulis Johannis Ciampini, ad quem libri hujus praefatio dirigitur,  
 jussu accurate numismata Pontificum indagaret, in multisq; depre-  
 henderet Vaticanae Basilicae molem diversis temporibus expressam,  
 ejusdemq; fabricae aetatem chronologicis quasi tabulis consignatam,  
 cupido

cupidus ipsum incescit, singula ad ipsam spectantia intime perillustrandi, & accurate designatas singulas hujus Basilicæ partes, servata ubiq; iusta temporum serie, uno volumine comprehendendi ac describendi, ut non ipse tantum ædificii hujus splendidissimi apparatus, sed & magni nominis viri, qui operam suam in eo extruendo collocarunt, nec non maxima opum vis, quæ in eodem exornando a Pontificibus erogata fuerunt, hinc possint cognosci. Itaq; numismata Pontificum ad hoc argumentum spectantia, quæq; in majori opere sparsa & separata præferenda erant, conjunctim hic exhibet & declarat, *orfas capite primo* a Vaticano collo & Basilicæ a Constantino Imperatore primum in eo excitata, quam describit *capite secundo*, ejusque mensuras affert ex Severano *capite tertio*, ita ut non dissimulet, eas neq; cum tabulis ichnographicis Oldoini, Ferraboschi, Alphanani, Fontanæ, convenire, neque etiam has tabulas inter se consentire. *Capite quarto* de atrio ejusq; mensuris, januis & scalis agit, denuo conquestus de varietate mensurarum, quam in diversis auctoribus deprehenderit; *quinto* autem partes Basilicæ interiores delineat, erroresque notat, quos incisoris fortasse incuria in orthographiam ejus templi, quam Eques Carolus Fontana lib. II cap. 10. de templo Vaticano exhibet, irrepsisse putat. De circæ autem Neroniano sub Basilica latente *sexto* disputat capite, verumque ejus situm & longitudinem ex Grimaldi autographo, quod in Archivo Vaticanæ Basilicæ adservatur, tradit, vindicatque a Fontanæ objectionibus, Pyrrhi Ligorii rejiciens auctoritatem, quem, cum Pompejo Elgonio, antiquitatum quidem curiosissimum indagatorem, sed literarum plane rudem fuisse affirmat. *Septimo capite* fabricas exteriores Basilicæ additas, oratoria, sacratia, excoemiterium, *octavo* altaria Basilicæ recenset, quorum cum insignis sit numerus, illa eodem tempore simul extitisse hauri credendum censet, sed diverso; cum post fundatam a Constantino Basilicam, varii Pontifices ac Romanæ Ecclesiæ proceres eadem diversis temporibus excitarint, ipsaque vario ætatum intervallo vel diruta, vel refecta, nomen mutarint & situm. *Capite nono*, in quo apsidem, fenestras, tectum, picturasque describit doctissimus Auctor, illas etiam commemorat, quas fieri curavit Formosus Pontifex, quasque salutasse ferunt ejusdem cadaver, eum ad sepulcrum deferretur, narratque fabrum quendam lignarium, Nicola delli Agnelli da Vetralla vulgo dictum,

cum elaborandæ recti a Benedicto XII restituti trahi insisteret, illaque commota ipse casui esset proximus, hoc periculo ita fuisse exterritum, ut diuidia ejus barba statim canesceret. *Decimo capite* de fronte & porticu Basilicæ exponit, non omittens inter sculpturas & picturas, quibus exornata fuere sensim a Pontificibus, illam, quæ coloribus repræsentavit inventionem corporum beatorum Apostolorum Petri & Pauli, quam accidisse perhibent A. C. 251 sub Cornelio, cui dubitanti, quænam essent Petri, quænam Pauli ossa, vox cœlo emissa dubitationem ademerit dicens, majora ossa sunt prædicatoris, minora piscatoris. Eodem in capite monet, binas fenestras, per quas lumen naves majores irradiabat, non expressas esse in tabula Equitis Fontanæ, crucemq; ex albo marmore, quæ in apice frontis collocata a Sylvestro, formam Græcæ habuisse crucis, neq; fuisse radiatam aut eo modo exsculptam, ut a Fontana repræsentatur. *Sequentibus duobus capitibus* agit de novæ Basilicæ exstructione, a Nicolao V ope Bernardi (non Antonii aut Hieronymi) Rosselini & Leonis Baptistæ Alberti inchoata, & a Julio II continuata, qui usus architecto primum Juliano (non Julio) a Sancto Gallo, eoque non ex Rhætia sed Etruria potius oriundo, deinde vero Bramante, cujus jussu veteris Basilicæ dimidium disjectum statim fuit, quam ruinam ægerrime tulit Michael Angelus Bonarota, qui Bramantis audaciam incusavit, quod pretiosas columnas a Constantino magno erectas temere prosterneret, cum eas novis ædibus servare potuisset incolumes. *Capite decimo tertio & quarto* refert Cl. Autor, ut Leo X, demortuo Bramante, Romam revocaverit Julianum a S. Gallo, eique adjunxerit fratrem Jucundum Veronensem Dominicanum & Raphaellem Sanctium Urbinatem, qui nova & profundiora fundamenta ad parastates Bramantis suffulciendos jecerint, utque prioribus quidem Rœma discedentibus, ultimo autem in ætatis flore mortuo, cura hujus fabricæ demandata fuerit Balthasari Peruzio Senensi, novam ideam Pontifici offerenti, Juliano vero suffectus fuerit patruus, Antonius a S. Gallo, qui Paulo III (parum enim sub Adriano VI & Clemente VII promotum fuerat opus) novam rursus ideam, eamque longe ampliorem Peruziana, obtulerit, cujus exemplar ex ligno a Labacco compactum & publicæ censuræ expositum, longitudinemque habens palm. 35, latitud. palm. 26, altitud. vero 20 $\frac{1}{2}$  palm., consistit 4084 scutat. artificii munere 1500 scutatorum adducto: deniq; ut demortuo Laurentio Floren-

Florentino, vulgo Lorenzetto, qui fundamenta primum jacta novis faxorum molibus obfirmavit, & arcuatis circumquaq; operibus admovit fulcimenta, & anno sequenti Antonio a S. Gallo morte abrepto, in Michaelem Angelum Bonarotam, quamvis invitum, illorum partes translata fuerint, qui reprobarit ideam Antonii tanquam Gothici quid olentem, nimis spatiosam, tenebricosam & vix 50 annorum intervallo absolvendam; quindecim autem diebus aliam composuerit, 25 nummis tantum expensis, qua novam Basilicam repraesentavit minorē quidem mole, sed augustiorem forma, & pulcherrimo ornatu splendidiorem, quæ mirifice placuerit Pontifici. Quousque ergo opus produxerit Bonarota, qui seipsum in epistola quadam Italica ad amicum Michel Agniolo appellat, in hoc quoque capite exponitur, sed quæ gesta sub Julio III, in *sequenti*, ubi Cl. Auctor fusius explicat, quantis cum difficultatibus consistendum fuerit illustri huic Architecto, quanta ille sedulitate & dexteritate, quamq; excello cum primis animo fuerit præditus, ut nec illum voces sinistrae vulgi, nec artificum æmulation, nec calumniæ obrestantium, nec Principum contumeliæ adeo perculerint, ut de firma statione mentis consiliique sui depelleretur. Quamvis enim honeste discedere Roma potuisset, evocatus Florentiam a Magno Duce Etruriæ, omnia tamen perpeti maluit, quam ædificium, cui tot annos gratis operam suam impenderat, tali relinquere in statu, quo liceret adhuc architectis discedere a præscripta norma, ejusque recte facta aut consulta suo errore corrumpere. Cum autem inter Bonarotæ inventa præ cæteris emineat tholus Basilicæ impositus, cujus exemplar primum ex argilla, deinde ligno, a Gallo quodam fieri curaverat Michael, qui id unius anni spatio perfecit; totum *caput decimum sextum* tribuitur hujus tholi delineationi, cujus constructio ad Sixtum usque dilata fuit. Quamvis enim Pius IV Bonarotam novis æmulatorum molestiis afflictum in patrocinium suum recepisset, ipse tamen, ut *capite decimo septimo* traditur, Bonarota post aliquot annos die 17 Februarii A. C. 1564 e vivis excessit, Florentiamque translatus tumulo, quem collegium pictorum, statuariorum & archirectorum suis manibus extruxerat, cohonestatus fuit. Pyrrho ergo Ligorio, quem jam Paulus IV fabricæ præfecerat, Pius IV socium addidit Jacobum Barozium, cui deinde soli Bonarotæ opus absolvendum commissum est, cum Pontifex Ligorium a Bonarotæ vestigiis discedere animadvertisset. Barozio defuncto, ejus discipulo Jacobo a Porta,

Romano

Romano, eadem provincia demandata fuit a Gregorio XIII, qui hujus directione & Thomæ de Cavalariis consiliis multa magnifica molitus est. Idem quoque Architectus, ut porro narratur *capite decimo octavo*, auspiciis Sixti V, cum Equite Dominico Fontana; vestigia legens Bonarotæ, tholum illum magnum viginti duorum mensium spatio, adhibitis sexcentis operariis dies noctesque collaborantibus, & centum aureorum millibus quovis anno consumtis, exceptis laminis plurimibus, quibus tholus contegitur, & bracteis aureis, quibus costæ mirifice exornantur, nec non laterna, pila & cruce: quæ omnia deinde septem mensibus confecta sunt ab eodem architecto, præcipue auspiciis Clementis VIII, quoniam, ut ex *capite decimo nono* constat, Urbanus VII, Gregorius XIV, & Innocentius IX, qui biennii spatio Pontificiam occuparunt sedem, temporum angustia prohibiti Sixti opus absolvere non potuerunt. Hujus ergo jussu ærismata quoque æneis bracteis inauratis textit Horatius Censor, Romanus, artis fusoriæ peritissimus, quibus postmodum ad alios templi usus adhibitis similia plumbea suffecta fuerunt; pilam autem æneam & crucem deauratam, cujus altitudo 25 palmis comprehenditur, ex ære conflavit Sebastianus Torrisanus, patria Bononiensis. Qui Gregorio successit Leo XI nihil memoria dignum in Vaticanæ Basilicæ fabrica peregit, sed Paulus V, cujus acta prolixius referuntur *capite vigesimo*, omnes ipsum præcedentes Papas tantum non post se reliquit, dum diruta reliqua parte Basilicæ Constantinianæ, ope Caroli Maderni, ut verba inscriptionis ab Urbano VII compositæ habent, Vaticanum templum a Julio II inchoatum & usque ad Gregorii & Clementis sacella assiduo centum annorum officio productum, tantæ molis accessione universum Constantinianæ Basilicæ ambitum includens, confecit, Confessionem Petri exornavit, frontemque orientalem seu porticum extruxit. *Capite vicefimo primo* doctissimus Bonannus, sacella, altaria, tumulosque Vaticanæ Basilicæ describit, artificumque, qui illa sculpturis aut picturis condecorantur, nomina commemorat, meritis celebrans laudibus statuam beatissimæ Virginis filium exanimem in gremio gerentis, quam Michael Angelus Bonarota, nondum annum agens vigesimum quintum, exsculpsit. Cum autem artificem reprehenderent nonnulli, quod senio rem matrem filium, & juniorem filio matrem, effinxerit, causam ab illo inquirenti Ascanio Condivo suo familiari respondit Michael, non temere, sed

sed jure a se id factum, quandoquidem Deiparæ virginum dotes conveniant, quæ puerperii, floridam juventæ venustatem ut plurimum deturpantis, damnis non affliguntur; redemptoris vero corpus poenis consumtum a se efformatum, eam referens ætatem, in qua mortem obivit. Id quoque commemoratum non indignum censemus, cum picturæ bene multæ præstantissimorum artificum, non tam temporis edacitate, quam humiditate & nitrosa carie parietum corrosæ & pæne obliterated essent, paucos ante annos Josephum Montanum e patre Pisarenfi Laureti natum, & non minus pictoria quam poëtica arte instructum, modum invenisse non solum pretiosas illas tabulas in pristinum statum restituendi, sed in posterum etiam ab injuriis servandi incolumes, eumque ob hanc peritiam non tantum munere quingentorum & quinquaginta nummorum dignum judicatum ab Eminentissimis Patrib9, sed & decreto generali facto A. 1694 d. 16 Junii & a Pontifice Innocentio XII probato, singulis eidem mensibus, quoad vixerit, duodecim scutatos nummos exsolvendos fuisse sancitum. Ultimum sacellum, ubi sacri baptismatis fons asservatur, *capite vigesimo secundo* delineatur. Hujus autem abrum Illustrissimus Præsul Vespimianus, auspiciis Innocentii XII, ex porphyretico lapide, quo testæ olim fuit arca marmorea Ottonis II Imperatoris ossa continens, secundum delineationem Equitis Caroli Fontanæ, fieri curavit conchæ figura, in qua perficienda sudant adhuc artifices, & sacellum quoque pretioso & variegato lapide exornant. *Vigesimo secundo capite* de antiquitate lignæ cathedræ B. Petri studiose agit Auctor, & quod genuina eademque sit, quæ a Pudente, qui Apostolum Romam venientem domi excepit, Petro oblata fuerit, contra secus sentientes defendit, nihil ejus sanctitati officere censens, quod Herculis monstra domantis imagines præ se ferat; cum divinam virtutem in Petro nobis præsentent, qui Herculis instar falcorum Deorum monstra miraculis & doctrina felicissime confecerit. Hanc Eques Berninus sub majori apside inter sepulcra Pauli III & Urbani VIII collocavit, jussu Pontificis Alexandri VII, cujus numisma A. 1663 cufum opus illud magnificentum repræsentat, cum hoc lemmate: *Prima sedes, Fidei regula, Ecclesia fundamentum*. Includitur autem lignea cathedra æneæ, cui aurum superinductum, quæque manibus quatuor Ecclesiæ doctorum sustinetur, quorum duo Latini sunt, S. Ambrosius Mediolanensis Episcopus

piscopus, & S. Augustini Hipponensis Antistes; totidemque Græci, S. Athanasius Alexandrinus, & Johannes Chrysoſtomus Conſtantinopolitanus Patriarcha, quorum ſtatuz palmos 17 altæ, ex ære quoque fuſæ & deauratæ ſunt. Hujus operis magnificentia vel hinc colligi poteſt, quod Equiti Bernino in præmium delineationis erogati fuere nummi ſcutati 8000, Joanni Artuſio de Piſcina, pro fundendi labore, ſcutati 28000, æriſq; pondus æquavit 219061 libras, reliquos ſumtus ut taceamus. Sed huic tamen monumento palmam præripit Confeſſio Petri ab Urbano VIII exornata, de qua fuſe exponit Auctor in *capite vigefimo quarto*, traditque confeſſionis vocem non infrequenter ſcriptoribus eccleſiaſticis pro ſepulcro vel corpore Martyrum uſurpari, propterea quod, cenſente Bulengero, in altaris, quod martyri dedicatum, palliis aut tabulis argenteis, marmoreisque Confeſſio illius expreſſa plerumque fuit. Porro autem antiquam ejus ob oculos ponit ſtructuram, nec non immenſam auri argentiq; copiam, quam ſummi Pontifices in exornando Petri dormitorio effuderunt, altare ſimul deſcribens, quod ſubterraneæ huic ædiculæ imminerebat, refertque ut ſepulchrum illud muris obſtructum fuerit anno 1200 ab Innocentio, ne Pſeudopapis ad illud accessus pateret, denuo vero apertum a Paulo V, pretioſiſq; lapidibus, nec non auro & argento condecoratum, qui etiam ſacras cryptas Vaticanas, quas Clemens VIII figura crucis extruxerat A. 1594, ſacris veteris Baſilicæ monumentis ditavit, denique ut coronidem adjecerit exornationi altaris D. Petri Urbanus VIII, opera Equitis Bernini adjutus. Multi equidem fuerunt, qui Pontificis iſtius mentem ab hoc molimine avertere voluerunt, variis uſi argumentis; periclitari *primo*, ajentes, erga principem Apoſtolorum venerationem, ſi forte, cum terra egeretur, ſacri ejus cineres eo loco abeſſe deprehenderentur, ubi fidelium cœtus illos latere pie opinabatur, & perduelles Romanæ Eccleſiæ hoſtes negabant, multumque dedecoris in Pontificiam auctoritatem redundaturum, ſi (ut olim Sixtò V accidit, cum D. Hieronymi corpus in extructo a ſe ſacello reperire non potuit) ſepulchrum quoque Petri non detegeretur: *ſecundo*, tanti theſauri jaſturam imminere, propterea quod, cum eodem de loco quamplurima ſepulcra nulla inſcriptione notata alio transferenda ſint, facile accidere poſſit, ut Apoſtolorum principis monumentum, nulla fortassis nota inſignitum, cum iisdem amoveatur; *tertio* denique, ſepulcralem urnam, longa annorum ſerie facile



cile consumptam, posse operariorum incuria in effodiendo dilacerari, atq; pretiosos cineres cum terræ glebis ita confundi, ut nunquam separari, neque recognosci amplius possent. Neque tamen a suo proposito dimoveri se passus est Urbanus, sed ex ære Corinthio auro obducto Mausoleum ædificavit, cujus splendorem omnis merito mirabitur posteritas. Tota moles, præter aurum quo fulget, æquare dicitur 186392 libras, in eaque perficienda Berninus novem integros annos infumfit, quorum spatio trecentos nummos singulis mensibus illi exsolvere iussit Pontifex, ea vero absoluta, decies mille nummos Bernino largitus est, unumq; ex ejus fratribus in Basilica Lateranensi Canonicum constituit, alterum Clericis Vaticanæ beneficiatis addidit. Neque vero hic substitit Urbani magnificentia, sed ut *sequenti* traditur *capite*, quatuor ingentia loculamenta, quæ in pilis maximo hemisphærio suppositis vacua erant, A. 1630 variis marmoribus incrustavit, ac in iisdem ingentes statuas marmoreas, 22 palmorum altitudine, collocavit. Harum prima est effigies Veronicæ efformata a Francisco Mocho, cui præstantissimo alias artifice id vitio datum fuit, quod currentis formam expressit, non vero stantis, ut statuam decet, quæ a stando vel statuendo nomen habet; altera est Longini Centurionis ab Equite Bernino expressa, tertia Helenæ ab Andrea Bolgio elaborata; & quarta S. Andreae Apostoli, formata a Francisco Quesnoy, vulgo Fiammingo dicto, qui quinque annis in statua exsculpenda consumptis, cum intellexisset, eam non eo in loculamento, quod illi destinaverat, collocatam, sed Helenæ quasi cedere jussam, mœrore consumptus vivere desiit. Post Urbanum Innocentius X novo cælaturæ opere ornatis sacellis, interjectis in utraque templi ala marmoreis columnis, stratoque e vario lapide pavimento, Basilicam magnifice terminavit, ita ut eidem pavimento restituendam curarit rotam illam porphyreticam, supra quam Romanorum Imperator coronandus olim sistebatur, antequam ad sacrum Apostolicæ confessionis locum duceretur. Hæc ex illis, quæ de ipsa Basilica retulit Bonannus, excerpte visum nobis fuit. In reliquis enim capitibus de illis agit, quæ extra Basilicam digna commemoratu occurrunt, nempe de porticu a Paulo V excitata plasticoque opere exornata *capite vigesimo sexto*, in quo etiam ex Donati recenset Roma, quomodo restitutum illud nobis fuerit, quod longa temporum series & hominum oblivio ex officinis removerat, Factum id Julii II

tempore a Johanne Utinensi, juvene prompto & sagaci, qui Romæ in comitatu & contubernio Raphaelis erat artis pictoriæ studiosus. Cum enim in cryptas, quas in Titi Cæsaris palatio ac thermis Esquiliarum ea tempestate effoderant, cum magistro frequenter descenderet, miratus parietinas plasticis toreumatis loricatas, quæ quamvis tot ante seculis sepulta, adhuc tamen vegeta & integra vetustatem sub terra, quasi ex tuto, non senserant, factus aliquot experimentis deprehendit, nihil aliud fuisse intritam veterum plastrarum, quam marmoris contusi candidum & cribro excretum pulverem, macerata cum calce subactum ac mollitum. *Capite vigesimo septimo* versatur in describendis quinque Templi januis, quæ modo æneæ, modo argenteæ, modo ligneæ olim fuerunt; *vigesimo octavo* autem in delineanda porticu & Moenianis, in quibus soliti Pontifices triplicem capere coronam, & plaudentem populum salutari prece signoque lustrare, & *vigesimo nono* in designandis turribus campanariis, quarum fundamenta jacere jussit Paulus V, sed non absolvit, hac potissimum de causa, quod labile fundamentum judicatum fuerit, ineptumque ad novum pondus turrium ferendum, quas Madernus delineaverat. Nihilominus tamen Urbanus VIII Berninum in australi angulo turrim exstruere jussit, sed cum a turris mole fornicum porticusque rimulæ magis indies relaxarentur, mortuo Urbano Innocentius X destrufecit illam molem, conquestus postmodum, quod imperiti cujusdam administri suasionem importuna, ad demolitionem turris præcipiti decreto properasset, quæ incolumis servari potuisset, si Martini Longi consilio locus fuisset relictus. Porro *capitis trigesimi* argumentum sunt scalæ ante Basilicam positæ, quarum successu temporis varius fuit numerus graduum, donec tandem Alexander VII illos ad 21 gradus in triplicem seriem distributos reduxit. Rectas scalas interjacet semicircularis, per quam Pontificis & Regum sedilia facile convehuntur, ascenditque singulis annis, solenni D. Petri festo, tributarius Regni Neapolitani mannus. Eam Numidico lapide stravit Berninus, gradibus ita sagaciter incurvatis, ut cum rectis gradibus, licet altioribus, apte conjungantur, planamque intermediam aream apte superent. *Capite trigesimo primo* de porticibus ab Alexandro VI ovali figura magnifice extractis, *trigesimo secundo* de fontibus exponit Auctor, in amplo porticus theatro collocatis. Quorum unum, quem in Vaticana platea Paulus V constituerat,

tuerat, postquam aquam olim dictam Trajanam in agro Braccianensi e  
 saluberrimis fontibus collectam, veteribus aquæ Alseatinæ ductibus  
 restitutis, novisque additis, (unde & Paulam e nomine suo adpella-  
 vit) in Urbem derivaverat, Alexander VII suo loco amotum colloca-  
 vit in area porticus, eique similem Eques Carolus Fontana in opposita  
 parte meridiem respiciente posuit. Sed pergamus cum Auctore ad  
 obeliscum a Sixto V in foro Vaticano erectum, ad quod arduum opus,  
 ut *ex capite trigesimo tertio* patet, Pontifex e quingentis architectis, qui  
 Romæ convenerant, elegit Dominicum Fontanam, ex pago Miliagri  
 Novocomensem, eique primum addidit Jacobum a Porta & Bartho-  
 lomeum Ammanatum, deinde vero soli Fontanæ, metuenti ne, si for-  
 te optime a se cogitata alii minus recte exsequerentur, sibi ut inventori  
 culpa tribueretur, totum opus commisit; quem deinde, re feliciter  
 confecta, non solum operarii humeris exceptum, nova triumpho pom-  
 pa, inter faustas acclamationes, nec non tympanorum sonitus & tuba-  
 rum clangores, domum detulerunt, ut tanti artificis peritia celebra-  
 retur, sed etiam lætus summus Pontifex regiis muneribus ditavit.  
 Collo enim ejus torquem aureum jussit imponi a Cardinali Azzolino,  
 cui addidit quinquies mille aureos nummos, pensionemque annuam  
 duorum millium nummorum aureorum, nec non fructus decem mil-  
 lium aureorum, quos decem milites Lauretani singulis annis perce-  
 pturi erant; trabes insuper omnes, funes, ferrum, ac instrumenta o-  
 mnia, quibus in glorioso opere usus ille fuerat, quorum valor viginti  
 millia nummorum æquabat. Tandem postquam Cl. Auctor par-  
 tem Basilicæ exteriorem minoresque tholos *trigesimo quarto* capite de-  
 scripsit, de palatio quoque Vaticano agit in tribus capitibus ultimis.  
 Nam *capite trigesimo quinto* de porta commentatur palatii Vaticani ex-  
 tructa a Paulo V, quam evertere coactus fuit Berninus, cum eidem ab  
 Alexandro VII amplissimæ porticus ac novæ scalæ construendæ curæ  
 fuisset commissa. Hic enim Pontifex animadvertens scalam, per quam  
 ad aulam Regiam ascendebatur, pessime constitutam, & tanti palatii  
 dignitati parum esse consonam, adeoque obscuram, ut summi Pontifi-  
 ces, cum e palatio in templum sella gestatoria deveherentur, ac Purpu-  
 ratorum ipsos comitantium coetus tenebricosum transitum exhorre-  
 scerent, præcepit Bernino, ut arduum illud opus moliretur; qui non  
 raro factus est amicus, quod si unquam ex aliquo opere gloriam lucra-

tus fuerit, ex hac certe scalarum constructione, in qua tot difficillimæ res generosis ausis superandæ fuerint, a posteris se sibi laudem aliquam polliceri. Sunt autem scalæ illæ exornatæ a Bernino excusulto simulacro Magni Constantini, equo insidentis admirantisque crucem, quæ auro splendida in opposito arcu rutilat. *Capite trigesimo sexto & septimo* habetur tum chronologica palatii Vaticani descriptio, ostendens quæ nam partes a quibusque Pontificibus vel ædificatæ, vel exornatæ fuerint; tum ichnographica ejusdem explicatio, quod ita spatiosum est, ut plura quasi oppida comprehendat. Sunt enim in eodem duodecim amplissimæ aulae, duo maxima sacella ad sacras Pontificum functiones accommodata, duodecim alia ininora, scalæ nobiliores viginti, atria plura quam decem, officinæ quamplurimæ, cubicula pro omnibus palatii ministris, alia denique pro ipso Pontifice millenarium superantia numerum, præter inferiora domicilia famulorum, subterraneasque cellas variis usibus destinatas, quæ cubicula, si in unam summam redigantur, numerum 3000 excedunt.

Ultimo loco monendus est Lector, Bonannum, ubi ad Auctores provocat, pleraque propriis ipsorum verbis, barbarie licet inquinatis, protulisse, ne stylo elegantiori, ut ait, depravarentur; partesque Basilicæ præcipuas tabulis eleganter pictis ærique incisus repræsentasse.

*JUS DEI FOEDERALE, DELINEATUM A JOH. WOLFG. JAGERO, S. S. Theol. D. Sereniss. Wirtemb. Ducis Consiliario, General. Superint. & Abbate Maulbronnens.*

Tubingæ, apud Joh. Georgium Cottam, 1698, 8. Alphab. 1.

**O**peris majoris de fœdere gratiæ ejusque sponsore prodromum appellat librum hunc in ipso titulo Maxime Reverendus Auctor, quandoquidem in eo de fœdere solum primo, quod cum stante adhuc homine supremum Numen iniisse novimus, agere instituit, ad fœdus istud novum, quod per Christum sancitum fuit, alio tempore progressurus. Ubique vero ad partes vocat Illustræm Pufendorffium, quem in tractatu de jure Dei feciali utrumque fœdus magno cum acumine exposuisse confitetur, sed ita tamen, ut eum nihilominus a veri lineæ interdum abiisse su-

superaddat, ideoque incumbere sibi arbitretur, ut ipsum modeste in viam reducat. Quo autem inoffenso pede in hoc campo progrediatur, tricas prius, quae ex nominibus suboriri possent, remouet, sensumque vocabulorum, & Hebraici  $\text{מִן הַיַּד}$  & Graecorum  $\text{ἐκ τῆς χεῖρας}$  atque  $\text{δια χειρὸς}$  latius examinat, ac de foedere proprie sic dicto se heic acturum pollicetur. Et tale omnino cum primo homine, inque eo cum toto genere humano, per temperamentum quoddam maiestatis ac bonitatis suae Deum pepigisse affirmat, sententiamque suam ex praemio vitae aeternae, Adamo sub conditione praestitae legi obedientiae liberaliter promisso, imprimis roborat. Alieni vero cum nonnulli sint ab hac sententia, hinc rationes eorum ad examen Auctor reuocat, non ob stare ratus, quod Deus absolutus creaturarum omnium sit dominus, ac proinde leges ad arbitrium & ex merito placito praescribere valeat: dominio enim hoc, absoluto circa hominem, sicuti & circa angelos, cum uti noluisse, sed id per miram quandam  $\text{συγκατάθεσιν}$  temperasse respondet. Porro in foederibus de mutua utilitate, lucro, defensione, utrique parti prospici, nihil autem horum ad Deum redundare, aduersariis concedit quidem, sed inde tantum istud sequi ait, non dari foedus quoddam aequale inter Deum & creaturam, nec tale, quale sit inter homines; plane sicut recte asseratur, iustitiam commutativam non dari inter Deum & hominem, & ex eo tamen colligere haud liceat, quod iustitiae commutativae virtus in Deo plane non reperiat. Tame si denique officium ab homine praestandum antecedenter ad foedus utique debitum jam fuerit, Deum tamen in hoc ostendere voluisse notat, quam liberaliter cum homine ageret, dum cultum & obsequium haud frustra, verum sub opulentae remunerationis spe exegerit, istaque ratione semetipsum debitorem, non vi quidem iustitiae, sed vi tamen veritatis, effecerit. Atque in hoc foedere considerandum sistit Adamum tanquam totius humani generis caput, & naturale, primumque ejus parentem, & morale, ac velut quendam syndicum, qui non pro se tantummodo contraxerit, sed & pro universa posteritate, & bona sibi qua statim collata, qua promissa, tanquam bona communia toti naturae, & sibi & suis habuerit vel amiserit. Voetium igitur, Maccovium, aliosque e rigidioribus Calvinianis, qui labem originale non per naturalem & seminalem, sed per foederalem cursum propagari statuunt, refellit. An vero & Pu-

fen-

Pendorfius iisdem fuerit adstipularus, non satis liquere ait; foederis certe solius ipsum meminisse, capitisque naturalis rationem omisisse, observat. Placæum dehinc, Amyraldum, & sequaces, qui Adamum caput morale & foederale fuisse negent, itidem refutat. Quod ad promissionem divinam in hoc foedere attinet, vitæ illam æternæ fuisse probat, indeq; non adversus Socinianos modo & assentientem hisce Episcopium, quorum hic non minus atque illi nihil fuisse promissum doceat, verum Cameronem quoq; & Amyraldum, Paradisi solum terrestri beatitudinem in foedere hoc promissam statuentes disputat. Vitam vero æternam Deum sub conditione legis perfecte implendæ hominibus pollicitum fuisse, istamque conditionem Protoplastos acceptasse, uberius evictum dat. Sigillum atque Sacramentum foederis arborem vitæ constituit, ac vicissim in arbore scientiæ boni & mali nullam Sacramenti rationem agnoscit, istoque pacto & a Witfio & a Pufendorfio, hanc ad istam dignitatem evehentibus, plane recedit. Arborem enim scientiæ boni & mali argumentum fuisse & signum voluntatis divinæ absolutæ, & indicasse, quod Deus imperium habeat illimitatum in creaturam rationalem, etiam quam imagine sua instruxerit: Sacramenta autem esse media efficacia & collativa alicujus favoris divini, uti arbor vitæ medium conservandæ & in infinitum prorogandæ vitæ fuerit, cum contra arbor scientiæ boni & mali mortem fuerit minata; sicuti & per eam conditio hominis primi facta fuerit deterior, cum naturalem libertatem circumscriperit; at Sacramenta esse pignora gratiæ & sigilla promissiones Divinas obsignantia, quorum usus utentium felicitati inserviat. Ne tamen quis existimet, ac si eo pacto favere velit Reformatis, qui Sacramenta pro nudis signis habeant, idcirco magnum esse inter Sacramenta foederis operum & foederis gratiæ differentiam ostendit. Prolixus porro est in eo, ut evincat, primum hominē sufficientibus ad implendam foederis conditionem instructum viribus fuisse, eaque fini singulas ejus potentias perlustrat, ac in intellectu primum sapientiam & concreatam, & supernaturalem, & acquisitam deprædicat; Adamum quoque vi Theologiæ naturalis cognitionem de Deo ut uno & trino habuisse affirmat. At potentiam credendi in Christum eidem abjudicat, si rō credere id, quod fiducialiter meritum Christi apprehendere, designet. Fidem namque in illo sensu spectatam non contentam fuisse ait in lege cordi Adami insculpta, sed datam a Deo post lapsum, ut esset instrumentum apprehendens meritum & satisfactionem Christi, qui sit sponsor, mediator & fun-

fundator foederis Evangelici; nec vitam spiritualem in primo homine constituisse in fide seu potentia credendi in Christum, sed in illa habituali sanctitate & iustitia; adhuc fidem seu fiduciam in Christi meritum accendi tantum verbo Evangelii, hoc autem esse specialissimum beneficium gratiae foederalis in Christo sanctitatis. His deductis, circa voluntatem primi hominis libertatem atque sanctitatem, & circa appetitum sensitivum rectitudinem ejusdem considerat. Singulas vero istarum qualitarum non supernaturales fuisse, sed naturales, asserit, purorum vero naturalium statum penitus exterminat, eaque occasione ad Vincentii Contensonii *Œtyma* excurrit: an Deus creare poterit hominem tantum ut animal rationale, risibile, admirativum, & sic in suis constitutivis atque consecutivis, non ut in se sentiens rebellionem inter appetitum sensitivum & rationalem, sed ut habens omnia in se, in ordine & in pace? Ubi quidem Deum de potentia sua absoluta hominem ita creare potuisse haud inficiatur; at si de potentia & processu divino ordinario sermo sit, possibilem illum statum non fuisse existimat, quippe cum eundem nunquam existisse in confesso apud omnes sit. Sicut autem hactenus de anima primi hominis disseruit, ita nunc ad corpus ejusdem pergit, atque praeter hujus impassibilitatem, immortalitatem maxime adversus Socinianos vindicat, ac Pufendorfio quoque non satis pro dignitate hujus qualitatis primo homini concessae judicanti contradicit. Dominium in creaturas non ad constitutiva divinae imaginis, sed ad ejus consecutiva refert. Ad legem primo homini datam delatus, duplicem eam facit, inscriptam alteram, alteramque praescriptam. Istam quoad radicem & fundamentum, amorem nempe Dei & proximi, eandem constituit cum Decalogo, ejusque fontem iustitiam & sanctitatem Dei essentialem nuncupat, ac ideo cum Vitriario, indifferens voluntatis divinae arbitrium potius allegante, in pugnam descendit; quocum Pufendorffium per omnia facere minime largitur, hujusque sententiam de moralitate actionum ex impositione legislatoris dependente, eo sensu admitti posse docet, ut restringatur ad moralitatem relativam, quae per ordinem ad legem emergat; praeter quam tamen alia adhuc sit moralitas fundamentalis seu intrinseca, quae a lege praescindat, ita, ut etiamsi lex non esset, tamen actus aliquis, sicuti & ejus objectum, intrinsece aut bonus aut malus diceretur, & hanc non aliunde nisi a divina sanctitate dependere au-

tumat. Legem dehinc primo homini præscriptam ex Gen. II, 16. 17. repetit, inque ea palmariam foederis conditionem latuisse, prout contendat Pufendorfius, haudquaquam concedit. Nam uti positiva hæc lex palmaria non fuerit, sed titulus hic legi de amando Deo & proximo potius conveniat: ita neque istam conditionem foederis palmariam fuisse regerit; unde & Jacobus mandatum illud de Dei proximique amore legem regiam appellet, quod cognomen ad nullam e positivis trahendum sit. Post insinuatæ rationes, cur ea lex a Deo data? & refutata denuo ex instituto Wislii, arborem scientiæ boni & mali Sacramentum efficientis argumenta, ad arborem vitæ se confert, ac nec ejus vim medicam, nec ipsam typum Evangelii fuisse confet. Legem de Sabbatho jamsum in statu primo locum habuisse, vero putat esse firmissimum. Circa quæstionem: an in primo foedere locum habuerint sacrificia? ita se gerit, ut & Pontificios redarguat, qui ea Jus esse Naturæ statuunt, & quosdam e Patribus, qui ad alterum extremum prolapsi, ne a Deo quidem præcepta, sed permissa tantum eadem fuisse sentiant. Ipse autem medium tenere allaborans, per sacrificia novi foederis dedicationem factam fuisse perhibet; unde pro eorundem primaria intentione & scopo principali Evangelicam repræsentationem habet. Quemadmodum autem hominem cito nimis factum constat foedifragum, ita non potest Auctor maxime Reverendus, quin de tristissima foederis primi violatione suas meditationes subjungat. Et ejus quidem auctorem designat Diabolum, cujus machinationes ex historia Mosaica distincte proponit, ac gravitatem peccati a Protoplastis commissi urget, Helmontii commenta de carnis luxuria primo peccato mortisque causa simul explodens. Ad perseverantiam homines primos auxilio divino opus omnino habuisse contendit, ab eorum tamen liberrimo motu, flexu & nutu istud pependisse ait, an adjutorio illo uti vellent aut nolent: unde auxilium in statu integro collatum non fuerit adjutorium voluntatis seu volitionis & actionis, sed tantummodo possibilitatis, quo fieret, ut possent perseverare, si vellent, sive quo sola possibilitas perseverandi juvaretur. De cætero foedus illud ex parte quidem Dei adhuc stare monet, nullusque dubitat, quin, si hodie daretur homo, qui in Adamo non peccasset, & impleteret foederis conditionem, promissum ille præmium vitæ æternæ esset obtenturus. At culpa tamen hominis antiquatum istud testatur, dum, quia homo

idem



fidem datam fregerit, Deus ideo non amplius teneatur ad promissa sua, idque eo magis, quoniam se homo prorsus incapacem fecerit ad fœderis conditiones adimplendas; unde jure optimo Deus declarat, nullum amplius hominem per fœdus hoc vitam æternam posse consequi. Cum interim fœdus omne, in casum violationis, sanctionem poenalem adjectam habeat, inde & mortis comminationem, a Deo fœderi primo superadditam, ex Gen. II, 27. allegat, eamque non præcepto solum positivo de non comedendo, sed naturali itidem adjunctâ, ac sub mortis nomine, præter solutionem animæ a corpore, mortem etiam spirituale, imo æternam, intelligendam; minas quoque istas divinæ & justitiæ, & sanctitati, & majestati quam maxime conformes fuisse inveniit. Næc iniquam vocari debere factam posteris istius fœdis fragii imputationem probat, & hanc non mediate tantum per labem inhærentem ab Adamo in singulos homines propagatam fieri, adversus Placænum fusius demonstrat. Hominem præterea, etiam antiquato fœdere legali operum, nihilofecius ad exacte servandam legem divinam, conatam adstrictum mansisse infert, cumque hanc assertionem nerveose admodum statuminarit Pufendorfius, prolixius eandem contra Arminii alia omnia sentientis objectiones defendit. Denique in providentia divina circa primi istius fœderis violationem explicanda, ita inter duos scopulos navigandum præcipit, ut neque otiosum Deum spectatorem faciamus istius certaminis, ex quo totius generis humani facta, quin & universæ naturæ ordo pependere; neque injurii simus in ipsius sanctitatem, causam mali in eum refundentes, qui hujus severissimum ultorem se exhibeat; quem postremum tamen scopulum omnium minime evitent prædeterminantes, prout nec celeberrimi Viri, Spanhemius, Burmannus, Pictetus, diversas licet vias ingressi, ab eo satis sibi caveant.

*THE ABYSSINIAN PHILOSOPHY CONFUTED, OR, TEL-  
luris Theoria neither sacred, nor agreeable to reason, &c.*  
h. e.

*HABESSINIANA PHILOSOPHIA CONFUTATA, SEU TEL-  
luris Theoria nec sacra, nec cum ratione conveniens, &c.*  
auctore ROBERTO St. CLAIR.

Londini apud W, Neuton, 1697, 12. plag. 12

Quædam

**Q**uem in Actis Eruditorum A. 1692 M. Nov. pag. 505 sqq. laudavimus, doctissimi Ramazzini libellus de fontibus Mutinensibus, in Anglicum idioma conversus, dissertationeque præliminari contra Burnetium, & notis doctissimi Roberti S. Clair auctior, superiori rursus anno in lucem prodiit, titulum ideo præferens Habessinianæ Philosophiæ confutatæ, quod Ramazzinus cap. IV ex Francisci Patricii libro Italico de antiquorum Rhetorica, excuso Venetiis apud Franciscum Senensem A. 1562, ostendit, Burnetii hypothesin novam non esse, sed jam inter Habesinos quosdam olim fuisse receptam. Ut ergo paucis edisseramus illa, quæ contra Burnetium disputat Robertus, primum loca Scripturæ S. quibus hypothesin suam superstruit Burnetius, ab ejusdem explanationibus vindicat, & ad 2. Pet. 3. v. 5. 6. respondet, ipso Burnetio fatente, sacram Scripturam non esse consignatam literis, ut Philosophiam nos edoceret; deinde nullum Apostolo coævum scriptorem hanc fovisse sententiam, aquas terram circumdeditisse, ut albumen ovi vitellum, neque Apostolum reprehendere homines propter ignorantiam in philosophiæ naturalis quodam argumento, sed propter atheistica principia (vid. v. 3;) adeoque hunc textum contra Burnetium militare, cum illos objurget Petrus, qui mundi originem ex materia legibus mechanicis mota derivant, exclusa divina potentia, cujus neque Burnetius mentionem faciat. Ad aliud argumentum ex Ps. 24. 2. petitum, quo super aquas fundatam crustam terræ probare satagit Burnetius, regerit, particulam *למ* in idiomate Ebræo significare etiam *juxta*, ut ex Ps. 2. v. 3 patet; Proverb. VIII. 27. autem jungenda monet esse loca Job. XXV. v. 10. II. Ps. 104, 9, ex quibus loci controversi explicatio petenda, cum diserte satis testentur, littora esse terminos, quibus cohibetur mare, ne terram inundare possit. Contra autem objicit Burnetio Ps. 104. v. 5, qui evincat, terram a Deo semel fundatam perstitisse, nec, ut vult Burnetius, in abyssum ruisse præcipitem. Negat quoque, si vel ipsa Burnetii hypothesi admittatur tantisper, tantam, post primam præcipitationem, particularum terrarum copiam in ære potuisse manere residuam, ut magnæ crustæ terræ oleo admixta constitutendæ sufficeret. Porro urget, terram jam aridam fuisse & densatam, teste Gen. I. v. 9, ante creationem Solis, quæ demum quarta contigerit die, neque proinde consolidatam ab æstu Solis. Atque si vel maxime detur, fieri id potuisse in Zona torrida, negat tamen id accidere potuisse


potuisse circa polos, atque ideo ob pressiois inæqualitatem ne quidem formari ovalem illam figuram potuisse. Præterea objicit, a Burnetio non definiri rationem, quam oleum ad terram admiscendam habuerit, neq; determinari, ad quam olei profunditatem terra commiscenda descenderit, ut calore Solis potuerit hæc mistura in crustam excoqui, cum in ipsa Zona torrida Solis radii aquam non admodum alte penetrent; ut nautarum constet experimento, qui potum refrigerandum in mare immergant. Si autem dicat, prope superficiem olei coaluisse crustam, monet hinc consequi, magnam adhuc olei copiam perstitisse infra crustam, fractaque terræ testa, Oceano innatare debere, quod tamen nullibi compareat. Porro absortum esse judicat, dicere terræ crustam ante creationem piscium & volucrum, quæ quinto die facta est, concrevisse, cum rationi consentaneum non sit, pisces usque ad diluvium in clausa vixisse abyssis, neque explicari satis possit, quomodo crustam illam percurrere potuerint aves recens creatæ, aut qua ratione benedictio divina locum habuerit, quæ homini dominium tribuit in pisces maris, si densa illa crusta ab homine fuissent sejuncti. Questus porro, Burnetium contradicere Scripturæ in situ Paradisi definiendo, dum illum in Africam transtulit, ad Waltherum Rawleigh provocat, qui in Asia illum fuisse demonstravit. Tandem ad hypothesin fractæ telluris crustæ diluvii tempore falsi coarguendam, quæritur ex Burnetio Robertus, quid factum illi terræ parti, cui arca insisteret? quæ procul omni dubio, si & ipsa descidisset in abyssum, arcam quoque in mare præcipitasset, ingenti cum exitio animalium eadem comprehensurum. Tandem vero aliam proponit hypothesin circa modum, quo probabiliter diluvium fieri potuerit, supponens magnas in terræ visceribus esse cavitates aquis repletas, quæ cum Oceano communicent, in illisque dari mineralia & metalla varia. Quemadmodum ergo in siphone, cujus crus brevius sphaera vitrea instructum, si eidem aqua repleto injicias limaturam ferri, affundasque parum olei vitrioli, ex colluctatione metalli cum sale acido aer generatur, qui occupans sphaeram siphonis deprimit aquam in crure breviori, & in productiori adeo attollit, ut quoque extrudat, cessante vero illo conflictu aqua denuo subsidit: ita censet potuisse diluvii tempore talem fieri congressum salium cum metallis variis in terræ cryptis conclusis, ut genitus subito & se expandens aer, non tantum quibusdam in locis disjiceret terræ ma-

lem incumbentem, fontesque abyssi aperiret, exitum præbentes. variis effluviis mineralibus & metallicis, ingentes illos nimbos cum maximo fragore tonitruque concitantibus, turbataque aeris temperie contrahentibus hominum post diluvium viventium ætatem; sed etiam aliis in cavitatibus collectus & rarefactus ita urgeret aquam subjacentem, ut inundaret terram, ipsosque montes contegeret, sopita autem effervescentia illa denuo intra pristinos terminos rediret. Adjectis huic Dissertationi Auctor experimenta nonnulla miscellanea, primum agens de lampadum æquabiliter semper lucentium præparatione, jubensque vasculum præparare *aa*, instructum operculo & tubulo ex ejus fundo assurgente *bb*, ejus altitudinis, ad quam oleum infundi solet. Huic aqua primum immittitur ad altitudinem *c* inferius ostubuli operiens, cui deinde oleum superfunditur. Accenso vero ellychnio, tubulo *b* aptatur vasculum aliud, ex quo tantum aquæ guttatim destillat in ipsum, quantum olei absimitur, quo fit, ut olei superficies in eadem semper altitudine detineatur. Porro modum proponit majori in copia sulphuris oleum per campanam adipiscendi, si adhibeatur vas *bb* duobus tubis recurvis *aa* instructum, per quos aer ingredi possit, cui aptandum vitrum *cc* collo *pp* præditum, cui deinde recipientia aliquot vasa *ff* aqua aliquousque repleta, mediante canale recurvo *ee* applicantur. Tandem monet, multo sibi prius quam Hombergio phosphorum (qui tamen vix hoc nomine dignus sit) innotuisse ex sale Ammoniaco & calce viva paratum, & a Boyleo salis fusilis nomine fuisse donatum, cum massa hæc facile per deliquium solvatur in liquorem, qui evaporatus diu fluorem retineat, sed remotus ab igne statim concreseat, atque modico igne denuo fundatur. Quamvis autem hic liquor singularis sit, in frigido quippe dissolvens sublimati corrosivi pondus sibi æquale, & ex hac solutione spiritum sanguinem depurantem, moschi que odorem spargentem, parare doceat Quercetanus, testatur tamen Auctor experientia nixus, fallere hac in re Quercetanium, graviterque invehitur in auctorem Londinensis Dispensatorii, quod hunc processum libro suo inseruerit. Notæ Ramazzini libro adjectæ paucæ admodum sunt, & ad Hydrostaticam potissimum referendæ. Præcipuæ ex illis sunt sequentes. Male Ramazzinum dubitare, utrum pressura fluidi horizontalis sit æqualis pressioni perpendiculari ejusdem altitudinis, necne. Urinatores nullum sentire dolorem a pressione






TAB IV.

Fig. 1.

Fig. 2.



E  
A  
G  
N  
D





one aquæ Oceani, quoniam ær succis animalibus admixtus, quæ fibras corporis humani tubulosas replent, efficit elasticitate sua, ut pressione illa fibrarum parietes quidem arctius conjungi, non vero sibi adprimi vehementer possint, ut adeo, perinde ac vesica, quando excreta urina contrahitur, doloris expers est, nec ipsæ fibræ sua contractione molestiam aliquam nobis afferant. Rationem, cur urinator ascendat aquam deorsum pellens, descendat aquam sursum protrudens, hanc esse, quod aqua resistat motui manuum, atque ita corpus in contrariam partem projiciatur. Qui descendunt in campana urinatória, sentire aliquam compressionem, dum deorsum feruntur, non vero quando in fundo maris quiescunt. Mare Caspium se exonerare in Sinum Persicum. Ætænam furentem aquam cum igne simul quandoque eructare, quia rarefactus in visceribus montis ær aquam, cui immitet, qua data porta expellit.

*JAC. B. DEMONSTRATIO SYNTHETICA PROBLEMATIS DE  
Infinitis Cycloidibus absque adminiculo infinite parvorum; item  
Constructio aliorum huic affinium a se propositorum mensis  
Majo A. 1697.*

Cum sub finem anni 1696 solutione mea Problematis de Curva celerissimi descensus, quam omnibus nunc constat esse Cycloidem, Lipsiam paranda occuparer, animum subiit aliud, huic quidem quoad materiam affine, sed quoad applicationem methodi de maximis & minimis plane diversum, quo videl. porro quaritur, quænam ex infinitis Cycloidibus illa sit, per quam descendens grave ad datam quandam positionem lineam citissime pertingat. Et quoniam ex consideratione similitudinis Cycloidum solutioni viam patere illico videbam, indeque animadvertēbam, modum operandi in omnibus aliis Curvis similibus eundem existerē, imo non ad descensum tantum celerissimum, sed ad plurimas alias curvarum functiones applicari posse; quemadmodum si queratur ex infinitis curvis similibus illa, cujus inter commune principium & datam positionem lineam interceptus vel arcus, vel area, vel nata conversione arcus superficies, aut spatii conversione solidum sit minimum &c. constitui Problema non minus utile quam elegans publice proponere, ut & alii ejus contemplationi vacare, mecumque in  
par-

partem solutionis venire possent. Ad imitationem itaque Fratris, qui in Programmate suo Problemati de Curva celerrimi descensus alia minus principaliora adjunxerat, primario meo de Figuris Isoperimetris Problemati ipsi vicissim proponendo alterum hoc secundarium subjeci, sed duobus tantum verbis, & in casu duntaxat simplicissimo lineæ rectæ verticalis, nec nisi Cycloidis, Circuli, Parabolæque facta mentione, studioque etiam suppressa voce curvarum *similium*, tum quod persuasum haberem, qui in una quæsitum præstiterit, in omnibus pariter illud præstiturum esse, tum quoque ne fundamentum solutionis nimis aperte darem. Factum autem est, hoc non obstante, ut præter Fratrem Illustrissimum quoque Vir D. Marchio Hospitalius ad hujus problematis optime penetraret, solutionemque non tantum hujus, sed & aliorum hujus occasione a Fratre m. Aug. 1697 Diarii Gallici propositorum nupero Actorum Januario exhiberet. Ego itaque, ne ædum agam, nec tamen etiam nihil inventi mihi asseram, cum totum jure potuissim, illa tantum quæ ab Illustrissimo Viro Fratreque meo intacta relicta sunt, delibare breviter, ac primo quidem Problematis a me in in Cycloide propositi demonstrationem syntheticam citra adjumentum infiniti parvorum, in gratiam eorum qui horum calculum vel ignorant vel improbant, exhibere animus est; quod faciam suppositis tantum vulgo notis Lemmatibus: 1. quod arcus circuli major ad sinum suum majorem habeat rationem, quam minor ad suum: 2 quod tangens major sit arcu suo,

*Prop: Si super eadem base horizontaliter constituta AR dua consistant Cycloides AFC, ABP, quarum altera AFC datum perpendiculum ZB ad angulos rectos secat in C, ac demittantur super illud duo gravia ex communi principio A, illud quod per AFC descendit, breviori tempore ad perpendiculum appeller. (fig. 1.)*

TAB. V.  
Fig. 3.

*Dem: Sunt axes Cycloidum ZC, RP; semicirculi genitores ZLC, RTP, quorum ille radius GL in duos quadrantes sit divisus. Fiant AR, AZ. AH ::, ducanturque rectæ HF, FDS, CI, BE. illa perpendicularis, hæ parallelæ basi; nec non ZDI & huic parallela FM, ut ex fig. liquet: erunt AR & AZ, AZ & AH, RP & ZC, RTE & ZLD partes Cycloidum similes, adeoque proportionales. Quare*

*1. Hypoth. Si AR > AZ: LD. GS < (lemm. 1) LZ. GZ. & permutando LD. LZ < GS. GZ, componendoque DLZ. LZ < SZ. GZ,*

*sum-*



sumtis consequentium duplis DLZ. GLZ <SZ. CZ :: SD. CI < (lem. 2.) SD. CD; inverse & permutatim CLZ. CD > DLZ. SD, & tandem per conversionem CLZ. DLZ > DLZ. DLZ - SD, h. e. ex nat. Cycl. AZ. AM <AM. AH; unde VAZ. VAH ( :: VRP. VCZ) <AM(DLZ.) AH :: ETR. AZ :: ETR. CLZ. Ergo ETR: VRP > CLZ: VCZ. Sunt autem hæ quantitates, ut tempora descensuum per AB & per AC, demonstrante Hugenio in Tractatu de pendulis, & nuper id quoque affumente Illustrissimo Hospitalio. Tempus igitur per AB majus est tempore per AC. *Q. E. D.*

2. *Hyp.* Si AR < AZ: ZM = FD = CD > DS = HM; cum igitur hoc casu fiat AH > AZ, erit AM major media Arithmetica, eoque fortius media Geometrica inter AZ & AH; unde statim in ipsis terminis habetur AZ. AM <AM. AH. e quo cætera deducuntur, ut prius.

Cæterum generaliter observabam, in omnibus ejusmodi quæstionibus ubi ex infinitis Curvis similibus aliqua, invenienda est, quæ functionem quampiam optime præstet, quod duarum curvarum, quarum intersectione quæsitum determinatur, altera semper possit esse *Linea*, quam voco, *Functionis*, adeoque nunc Mechanica nunc Algebraica, dum altera perpetuo est Algebraica: quod hujus vices ipsa semper Recta præstare possit, quo casu altera, utut plerumque a *linea functionis* diversa, ab ejus tamen descriptione dependet: quod ambæ denique datæ cuidam e curvis similibus sic adaptari queant, ut earum ordinatæ vel inter se sint parallelæ, vel hujus fiant tangentes, aut perpendiculares, aut alio aliquo modo illi applicentur. Exempla sunt:

1. *Ex infinijs Circulis per A transeuntibus & centra habentibus in horizontali AB, illum invenire, per quem descensus fit celerrimus ex puncto A ad datum perpendiculum.* (fig. 4)

TAB. V.  
Fig. 4.

*Constr.* Datus sit semicirculus AQB divisus in duos quadrantes ANC, BNC, in cujus circumferentia sumto indefinite puncto Q agantur rectæ QP, QB, quarum illa parallela est radio NC, hæc ipsum secat in T: & fiat Linea Functionis ASX, nempe talis, ut ejus ordinata PS tempus descensus per AQ representet, hoc modo: Super diametro circuli AB erigatur quadrans curvæ Lemniscatæ ARB (vid. Act. Lips. 1694, p. 337 f, & 1695 p. 543) cujus nodus A, e quo subtendatur curvæ recta AR media proportionalis inter AB & 2PQ, ac sumatur PS = arcui AR pro sinistro, aut ARB + BR pro dextro circuli quadrante. Quo

Ff factō

facto fiat Curva Algebraica AVX, cujus applicata PV quarta fit proportionalis ad rectas AR, AB & 2NT; hæc priorem interfecabit in puncto aliquo X, unde demissa in AB perpendiculari XM erit, ut AM ad AB, sic distantia perpendiculari a puncto unde grave demittitur, ad diametrum circuli quaesiti.

2. *Positis, qua prius, invenire Circulum, cujus inter punctum A & datum perpendicularum interceptus arcus fit minimus.* (fig. 4)

*Constr.* Fiat Linea Functionis, nempe Linea Sinuum ASX, sumpta ubique PS = arcui AQ, tum describatur Curva Algebraica AVX, facta PV = NT, & ex puncto intersectionis X demittatur perpendicularis XM, eritque ut supra, AM ad AB, sicut distantia perpendiculari a puncto A ad diametrum circuli quaesiti. Nota tamen, Problema simplicius quodammodo construi intersectione solius lineæ rectæ & lineæ functionis, si hujus ordinatæ in tangentes datæ curvæ projiciantur. Vid. gener. constr. infra in solutione sex Problematum fraternorum.

3. *Ex infinitis Curvis similibus, & circa punctum A axemque communem AC similiter constitutis, quarum una data fit AB, invenire aliam AD occurrentem recta positione data DE in D, e quo demissa in axem perpendiculari DM, vel comprehensum spatium ADM, vel nata conversione curvæ circa axem superficies, vel natum conversione spatii solidum sit maximum minimumve.* (fig. 5)

TAB. 5.  
Fig. 5.

*Constr.* Sumto indefinite in curva data AB puncto B, ducatur tangens BG, axi perpendicularis BC, & hinc tangenti perpendicularis CL; quo facto functio primæ quaestionis, h. e. spatium ABC dividatur per  $\frac{1}{2}$  CL; functio secundæ sive superficies spheroidigeniti conversione curvæ AB per semicircumferentiam radii BC; functio tertiar seu solidum spatii ABC rotatione effectum per rectangulum sub dicta semicircumferentia & triente CL; quotientis semper abscindatur ex tangente æqualis BG, erit G ad curvam quandam AGH, quam secet recta AG datæ rectæ DE parallela in G. Ex G ducatur GB tangens datam curvam, sitque punctum contactus B; tum juncta AB, quæ datam DE secet in D, fiat curva AD similis ipsi AB. Hæc erit optata.

**EJUSDEM SOLUTIO SEX PROBLEMATUM FRATERNORUM**  
*in Ephem. Gall. 26 Aug. 1697 propositorum.*

*Probl. 1. In superficie dati Conoidis vel Spheroidis, ex gr. Parabolici, inter duo data puncta geometricè describere Lineam omnium in illa superficie sic duëtarum brevissimam.* (fig. 6.)

*Sol.*

*Sol.* Notanda primum ambiguitas in voce *geometricæ*, quæ procul dubio in causa fuit, cur Illustriss. D. Marchio Hospitalius in solutionibus suis m. Jan, Actorum exhibitis hoc Problema prorsus neglexerit. Si hac voce talis constructio poscatur, qua indefinite omnia puncta curvæ inveniuntur per meras quantitates ordinarias seu algebraicas, dico, Problema in ipso Cono Cylindroque non minus difficile imo impossibile, atque in cæteris Conoidibus Sphæroidibusque. Sin vero & illa constructio *geometricæ* esse concedatur, in qua quantitates quoque transcendentes seu quadraturæ, quæ ipso Cel. D. Leibnitio adstipulante non minori jure *geometricarum* quantitatum nomine veniunt, adhibentur, Problema in omnibus pariter Conoidibus ac Sphæroidibus, æque ac in Cono Cylindrove, est facillimum: Esto enim Curvæ quæcunque ABC, cujus tantum tangens dari concedatur, sitque basis ejus CD = a, applicata quædam arbitraria basi parallela BG = c, alia indeterminata MN = x, tangens ME data per x = t; rotetur autem, curva ABC circa axem AD, & gignat conoides ABCFDA, cujus polus A, meridianus ABC, æquator CF, eiq; parallelus per M transiens MH.

Tum sumto æquatoris arcu CF = factdx: xx√xx - cc, transeat per F meridianus AHF, secabit hic parallelum MH in puncto aliquo H curvæ cujusdam BH, quæ talis, ut quælibet ejus portio omnium aliarum in eadem superficie ductarum, & iisdem punctis interceptarum curva-

rum sit brevissima; ipsa autem longitudo curvæ BH = stdx: √xx - cc.

*Applicatio constructionis ad Conum, (fig. 7 & 8)* Sit Conus ACFD factus conversione  $\Delta$ li rectanguli ACD circa cathetum AD; ponatur hoc  $\Delta$ lum seorsim super recta infinita GD, centroque C radio CA describatur quadrans circuli KIG, & radio minori CD circulus PRQ; tum sumto in latere conii AC puncto utcumq; B, transferatur AB in CS, & ducatur SL parallela ipsi CK secans rectam KL ipsi CD parallelam in L, ac denique per punctum L intra asymptotos CD, CK trajiciatur hyperbola LO; quo facto per punctum quodvis O in hyperbola acceptum duæ ducantur rectæ asymptotis parallelæ OL, OT, quarum illa quadrantem KIG secet in I, hæc latus conii AC in T; arcuique quadrantis KI ex circumferentiâ minoris circuli PRQ, i. e. basi conii CF, reseccetur hinc inde æqualis arcus PR seu CF, qui nonnunquam totam circumferentiâ excedit; ac tandem in latere conii

TAB. V.  
Fig. 7. 8.

per F transeunte sumatur  $AH = CT$ ; eritque H punctum optatæ curvæ BH; ipsa vero  $BH = \sqrt{CT^2 - CS^2}$ , adeoque nequit esse (quod quis suspicari possit) aliqua sectionum conicarum, cum harum nulla rectificationem admittat: tota vero curva conum serpentis in modum ambit, duoque coni latera a supremo curvæ puncto B utrinque æquidistantia sibi asymptota habet, subinde & unum tantum, cum curva coni superficiem aliquoties exacte circumit; circumit autem semel, ubi latus Coni AC radii basis DC duplum est, bis ubi quadruplum, ter ubi sextuplum &c. Effici præterea potest facile, ut curva per duo quævis data puncta transeat, prout supremum ejus punctum B in alio aliove latere coni, propiusque vel remotius ab ejus vertice assumitur.

*Schol.* Quia constructio hæc requirit, ut ex circulis utcumque inæqualibus KG, PQ, æquales abscindantur arcus KI, PR, quod supponit anguli sectionem in data ratione; hæc vero generaliter non nisi per quantitates transcendentes absolvitur; constat, quod dixi, curvam *geometricæ*, i. e. algebraicæ non esse descriptibilem. In superficie Cylindrica puncta curvæ reperiri possunt continua arcus bisectione, sed inventio omnium indefinite punctorum pariter sectionem arcus in data ratione vel ejus rectificationem supponit.

Atque hæc de primo Problemate dicta sufficiant: Cætera supra laudatus Vir Illustris. D. Marchio Hospitalius nupero Januario plene & eleganter soluta dedit. Sed quia observo, paulo generaliora a Fratre proponi potuisse, ea sequentem in modum formo ac solvo:

*Probl. 2 & 3. Axi ET insistant infinita curva BL, BF genere eadem, h. e. quarum ordinata ML, MF constanter sint proportionales; sitque alia curva CL ex prioribus spatia auferens BLM, BCD, tum inter se, tum dato spatio equalia. Queritur, qua sit natura Curvæ CL, qua ratio ducendi ejus tangentes, & quodnam in illa punctum alteri ubi vis dato puncto proximum? (fig. 9)*

TAB. V.  
Fig. 9.

*Sol.* Estõ data ex infinitis una BL, datumque in curva CL ubi vis punctum C, e quo demissa in axem applicata CD, quæ fecet datam curvam in G, ducatur tangens GE; super DE constituatur  $\square$  EH = spatio dato BGD, fiatque CH. HD :: DE. DT; juncta C T curvam CL tanget in C. Nota ratione ducendi tangentes, natura curvæ latere nequit; estque semper, quod hic specialiter annoto, reducibilis ad casum Problematis Beauuiani generalius concepti m, Dec. 1695, adeoque, con-

construibilis per Logarithmicam, vid. m. Jul. 1696. Punctum curvæ CL proximum ipsi B quodnam sit, generaliter ostendit Vir perillustris, potestq; nullo negotio ad aliud quodvis datum punctum accommodari.

*Probl. 4 & 5. In eadem fig. sunt BC, BL infinita curva similes seu specie eadem, e quibus curva CL auferat arcus aequales BC, BL; quaritur natura curvæ CL, ejus tangens in puncto C, & punctum curva dato cuipiam puncto proximum. (fig. 9)*

*Sol.* Exemplum proponit Frater in parabolis. Huic sæpe laudatus D. Marchio ita satisfacit, ut ducta per C parabola BC, ejusque tangente CE, faciat CE-BC. BC :: BD. BT. Addo, si in hac proportione duntaxat BD vertatur in BE, constructio generaliter ad omnes curvas similes se extendet; unde & componendo semper erit CE. BC :: ET. BT. Quemadmodum etiam si curva CL talis esse ponatur, ut ex curvis similibus areas abscondat æquales BCD, BLM, reperitur  $\triangle CDE$ . BCD :: ET. BT, quæ Theoremata observari merentur. De natura curvæ CL, punctoque in illa alteri cuidam proximo eadem tenenda, quæ in §. præced.

*Probl. 6. Sint infinita Curva similes BH, DL, circa idem punctum A similiter confisuta, quas trajiciant dua recta positione data AH, ED, quarum altera AH transeat per A: quaritur arcuum ambabus rectis interceptorum maximus minimusve. (fig. 10)*

TAB. V.  
Fig. 10.

*Sol.* Data sit una curvarum similiarum BH secans rectam positione datam AH in H, alterique positione datæ ED ducatur per A parallela AG. Evolvatur curva HB, principio evolutionis facto in H, & gignat curvam HG, quæ rectam AG secet in G; filum autem evolvens, dum describit G punctum, sit GB tangens curvam in B. Jungatur AB secans rectam ED in D, ac per D transeat portio curvæ DL similis portioni BH, erit arcus DL omnium rectis AH, ED interceptorum maximus minimusve.

*Coroll.* Patet hinc insignis Evolutionum usus, nondum quod scio consideratus, nempe: Si sit Curva quævis HB, ejus evolutione, descripta HG; filum evolvens BG, atque ex punctis H & G inflectantur rectæ HA, GA, concurrentes in quolibet puncto A, & posteriori per B agatur parallela recta infinita BF, erit evoluta BH omnium circa idem punctum A similiter descriptarum ac rectis AH, BF interceptarum cur-

varum maxima minimave. Quin & amplius, si accipiat in curva HG quodvis aliud punctum C, quod filum evolvens IC dum describit tangit curvam BH in I; atque ex I recta agatur IM ductæ CA parallela, erit arcus BI omnium rectis IM, BF interceptorum maximus minimusve.

**EJUSDEM SOLUTIO PROBLEMATIS FRATERNI IN AGTIS**  
*m. Maj. 1697 p. 211 propositi de Curva infinitas Logarithmicas ad angulos rectos secante.*

Problema de Curva invenienda, quæ infinitas Lineas ordinatim positione datas tangit, jam m. Octobri 1695 solutum dedimus. Quæstio hic est de tali, quæ datas omnes ad angulos rectos secet. Dependet autem Problema a methodo tangentium inversa, ut nullam generalem solutionem admittat, estque pro varia datarum positione miræ diversitatis; neque gradus vel species curvarum est character facilitatis vel difficultatis problematis, cum nonnunquam in algebraicis res difficulter, in transcendentibus contra facile succedat.

Exempla promiscue algebraicarum & transcendentium Curvarum, in quibus solutio facilis:

1. Si *videm axi insistant infinita Parabola aequalium parametrorum sed diversorum versicam, sive* (quod eodem recidit) *si ex infinitis una super plano suo ita protrudatur, ut singula ejus puncta rectas describant axi parallelas, erit Curva, quæ infinitas illas parabolas, seu unicam ita motam perpetuo ad angulos rectos secat, Logarithmica, cujus subtangens æquatur semiparametro parabolæ. Et vicissim, si Logarithmica dicta ratione super axe promoveatur, Curva quam continuo ad rectos secat angulos, est Parabola. Ita si Parabola Cubicæ super axe propellatur, quam ad rectos secat, est Hyperbola; si altiores Parabolæ, ab altioribus gradatim Hyperbolis normaliter secantur, & vicissim &c.*

2. Si *infinita aequalium parametrorum Parabola axibus parallelis insistant, & vertices habeant in linea bis axibus perpendiculari, sive, si Parabola ita feratur, ut singula ejus puncta rectas describant axi perpendiculares, Curva quam infinitæ vel unica sic mota normaliter intersectat, Parabola est cubicalis secundi generis, cujus latus rectum ad parabolæ parametrum est, ut 9 ad 16. Si alia Paraboloides ita ferantur, aliis itidem Paraboloides normaliter secantur, & vice versa. &c,*

3. S

3. Si infinita Paraboloida ejusdem gradus (cujus index sit  $m$ ) sed diversorum laterum rectorum, circa eundem axem & verticem consistant, Curva quæ has omnes normaliter trajicit, constanter est Ellipsis, cujus centrum in communi vertice, latus transversum in axe, ejusque ratio ad latus rectum, ut 1 ad  $m$ :

4. Si infinita aequalium subtangentium Logarithmica super totidem axibus parallelis consistant, transeantque per commune punctum B; quaritur Curva eas omnes normaliter interfecans: (fig. 11) Constr. Est una earum data FBF cum suo axe AG, inque demissa perpendiculari BA; sumtoque quolibet in Logarithmica puncto F, agantur ad axem perpendicularis FG, tangens FL, & huic parallela BM, ac insuper ad partes Logarithmicæ ab axe remotiores statuatur in axe recta AN arbitrarie longitudinis, major tamen subtangente GL: quo facto sumatur inter duplâ subtangentem & excessum, quo NG superat AM, media proportionalis, eique in recta BA æqualis abscindatur BF sursum deorsumve, prout punctum F supra infrave B assumptum fuerit; ac denique ex I educatur IH parallela axi secansque applicatam GF in H; erit H punctum in optata Curva CHD, cui similes & æquales in cæteris rectorum BA, BC sese decussantium angulis constitui possunt. Nota, Maxima Curvæ altitudo  $BD = \sqrt{GL}$  in AN-GL; Si GM  $\perp$  AN, cecidit IH in BC, sitque maxima curvæ latitudo:

TAB. V.  
Fig. 11.

5. Quaritur denique Linea (quod est exemplum speciale Fratris) qua omnes Logarithmicas super eodem axe & per idem punctum ductas ad angulos rectos secat: (fig. 12.) Constructio talis: Est axis communis Am, punctum intersectionis Logarithmicatum B, earum una data FBF; demissa in axem perpendiculari BA, per punctum F utcumque acceptum in Logarithmica agantur rectæ FT, FN, secantes rectam BA in T & N, quarumque illa axi parallela sit, hæc tangat Logarithmicam (prætereaque supra T, si quidem punctum N inferius sit ipso T; abscindatur TN = inferiori TN) quo facto diametro AN, nempe AT  $\perp$  TN, describatur semicirculus APN, cui occurrat recta FT in P; sumtaque arbitraria quadam constante L, abscindatur in BA ex puncto T recta TR =  $\sqrt{\frac{1}{2} TA^2 \Omega L^2}$ , & jungatur RP, (vel si punctum T superius sit ipso B, descripto super TR semicirculo applicetur illi prius TP, ac tum demum jungatur RP; junctæ in recta FT æquales hinc inde ab-

TAB. V.  
Fig. 12.

scindantur TS, TS; eruntque puncta S, S ad Curvam quandam m C M C m, quæ omnes Logarithmicas circa punctum B constitutas ad angulos rectos secabit, ut requirebatur. Nota, sumta  $TR = \sqrt{\frac{1}{2} TA^2 + L^2}$ , occurret Curva axi in puncto m, ut sit  $Am = L$ ; sed sumta  $TR = \sqrt{\frac{1}{2} TA^2 - L^2}$ , transibit inter puncta A & B, nec ad axem pertinget. Maxima Curvæ latitudo  $BC = \sqrt{\frac{1}{2} BA^2 - L^2}$ .

Atque horum omnium solutio facilis admodum fuit: dari autem possunt aliæ curvarum positiones, quæ Problema magis arduum reddunt, & vel in simplici Parabola ad casus methodi tangentium inversæ nondum exploratos deducunt; veluti, si quaratur Curva, quæ omnes Parabolas super eodem axe extructas, lateraque sua recta respectivis verticum a puncto fixo distantis aequalia habentes, ad rectos angulos trajicit. &c. Cui addi potest & hoc: *Quæritur Curva, quæ Parabolam aut aliam datam Curvam super plano suo circa datum punctum in orbem conversam in angulo dato secat; quemadmodum constat, rectam ita conversam circa extremitatem suam in angulo recto secari a Circulo, in obliquo a Logarithmica spirali.*

NOUVELLE BIBLIOTHEQUE DES  
Auteurs Ecclesiastiques.

h. e.

NOUVE BIBLIOTHECÆ AUCTORUM ECCLESIASTICORUM  
Tomus VIII. Autore L. E. DUPINIO.

Parisiis, apud Andr. Pralardum, A. 1697, in 4.

Constat 2 alph.

**D**Amus itaque, quam promissimus nuper, partem alteram Tomi VIII Piniani, quæ historiam controversiarum & librorum seculi undecimi complectitur, eo quidem minus temnendam, quo majoris momenti res hoc seculo agitatae sunt: controversia Sacramentaria, quam hæresin Noster vocat: jus Pontificum Romanorum in Reges & Imperatores per excommunicationem e folio quoq; deturbandos: Græcorum a Latinis aperta secessio: bonarum literarum resuscitatio aliqua, quæ tamen præ nimia barbarie antegressa, qua plurimorum ad-

huc



huc animi tenebantur, intra exiguos paucorum virorum eruditorum cancellos includebatur: dum alibi jejuna surgebat dialecticâ subtilitas, & sterili Theologiæ Scholasticæ ortum præbebat hoc seculo infelicem. Hæc quum ita in præfatione, velut conspectum seculi præbiturus Pinius prælibasset, historiam a Fulberto Carnotensi orditur, præcipuo scilicet liberalium artium, nec non Theologiæ restauratore, e cujus schola quamplurimos produisse viros scientia pietateque inclutos, & per Galliam ac Germaniam prorsus illustre nomen magistri sui reddidisse memorat. E scriptis vero Fulberti, quæ suo more prolixiuscule recenset, epistolas magni præ ceteris æstimat, utpote castigato satis dicendi genere compositas, & plurimum ingenii ac nitore præ se ferentes. Non tam placent illi reliqua ejus scripta, & imprimis poetica, quæ invitis admodum Musis composita censet. Editionem operum Fulberti, quæ a Corolo de Villiers Parisiis anno 1608 adornata est, haud paulo negligentius, quam decebat, esse tractatam, non diffitetur.

p. 1.

p. 6.

Inde agit de Berengarii causa, qui unus discipulorum Fulberti fuit, magistro suo moribundo, ut fama est, jam suspectus. Non dubitat Autor noster, ad stipulatum esse ejus de Eucharistia dogmati Eusebium Brunonem, Andegavensem Episcopum, ad quem sese primo contulerat Carnoto egressus Berengarius: atque id, cum e Durandi Troarnensis, & Deoduni Leodiensis coævorum scriptorum testimoniis constet, negari non posse putat: etsi successu temporis Brunonem, re rectius considerata, ad Ecclesiæ fidem rediisse, factumque Berengarii adversarium, simul annotet. Ipsi autem Berengarii penitentiam, & seriam erroris, ter licet, editis totidem confessionibus, ejecti rejectionem, aut nullam fictamque, aut sero admodum factam credit: cum Mabillonius adversus postremam quoque confessionem, ab ipsomet Berengario editum aliquod scriptum in Italiæ quadam bibliotheca, inter vetustos codices manu exaratum videri, & Bertholdus Constantiensis Presbyter nunquam mutasse sententiam Berengarium diserte scribat. De cetero, postquam reliquos ejusdem errores, scripta, & adversarios commemorasset, dicendi genus aridum & scholasticum atro carbone notat, recteque illi sophismatum dialecticorum, contra simplicitatem Apostolicæ fidei ab usum a Sigeberto Gemblacensi objectum ait: nec magnam ejus in antiquitate ecclesiastica per-

p. 8.

p. 10.

p. 12.

Gg

ritiam

ritiam judicat. Berengarium excipit capite III Lanfrancus Cantuariensis Archiepiscopus, perpetuus illius hostis & impugnator: inter  
 P. 17. Noster ob intricatam obscuritatem, frigidas allegorias, ac debilem argumentorum vim, cum Dacherio mallet alii quam Lanfranco tribuere, si modo hæc ad librum falsi convincendum sufficerent. Quærit, quomodo sit intelligendum, cum in illo libro dicit Lanfrancus, confessionem publicorum peccatorum non nisi ad sacerdotem esse instituentiam, occulta vero cuivis clerico, etiam si sacris ordinibus non initiato, quin & laico homini confiteri licere? Existimat, occultorum nomine venialia peccata innui, mortalia publicorum; vel potius, per publicorum confessionem intelligi sedulam peccatorum singulorum enumerationem, per confessionem occultorum summariam solum & generalem confessionem absque singulorum enumeratione, qualem laici ad semetipsos instituere possint, & quam Lanfranci ævo maxime obtinuisse notat. Lanfranco reliqui adduntur hoc capite, qui Berengario se opposuerunt, Hugo Lingonensis Episcopus, Durandus Troarnensis Abbas, Guitmundus Archiepiscopus Averfanus, & Algerus Cluniacensis Monachus & Diaconus Leodiensis. Postremus hic ad insequens seculum rectius pertineret, quippe quo scripsit, ut Autor non diffitetur: sed ob argumenti vicinitatem huc tractus est. Scripsit librum de Sacramento corporis & sanguinis Domini, quem Lanfranci etiam & Guitmundi scriptis antetulit olim Petrus Venerabilis; sed a quo Pinius dissentit, ampliorem quidem librum illum & allegatis veterum Patrum locis ditiozem non negans, ast nervis ac dictione Lanfranco multo inferiorem judicans. Recenset etiam reliqua scripta Algeri: quibus addi adhuc posset liber de Gratia & libero Arbitrio, cuius meminit Trithemius in Catalogo suo.

P. 22.

Post hæc tribus capitibus historiam Pontificum Romanorum hujus seculi tradit: quarto scilicet Paparum, qui ante Gregorium VII regnarunt, quinto ipsius Gregorii, & sexto eorum qui Gregorium insecuti sunt. Agmen inter omnes ducit Gerbertus, seu Sylvester II, de quo jam antecedente seculo dictum est, & qui sub initium hujus Papalem quoque thronum tenebat. Sergium IV, qui juxta Dithmarum Os porci antea nominatus legem de mutando nomine Pontificum tulit, falso a nonnullis credi primum etiam suum nomen inutasse monet;

monet, cum id jam antecedente seculo esset a Johanne XII aliisque Romanis Pontificibus factum. De successoribus Sergii usque ad Leonem IX, excepto tamen Clemente II, dicit, mirum non esse, quod nullum eorum vigilantia pastoralis monumentum superfit: siquidem non ut pasceret Christi gregem, sed ut ambitioni suae ceterisque immoderatis cupiditatibus facerent satis, curam suam omnem intenderint. Mallet etiam Leonem IX, quem alias magni aestimat, a sua in Normannos expeditione abstinuisse, nec praefuisse ducem infelici praelio, quo concisa acie sua omni ipsemet captus est: allegat vero Bennonem, qui Hildebrandi consiliis & bellum & infelicem ejus eventum adscribit. Istius igitur Hildebrandi, qui jam tum in aula Leonis IX multum valuit, & postmodum sub diversis Pontificibus, inprimis sub Alexandro II rebus majoribus, imo summis admotus, tandem Pontifex Gregorius VII post Alexandri mortem evasit, res gestas fuse omnes enarrat, & tentatam per tot artes omnipotentiam in histerris: ut scilicet summus fieret spiritualium ac temporalium rerum totius orbis dominus; negotiorum civilium & ecclesiasticorum judex & arbiter supremus; omnium gratiarum, cujuscunque demum illae generis essent, diribitor; & non minus Episcopatum ceterarumque functionum ecclesiasticarum, quam regnorum atque provinciarum, quin & bonorum opumque quae privati possidebant, qui pro arbitrio decerneret dispensator. Quibus vero modis ista omnia vel tentarit, vel obtinuerit, ex ipsiusmet Gregorii epistolis, servato temporum ordine, diligentissime Autor enarrat. Verum ipsa eorum copia prohibemur, quo minus inde aliqua excerpamus, rectius apud Autorem ipsum legenda. Sufficiat judicium ejus de Gregorio, quem, post laudatas ingenii, eruditionis & animi imperterriti nonnullas dotes, praecipiti more esse ad Papalem dignitatem evectum, zelo pro magnitudine Romanae Sedis praepostero iniqua ausum, quae ultra potestatis limites essent suscepisse, longe maximas in ecclesia & republica turbas excitasse, in personas provinciasque Regum ac Principum jus sibi non debitum usurpasse, atque adeo ultra terminos ecclesiasticam Romanae Sedis potestatem evexisse, non diffidendum putat. Post Gregorium Victor III & Urbanus II Sedem Pontificiam tenuerunt, nihilo remissius tentata a Gregorio prosecuti: de quibus agit caput sextum. Inde controversias Latinorum cum Graecis peculiari capite exponit Noster: quae primo quidem

p. 24.

p. 32.

p. 68.

p. 77.

sub Imperatore Constantino Monomacho spectare ad concordiam videbantur, mox tamen, indignante Cæsare, Michaelæ Cerulario Patriarcha Constantinopolitano autore, in apertum schisma, & fecellionem manifestam prorupit: frustra laborante Principe, nec quicquam agentibus cum excommunicatione sua Legatis Papæ: frustra etiam tentato ab Occidentalibus per Venetum Patriarcham Petro Patriarcha Antiocheno, quanquam is Cerulario non in omnibus adstipularetur. Harum turbarum culpam omnem in Græcos devolvit Pinius, nec omittit tentatæ iterum sub Stephano IX Papa pacis, nunquam tamen secutæ, mentionem.

p. 83. Tum ad Scriptores regreditur, & octavo capite de Petro Damiani agit, quem male cum Petro de Honestis confundi persuasus est. Hujus postquam vitam recensuisset, epistolas commemorat: quas inter notatu inprimis digna libri primi duodecima ad Alexandrum II Papam scripta: quippe in qua duos abusus reprehendit, quod anathematis poena omnibus promiscue decretalibus ut plurimum apponatur, absque tamen sufficienti causa, & quod non liceat minorum gentium clericis laicisve vitia suorum Episcoporum reprehendere, resque, ut corrigantur, ad superius tribunal deferre. Eo vero magis digna notatu posterior hæc epistolæ pars est, quo insignior observatio Autoris nostri, quam nemini hæcenus obtigisse prorsus miramur.

p. 98. Nempe hanc ipsam esse librum Petri Damiani de *Correctione Papæ & Episcopi*, qui Argentorati primum anno 1562 editus *yo. Dainos* erat a Possævino non sine acerbitate, & a secutis Possævini Labbeo atque Natali Alexandro infimulatus: cum alii, genuinum quidem librum eum esse Petri scærum, sed tamen in editione operum illius a Constantino Cajetano curata, quæ Romæ primum, postea & Lugduni atque Parisiis prodiit, locum non habere existimarent. Sed utrumque serupulum tollit nunc doctissimus Pinius, novimusque adeo & haud dubie esse scriptum Damiani, & in omnibus, nulla etiam excepta, epistolarum editionibus suo comparere loco. Ceterum mallet Noster, epistolas hujus auctoris esse juxta seriem temporum, quibus scriptæ sunt, aut pro materiâ vicinitate digestas, quam juxta personarum, ad quas scriptæ sunt, dignationes, ut factum est: nec satis æquo animo fert divulsa ab epistolis opuscula Damiani, quorum longe maxima pars nihil aliud quam epistolæ sunt, & hinc multo rectius in prima

ma editione inter epistolas una fuerint excusa. Commemoratur & editionem epistolarum, quæ separatim apud Nivellium Parisiis anno 1610 in 4 prodit.

In Ecclesiarum Anglicanarum historia hujus seculi, quæ capite IX traditur, magnum præ ceteris nomen Anselmi est; Cantuariensis Archiepiscopi, cujus vitam satis fuse Autor exponit, nec minore accuratatione de scriptis ejo agit. Nos libri de Fide Trinitatis & de Incarnatione Verbi solum meminimus, quem Anselmus Urbano II Papæ nuncupatum, adversus Roscelinum, Franciæ clericum, Petri Abælardi magistrum scripsit, qui de tribus in Divinitate Personis peculiari modo aut senserat, aut locutus minimum fuerat. *Si in Deo*, dicebat, *tres personæ sunt una tantum res, & non sunt tres res, unaquaque per se separatim, sicut tres Angeli, aut tres anima; ita tamen, ut potentia & voluntate omnino sint idem: ergo Pater & Spiritus S. cum Filio est incarnatus.* Hoc itaque assertum sub examen revocat Anselmus, & concedit quidem, tres Personas dici posse *tres res*, si per *res* non substantiæ, sed relationes intelligantur. At substantias a Roscelino innui, doctrinamq; adeo ejus falsam esse, ex eo patere putat, quod subjungit, *unaquaque per se separatim*, idemque data Roscelini de Angelis & animabus similitudine (quam tamen ipsius esse Roscelini, & non ab eo potius, qui sententiam ejus sibi narraverat, additam, ipse non satis certus est) indigitari.

Caput decimum de Autoribus agit, quorum scripta ad disciplinam ecclesiasticam spectant. Est inter eos Burchardus Wormatiensis Episcopus, qui magnum illud, sed exigui momenti, Decretorum volumen conscribillavit, adjutu & bpe Olberti, Gemblacensis Abbatis, ut Noster ait Sigebertum secutus; dum alii dictante & magistrante Olberto illud fuisse centonifatum, cum vetusto autore libri de Gestis Gemblacensium dicere malunt. Anselmo Luccensi Collectionem Canonum tribuunt vulgo, & extat sane talis manuscripta in pluribus bibliothecis, etiam sub nomine ejus in bibliotheca Barberiniana. Verum falso adscribi Anselmo librum eum, Noster cum Anton. Augustino & Baluzio, adductis eorum rationibus, monet. Voluit aliquando Collectionem illam ex antiquis codicibus edere Tomo XII Spicilegii sui Dacherius, ut Baluzius in præfatione ad Ant. Augustini Dialogos de Emendatione Gratiani testis est: sed illa neque XII nec XIII

p. 101

p. 104

p.108. Tomo factum. E vitarum scriptoribus, & qui historiam ecclesiasticam pertractarunt, de quibus caput undecimum agit, unicum seligimus Ademarum, Chronici Francici scriptorem, cujus nimirum ineditam hactenus epistolam a Baluzio secum communicatam Autor recenset. Scripta est post Concilium primum Lemovicense A. 1029 habitum, ad Jordanum Episcopum urbis ejus, ceterosque Abbates & clericos totius dioeceseos, ad Arnulphum Rutenensem Episcopum, ad Theodoricum Metensem, ad Kunigundam Henrici II Imp. viduam, ad Conradum Imperatorem, ad Guilielmum Aquitaniae Ducem, & ad Johannem XVIII Papam; quem ait ut ferum hominem, iracundum & crudelem describi. Est vero argumentum epistolae quaestio, num Martialis Lemovicensis Episcopus jure in Apostolorum numero habeatur? Quod cum negasset Benedictus quidam, Abbatiae S. Michaelis Clusini in Pedemontio Prior, & Aquitanos affirmantes ainos & rerum ignaros esse publice etiam pro concione dixisset; Ademarum, qui assensum omnes sui monasterii monachos, excepto adhuc praeter se unico, Benedicto praebuisse aegre ferebat, epistolam, quam diximus, acrem adversus illum composuit, cujus excerpta legi merentur. Refert vero Autor, plures adhuc de eodem argumento sermones Baluzium possidere, quos & ab eodem scriptos autore censet. Graecorum scriptorum hujus seculi, quorum recensionem Autor capite XII instituit, praecipui sunt Mich. Psellus, cujus scripta etsi magnopere Leo Allatius extollat, in materia tamen ecclesiasticis nec utilia admodum, nec insigniter erudita, neque etiam satis diserta & facunda Nostro videntur; Simeon, Junior dictus, quem Hesycharum sive Quietistarum principis fuisse additum, cetera optimae notae scriptorem, Pinus observat: Theophylactus, Acridae in Bulgaria Archiepiscopus, cujus commentarios magis praeter ceteris aestimat, multo pluris adhuc habendos, si ab embolismis aliorum, quibus undique scatent, puriores e MSS. codicibus Regiis Parisiensibus ederentur; quod fieri posse, luculenter Rich. Simonius inter pulcerrimas plurimas de Theophylacti libris observationes ostendit in Historia Crit. Interpretum Novi Testamenti cap. 28.

p.129. Scriptorum historiam sequitur c. XIII historia Conciliorum, atque huic demum postremo capite XIV Observationes Ecclesiasticae subjiciuntur. In his inter alia profitetur Autor, se Roscelinum pro Trisheita neutiquam habere, sed plane credere, illum per tres res, in-

com-

commodius solum locutum, tres unius naturæ Divinæ personas indiguisse, subsistentes per se & distinctas. Observat, imminutam hoc seculo Pontificum Romanorum, & imprimis Gregorii VII artibus, non Regum solum Principumque, sed & Archiepiscoporum & Episcoporum auctoritatem, crescente cum horum omnium detrimento, & ultra id quod decebat, Papatum & Cardinalium potentia: hoc enim seculo Cardinales cœpisse primas in electione Pontificis, & in rebus gerendis partes tenere. Notat præterea peculiarem quarundam Ecclesiarum in celebrando Missæ sacrificio ritum, quo solebat Sacerdoti recens ordinato, ipso die ordinationis dari hostia, quacum in tot particulas divisa per integros quadraginta dies oblationem instituere necesse habuerit, ut sic Christi meminisset, post suam resurrectionem intra quadraginta dies Apostolis suis apparentis: qua de re Fulbertus in epistola quadam agit. Ceterum legi hæc & alia præclara multa apud Autorem ipsum merentur, qui libro indices suo more luculentissimos annexuit.

*SYNOPSIS THEOLOGIÆ JUDAICÆ VETERIS ET NOVÆ,  
adornata a JO. HENR. MAJO.*

Giessæ, apud Henningum Müllerum, 1698, 4. Alphab. 2.

**T**Ametsi in recensendis pariter ac examinandis Judæorum circa præcipua religionis capita sententiis hoc & superiori seculo plures e Theologorum ac Philologorum numero occupatos se gesserunt, (ignota namque nemini sunt, quæ in hoc negotio præter Lutherum, Reuchlinum, Fagium, Münsterum, Havemannum, Helvicum, Müllerum, Hoornbekium, Coccejum, Hulsium, Wagenfeilius, a Lent, alique præstitere;) non deesse tamen sibi sensit Maxime Reverendus Giessensis Theologus Jo. Henr. Majus, quæ istorum laboribus cum fructu superadderet. Postquam enim vulgata, publicisque Disputationibus pertractata Theologiæ qua Symbolicæ qua Moralis Synopsis, Judaicam quoque simili ratione proponere consultum ratus est, eam sibi operam strenue perficiendam sumsit, ut non veterem modo, eamque nonnisi appellatione a Christiana diversam, sed novam quoque a tradita antiquitas per Prophetas cœlesti veritate profus alienam, ac ideo improprie sic dictam Judæorum Theologiam exhiberet, istamque uberius deduceret ac confirmaret, hanc vero argumentis maxime idoneis

neis configeret. Ordine igitur articulorum fidei systematico servato, qua in parte Judæi vel nobiscum faciant, vel a nobis discrepent, ad oculum ostendit, ac deinceps ad Judaicorum errorum oppugnationem clypeos & gladios ex S. Scripturæ promptuario ante omnia est mutuatus; sed tamen domestica quoque Judæorum testimonia, e scriptis Cabbalistarum, Talmudistarum Rabbiorumq; petita adversus ipsosmet adhibuit. Nec antiqui solum Fœderis, sed novi etiam libros cum Magistrorum verbis diligenter contulit, ac præcipuas adversariorum objectiones exceptionesq; quæ in utroque Nizzachon, Chissuk æmunna, & similibus scriptis contra Christianos directæ ex instituto sunt, suo quamque loco accurate dissolvit. De cætero synopsis duntaxat & sciagraphiam plenioris Systematis se dare innuit, ac secundam aliquando editionem multo auctiorem promittit, inque ea imprimis omnia Hebræorum testimonia jam Latine reddita multa que horum alia Hebraice, si quis sumtus impendere voluerit, suppeditaturum sese pollicetur.

*THOMÆ CRENII ANIMADVERSIONUM PHILOLOGICARUM & HISTORICARUM Pars tertia.*

Lugduni Batavorum, apud Fr. Haaring, 1698, 8. plag. 16.

**Q**ui e duabus Animadversionum Philologicarum & Historicarum partibus, a Nobilissimo Crenio hæctenus vulgatis, & a nobis suo loco recensitis, non exiguam percepere voluptatem Eruditi, eandem & ex tertia, quæ nunc in lucem prodit, polliceri sibi omaino poterunt; quandoquidem ille larga rursus manu, quæ & prodesse queant & delectare, more suo curiosis elegantiarum litterariarum æstimatoribus in hac suppeditat.

Nobis igitur nonnullas ex iisdem delibaturis nominandæ primum hac vice videntur epistolæ, quas aut e MStis suis, aut aliis e laterbris protractas exhibet, quasque inter p. 143. comparat aliqua Lutheri nostri ad Martinum Glaferum, qua ille huic de uxore ducta deque suscepta ex eadem prole gratulatur, eumque de cætero ad constantiam in puriori religione excitat. Post eam statim Jo. Calviniliteræ ad Petrum Martyrem sistuntur, abiturum huic in Palatinatum suadentes. Pag. 146 Brentii ad Joachimum Camerarium directæ profertur exhortatio,

ut



ut Notationem figurarum in libros Novi Testamenti edere haud cunctetur. Ad Marinum Mersennum p. 83. & seqq. scribens introducitur Sixtinus Amama, prolatis quibusdam a Mersenno adversus Antibarbarum suum Biblicum convitiis motus, ut & hæc a se amolitur, & libri istius sui argumentum, scopumque & usum prolixius delineet. Vicissim p. 93. adfertur Mersenni ad medicum quendam, Florianum Crusum, epistola, de ratione atheos convincendi quædam differens. Francisci Junii ad Muusholium literæ p. 195. inter alia locum Hebr. IX, 2. illustrant. Peuceeri ad Electorem Brandenburgicum Joachimum missæ, Chronici sui commendatitiæ p. 191. leguntur. L. Carrio ad J. Lipsium scribens p. 15. & istud maxime efflagitat, ut ab hoc Jurisprudentia publice laudetur. Ad se ipsum vero exaratam Auctor valde celebrat & integram repetit Maxime Reverendi Præfulis hodie Wunstorfiensis, nostri quondam Collegæ, D. Polycarpi Lyseri epistolam, satis abundeque ostendentem, minus congrue in præcedenti secunda Animadversionum harum parte, Pauli Dolscii nomen pro ficto atque a Philippo Melanchthone assumto venditari; cum Paulum certe Dolscium Rectoris primum Gymnasii, Doctoris deinceps Medicinæ ac Physici, tandemque & Consulis officio Halis Saxonum functum fuisse constet, prout eundem quoque Ecclesiasten pariter ac Ecclesiasticum Græco sermone expressisse dubium haud sit.

Alia ab his illustrantibus notatu imprimis dignæ visæ sunt coacerata passim observationes de extantioribus Auctorum quorundam nobilissimorum editionibus, aut in eorundem libros indicibus, Julii Cæsaris, Catulli, Tibulli, Propertii, p. 6. Taciti, Lucani, p. 7. Virgilii, Horatii, p. 8. Plauti, p. 9. M. Terentii Varronis, p. 11. Sallustii, p. 12. Juvenalis, p. 15. Persii, p. 16. Martialis, p. 17. & c. Quæ de Casaubono p. 76. afferuntur in utramque partem judicia, aliena magis sunt, quam Nostri propria. Alibi tamen a p. 153 usque ad 176. in eo totus est, ut magnorum quorundam Virorum ἀμαρτήματα μνημονικά ostendat, lapsosque, ubi ubi potest, erigat. Sed nec justas horum aliorumque laudes reticet, ac Oberti imprimis Giphanii p. 99. Jo. Priczi, p. 130. Pauli Gerhardi, cujus cantionibus ecclesiasticis se valde delectari dicit, p. 179. Jo. Reuchlini, p. 202. & plurium merita ac dotes celebrat, prout eorum etiam munera enumerat, ac genium moresque non raro depingit.

Angelum Politianum utut a nota illa adversus Scripturam Sa-

Hh

cram

cram voce prorsus impia liberare G. J. Vossius nitatur, profanum tamen maxime & in verbum Domini iniquissimum fuisse, p. 22. nullus dubitat. Aristotelem in Papatu olim Viris Θεοπρεΐστοις æqualem, imo superiorem, ab imperitis Concionatoribus fuisse judicatum, testimoniis non unis p. 25. probatum dat.

Ad dicta Scripturæ illustranda interdum quoque excurrit, velut ubi p. 128. in excutiendis verbis Principum Sacerdotum & Seniorum ad Judam directis, οὐ ὄψεται, occupatur, & Atticismum in iisdem obvium ostendit; nec non ubi p. 181. Lightfootum norat, quod in Horis Hebraicis ad Matth. XVI, 19. claves soli Petro commissas, at potestatem ligandi & absolvendi Apostolis quoque reliquis datam, licet alio plane sensu, quam velint Pontificii, existimet. E decimo quarto Geneleos capite, in quo de Abrahamo narratur, quod arma sua junxerit cum populis infidelibus, occasionem apprehendit disceptandi super quæstione: an in bello justo milites infideles in auxilium vocare, aut auxilium ipsis ferre Principi sit licitum? & heic quidem in negativam sententiam se propendere non dissimulat.

Physicam propius attingunt, quæ p. 209. de æstu marino illiusque causis differit, sicuti ad Medicos imprimis spectant lemmata, quæ p. 143. de voluntaria ecstasi accumulatur. Nec injucundus lectus est Catalogus eorum, qui artem quidem Medicam professi, Theologica tamen simul scientia instructi fuerunt, aut controversiis minimum Theologicis frequentes se immiscuerunt.

Curiosi tandem quilibet invenient, in quo paulisper subsistant, ubi raram, quam vocat Auctor, sterilemque & a nemine Romano præter unum Apicium, & hodie nusquam extantem C. Matium, justo hæctenus commentario expositam materiam de Coquis paulo uberius illustratam sub secundæ capituli initium deprehendent.

**B. GEBHARDI THEODORI MEIERI HISTORIA  
Religionum.**

Helmstadii, apud Georg. Wolfg. Hammium, 1697. 4.  
Alphab. 2. plag. 5.

**G**Ravissimum in luctum conjecta fuit Illustris Academia Julia, ubi anno 1693. finiente, post amissos paulo ante celeberrimos Duum-Viros

Viros, *Heigelium & Busmannum*, tertium quoque *Gebbardum Theodorum Meierum*, Theologiæ & Antiquitatum Ecclesiasticarum per annos bene multos Professore sibi eripi cognovit. Nec dubium, quin Literatus Orbis universus eundem, utut jam sexagenarium, diutius superstitem optarit, ut editis abs se scriptis aliis maxima eruditione referretis ea etiam, quæ affecta modo reliquit, potuisset addere. Multum namque Theologiæ non minus ac Antiquitatum sacrarum cultores delectarunt exasciata, quæ in lucem publicam emisit, opera, e quibus nominare jam liceat *Historicam de Collectionibus Canonum relationem*, Codici Canonum Ecclesiæ universæ a Justiniano Imperatore confirmato & juxta editionem Christophori Justelli recensito præmissam; quam excepit accurata *in universum Theologia Moralis cum dogmatica sum pragmatica studium Introductio*, partem primam & secundam *Theologia Moralis* comitem mox nacta. Nec ignotus est eruditissimus *de recondita veteris Ecclesiæ Theologia & solenni sacrorum coram præfatis & nondum initiatis occultatione liber*, Historicusque *de tribus novellorum nascentis Ecclesiæ Christianorum initiamenti* Commentarius. Collecta ab ipso *Academia Julia Monumensæ*, cum Theologorum tum Jurisconsultorum in eadem quondam docentium memorias complectentia, magis adhuc juvarent Eruditos, si Medicorum quoque ac Philosophorum vitas addere, prout quidem constituerat, eidem licuisset. Aliena, quæ in Studiosorum usus recensuit, quæque in præmissa huic operi ejusdem vita indicantur, opuscula silentio præterimus, sicuti prolixum nimis fore reputamus, Academicas enumerare Disputationes, in quibus themata lectissima ab ipso perquam eleganter atque erudite tractata deprehenduntur. Ne tamen penitus interciderent, quos moriens in scriniis suis reliquit, doctissimi tractatus, cavendum merito putavit Moralium hodie apud Helmstadienses Professor Clarissimus *Pbil. Ludovicus Böhmerus*, qui uti post hac peculiarem B. Meieri *de Notariis Ecclesiæ veteris* librum, tertiamque *Moralis Theologia* partem se editurum est pollicitus, ita nunc *Religionum*, quam nominavimus, *Historiam* præmisit. Ea maximam partem in descriptione *Religionis divinitus revelata* occupatur, quippe cujus non antiqua modo facies, quam inde a prima sua origine ad Novum usque Testamentum habuit, sed & recentior, quam per singula a nato Christo secula diversimode sortita fuit, & ad nostrum usque ævum tenuit, delineata *vis cæcæ* *cerni-*

cernitur. Iſtam dehinc tractationem Religionis & priſcæ illius *Erb-nica*, & hodiernæ *Judaica* brevior excipit conſideratio, qua finita *Mu-hammedana* quoque ſub cenſum vocatur. Ubivis autem in cujuſque originem, incrementaque pariter & decrementa; & hodiernum ſtatum ſolicite inquiritur. Sed antequam ad ſpecialiorem Religionum modo recenſitarum hiftoriam accellus fit, nonnulla generatim monentur de *Religionis* nomine, exiſtentia, natura, notis; prout & *Atheiſmi* pariter ac *Naturaliſmi* ſuccincta quædam hiftoria ſuppeditatur.

**GEORGII CALIXTI DE TOLERANTIA REFORMATO-  
RUM**  
*circa quaſtiones inter ipſos & Auguſtanam Confeſſionem profeſſos  
controverſas Conſultatio.*

Helmſtadii, apud Georg. Wulfg. Hammium, 1697, 4.  
Alphab. I. pl. 4.

**M**agni cujuſdam S. R. I. Principis, natam Reformatos inter atque e-  
ducataſ conjugem ſibi delecturi, conſcientiæ fluctuanti ut con-  
ſuleret celeberrimus poſt fata quoque ſua Georgius Calixtus, peculia-  
rem aliquando de Reformatorum circa controverſas quaſtiones tole-  
rantia conſultationem conſcripſit, non ea quidem fini, ut in lucem pu-  
blicam protraheretur, ſed ut, ubi humillimo deſuncta eſſet obſequio,  
ab aliorum conſpectu penitus remota deliteſceret. Incidit tamen  
mox in manus alicujus, qui, licet inconſulto proſus Auctore, in lingua  
vernacula Francofurti A. 1650 eam fecit imprimi, aſt mendis plurimis  
foedatam; unde poſt octennium, Calixto interea A. 1656 vita functo,  
emendatiorem illius editionem Latinam optime de Manibus paternis  
meritus filius Fridericus Ulricus in lucem publicam emiſit. Multum  
ergo vel prima Actorum noſtrorum initia eum anteverterit tractatus  
hic, non eſt, ut de contentis illius plura in medium afferamus.

Sed cum iterata vice anno ſuperiori eundem prælo ſubmittens  
Maxime Reverendus Fridericus Ulricus Calixtus, hodie ſuperſtes, præ-  
fatione ipſum ſat proluxa ornaverit, non poſſumus, quin ex hac non-  
nulla delibemus. Et in præſſiori quidem tolerantia hujus declaratione ea  
occupatur, variaque ad ſcripti iſtius illuſtrationem uberiorem attinen-  
tia accumulatur. Nervus autem eo generatim tendit, ut oſtendatur,  
poſſe aliquem, ut error ſacrorum communionem impediendi impli-  
citur,

citum, nihilofecius ceu verum Christianum, ceu ejusdem cœlestis Patriæ filium, ceu concorporem & cohæredem omnino tolerari, dummodo salvificam in Symbolo Apostolico, eoque sensu catholico ac orthodoxo intellecto, definitam fidem factam tectamq; ille custodierit. Inde prout Socinianos surfurisque similis in Christianam religionem quam maxime injurios ab omni tolerantia concedendæ spe exclusos cupit penitus: ita Pontificios certe atque Calvinianos, ut in foro civili suam ii libertatem in Imperio obtineant, ita in foro quoque Theologico ad modum hunc sufferri posse, nullus abnuit. Tolerantiam interea dum nominat, ab iis longius recedit, qui sublato prorsus schismate, in religionum, quæ audiunt, discrepantium unione sancienda desudent; eam namque nec sperare se, nec molitum unquam fuisse Parentem suum testatur, cum impedimenta remoram huc allatura pertinacius certe negotio huic incumbant, quam ut eis amolendis humanæ vires sufficiant. Quod si enim vel istud largiamur tantisper, omnia in controversiam hæctenus vocata sopita esse, pacata & conciliata, superesse vero solum istum dissensum, qui in articulo de S. Eucharistia emergat, tunc nondum ita comparatum esse ait Ecclesiæ statum, ut schisma removeri possit, cum, quousque certamina Eucharistica non cessatura sint, nostrum aliquis nec cum Pontificiis, nec cum Reformatis de eodem pane edere, & cum iis de eodem calice bibere valeat; quemadmodum nec neutri horum id nobiscum facere, rebus ita se habentibus, concessum sit. Non obstante tamen hoc, inter Lutheranos Pontificiosque & Reformatos, quoad articulos in tribus œcumenicis Symbolis propositos, unionem communionemque actualem dari asserit, at, quantum ad doctrinas schisma excitantes, unionem duntaxat virtuales deprehendi contendit, quam in infucato desiderio, voto, affectu & studio unam eandemque communionem restaurandi atque frequentandi sitam esse ait, quamque uberius contra Illustrem Pufendorfium, eam ceu inane commentum explodentem, statuminare nititur. Tolerantiæ vero, cui patrocinatur, fundamentum istud substernit, quod tria cardinalia Symbola omnes, quæ ad salutem necessario pertineant, doctrinas completantur, ( in qua hypothesi roboranda multus est, ) & quemadmodum hæc a trium in Imperio Romano vigentium religionum sociis æquæ monet recipi, ita singularum assæclas Christiana charitate dignos habendos, & tanquam veros veri nominis Christianos diligendos, spiri-

tualique tolerantia sufferendos venire concludit. Quod ipsum postquam argumentis adhuc quibusdam aliis confirmavit, imprimis etiam ad istud provocat, quod connubialia inter diversæ religionis personas pacta hodie nequaquam infrequentia sint; nisi vero supponatur hypothesis, quæ utrique contrahentium parti veri Christianismi atque salvi- ficæ religionis possessionem relinquat, fore pacta talia abominanda & illicita infert, quæ tamen inter Christianos nulla lege publica interdi- cta esse manifesto satis constet.

De cætero præfationi huic subjecit Catalogum Scriptorum o- mnium, quotquot aut a Patre suo composita accepit, aut ipse unquam evulgavit, & illa quidem sic disposuit, ut unicuique primum fiat cogno- scere, quo ordine in certos tomos ita digeri & compingi debeant, ne materiarum inter se cohærentia luxetur; id quod eorum Lectoribus gratissimum fore, certo nobis persuademus.

**COURS DE MATHEMATIQUE, QUI COMPREND TOU-**  
tes les parties de cette Science les plus utiles & les plus nécessaires  
à un homme de Guerre, & à tous ceux, qui se veulent  
perfectionner dans les Mathématiques.

h. e.

**CURSUS MATHEMATICÆ COMPREHENDENS OMNES E-**  
*jus partes maxime utiles & necessariae viris, qui militia nomen de-*  
*derunt, omnibusque illis, qui perfectam hujus scientiæ*  
*cognitionem affectant, auctore Dn. OZANAM,*  
*Matheseos Professore.*

Parisiis apud Johannem Jombertum, 1697. in 8. Tomi V.  
Constant Alph. 4. plag. II., cum multis tabulis  
ære expressis,

**N**on infrequens est in Actis Eruditorum nomen Ozanami, qui disci- plinas Mathematicas militibus imprimis utiles, post Architecturam militarem seorsim excusam, & in Actis A. 1694 commemoratam, quinque tomis non adeo spissis comprehensas, satisque perspicue explicatas in lucem emisit publicam. Continentur autem Tomo primo In- troductio in Mathesin & brevis Algebrae speciosæ compendium, cum  
Geo-

Geometria practica, nec non Elementorum Euclidis libris sex prioribus & undecimo duodecimoque, brevi facilique methodo explicationum & demonstratorum, cujusvis propositionis usu simul addito. Secundus tomus complectitur Arithmetica, Trigonometriam, tabulasque ad illam pertinentes, tam vulgares quam logarithmicas. Tertium tomum Geometria occupat cum partibus suis, Geodesia, Longimetria, Planimetria & Stereometria. In quarto tomo doctrinam Machinarum, tam simplicium quam compositarum, nec non Staticam & Hydrostaticam Auctor proponit, una cum Perspectiva; ultimo autem Cosmographiam & Gnomonicam. In hoc ergo opus non transtulit solum illa, quæ in opusculis quibusdam mathematicis seorsim olim editis tradiderat, sed multa quoque superaddidit theorematum & problematum, nonnulla quoque emendavit. Quo pertinent illa, quæ olim asseruerat in Dictionario Mathematico de stellis Borbonicis, nec non de proprietatibus Quadraticis Tschirnhausianæ. Ingenue enim agnoscit errorem (quem etiam in recensione illius libri jam tum notavimus) a se commissum, monitus a Nicolao, Patre S. J. in Geometria versatissimo, cujus literas duas Tolosæ A. 1691 datas Staticæ suæ inseruit. Harum in prima non solum Nicolaus demonstrationem theorematum, quæ in dubium vocarat Ozanamus, proponit, sed refert quoque, se considerasse penitus Quadraticis hujus novæ naturam, cum spatiorum ejus & solidorum, quæ rotatione ejus gignuntur, mensuras indagando, tum tangentes ejus & continuationem, quæ superius inferiusque in infinitum fieri possit, relationemque singularem quam ad Cycloidem habet, & id genus alia perquirendo, cunctaque congestisse in libellum triginta propositionibus constantem. In altera determinat situm centri gravitatis novæ Quadraticis, respondensque negative ad Ozanami quæstionem, num Zonæ hemisphæroidis & cylindri ejusdem basis sint inter se æquales, eundem certiore facit, se non absolvisse tantum librum de Superficiebus rotundis, sed opus quoque de Conchoidibus in tres libros divisum, in quibus agat de Conchoide Nicomedis pariter ac de reliquis omnibus aliis, quæ formari possunt aliarum figurarum, v. g. Trianguli, Ellipsis, &c. adminiculo, examinetque Quadraturas, Tangentes, solida rotatione formata, & centra gravitatis: his autem adjunctum fuisse de variis Cissoïdibus tractatum, propter magnam affinitatem, quam inter Cissoïdes & Conchoides depre-

henderit. Ceterum rationes, quibus fretus Ozanamus Cosmogri. parte 1. cap. 2. p. 37. contendit, fixas quoque stellas corpora esse opaca. & a Sole lumen, mutuari, rerum cœlestium consultis examinandas relinquimus.

Meminit haud dubie *Leſtor Benevolus* Problematum, quæ Clarissimus *Jacobus Bernoullius*, Professor Mathematicum Basileensis, Clarissimo *Joanni Bernoullio*, Professore Mathematicum Groningensi, Frater Fratri in Actis hisce nostris, anno superiore, mense Majo, pag. 214. proposuit. Solutionem Problematum illorum a *Johanne* institutam exhibuimus mense Januario presentis anni pag. 52. sqq. & excerptam quidem ex Diario Eruditorum Parisiensi. Nunc vero cum ex eodem Parisiensi Diario d. 17 Febr. 1698. p. 78. intellexerimus, *Jacobo* primarii problematis, quod de figuris isoperimetris agit, solutionem non-omni ex parte probari, eumque hanc ob causam ad genuinam solutionem indagandam Geometris plusculum temporis, antequam suam publicæ luci exponat, relinquere, hac de re admonendos rerum harum curiosos existimavimus.

## E R R A T A.

Anno superiori pag. 115. l. 6 pro  $\frac{p}{VI-n}$  leg.  $\frac{1-n}{VI-n}$  Pag. 128. l. 4

del. *Œc.* Pag. 129. l. 2 post *Œc.* inferatur = (ut supra ostensum)

$dx \quad dy \quad dz$

$\frac{x}{y}, \frac{y}{z}, \frac{z}{x}$ , &c. ibid. lin. 14. del. *dn.* Pag. 130. l. 15. pro  $\frac{dy}{dx}$  leg.

$\frac{x}{y} \quad \frac{y}{z} \quad \frac{z}{x}$

$\frac{dy}{dx}$ . Pag. 209. l. 16. priori *adx* præfigatur signum —. ibid. l. 18. pro *zdx* leg. *adx*. Pag. 211. l. 9. pro *Œ axe* leg. *axe*.

Hoc anno pag. 54. l. 5. pro *integrale* aut *summam quantitatum* *GHdx* leg. *applicatas GH*. In eadem linea deleantur hæc tria verba

$\frac{x}{y}$   
Unde evidens est. Ibid. l. 8. post *haberi* inferatur *potest*. Ibid. l. 14. pro *ut b est ad PZ* aut *GH* leg. *ut subtangens curva BH est ad abscissam BG*.

Pag. 55. l. 23. pro *tangit* leg. *tangat*. Pag. 139. pro

$\frac{0}{50} \quad \frac{1}{47} \quad \frac{11}{23}$  legatur  $\frac{0}{51} \quad \frac{1}{47} \quad \frac{11}{35}$ .

\* \* \* \* \*



# ACTA ERUDITORUM

*Publicata Lipsiæ*

*Calendis Junii, Anno M DC XCVIII.*

*JACOBI LYDII SYNTAGMA SACRUM DE RE MILITARI, nec non de Jurejurando Dissertatio Philologica. Opus posthumum, e tenebris erutum ac notis illustratum a SALOMONE van TIL, Theologo Dordraceno.*

Dordraci, apud Cornelium Willegardum, 1698. 4. chart. aug.  
Alphab. 2. plag. 7. figg. æn. 12.

**D**ilcesse equidem jam ante annos aliquot ex vita hac, sed non item ex Eruditorum memoria Vir celeberrimus, Jacobus Lydius, Ecclesiæ, dum viveret, Dordracenæ Antistes, de cujus Manibus bene meritus est Maxime Reverendus Salomon van Til, dum libris ejus, quos ipse adhuc superstes edidit, *Belgio puta glorioso*, Dialogo de *Cena Domini*, *Agonistica Sacra*, Annotationibus in *Historiam Passionis Christi sub Florum sparsionis* titulo vulgatis, similibusque forsan aliis, bipertitum hoc opus tanquam foetum posthumum associavit.

Horum alterum sacri *de re militari* syntagmatis nomen præfixum gerit, potissimamque ibi industriam in eo Auctor collocat, ut non solum ex eruditione profana singulas militiæ veteris partes uberior delineet, verum & loca imprimis Biblica, in quibus rituum apud milites tunc receptorum aliqua occurrit mentio, aut quicquam insuper, quod ad pristinam belli rationem attinet, innuitur, abunde illustret.

Eum igitur in finem consuetudinem belligerandi universam ad oculum legentibus demonstrat per integros sex libros, exorsusque a bellis in ditione, militum deinceps delectum & factam signi sive vexilli ad hunc promovendum erectionem commemorat. Inde ad auspicia & omnia in bello suscipiendo progressus, de inspectione jecoris, de commixtione sagittarum, de graviore solito signorum pondere, deque

aliis, quæ antiqui vulgo crediderint, omnibus curiosa quædam in medium adducit, at pleraque horum a sapientioribus non raro neglecta fuisse simul innuit. Tum de ætate militum conscribendorum agit, ejusdemque considerationi privilegia, quæ vacationem a militia concesserint, adjungit, & hanc sane nonnisi anno quinquagesimo datam innuit. Sed a necessitate bellandi penitus immunes Deum præstitisse ædificantes, plantantes, neogamos & meticulosos, ex Deuteronomio probat; at tamen hanc libertatem in bello solum spontaneo pro dilatatione imperii suscepto, non æque in bello legali a supremo Numine mandato obtinuisse superaddit; heic autem non minus atque illic plerosque aut omnes *ἐκκρίως* in bellum proruisse, ac hos servilem in morem notis stigmatibusque insignitos, modo in manu, modo in brachio Imperatoris sui nomen tulisse observat. Quæ singula postquam libro *primo* latius exposuit, in *secundo* ordinem militarem captum delibat, & quænam veteribus Legio fuerit, quæ ordinis equestris dispositio, quænam Chiliarchis, Hecatontarchis, Signiferis seu Vexillariis, Buccinatoribus, Exploratoribusque munia incubuerint, disquirat. Præmissa libro *tertio* militarium vestium, chlamydis, paludamenti, sagi, calceorum descriptione mox arma canit, quorum materiam æs admodum durable constituit, quorumque officinas oppidatim apertas fuisse monet. Sigillatim vero galeam, thoracem, & quæ minus ab hoc differat, lorica, clypeos item & scuta; atque horum *Φυλαξια*, vaginam, baltheum, cingulum, pharetras contemplatur, & dum instrumenta ad ordinem in militia servandum usurpata huc quoque refert, de signis, interque hæc quam maxime de vexillis, differit, ac horum varias figuras enumerat, plurima præ cæteris de aquila & dracone in signorum vicem adhibitis commentatus, nec receptum ævo demum inferiori labarum omittit, prout & de tubis non nihil adjicit. Arma ad nocendum damnumque inferendum conflata duorum facit generum. Alia namque leviora & magis communia appellat, gladium puta, hastam, lanceam, arcum, sagittas, fundam, secures; alia graviora, machinas nimirum bellicas, quibus ballistas, arietem, currus, naves, cætos annumerat, & singulorum formam pariter ac usum distincte tradit. Libro *quarto* in castra, aciem, ipsaque prælia pergit, classicumque & pugnam meditatur. Nunquam autem in bellum progressos aut veteres ante invocationem Numinis, institutamque

tamque per sacrificia quoque & devotiones præparationem, cui distributas etiam tesseras, militumque adhortationem & facis ardentis projectionem accendet. Pugnam præterea indictam refert aut per cocineam vestem, aut per clypeum in altum elevatum, quæ signa statim infecurus fuerit conflictus ipse, in quo clamorem inconditum undique exauditum, vasa & arma cum fragore percussa, brachiaque militum denudata sistit, & Regis tunc præsentis conspectum mira quadam vi militum animos ad fortitudinem excitasse colligit. Urbes aut corona cinctas & admotis ut plurimum scalis invasas, aut circumvallatione arctatas & ad deditionem impulsas, vel vi paulatim captas annotat. Librum *quintum* disciplinæ militum contemplandæ destinatum voluit. Et iis certe peregrino cuiquam negotio se immiscere, aut ultra stipendia quid appetere neutiquam licuisse, e contra obedientiam duci per omnia præstandam, & curam circa castrorum ordinem munditiamque strenue adhibendam incubuisse, testimoniis non unis evincit, ac de cætero eorum exercitia venatione, cursu, prælio imaginario discocoque absoluta fuisse edocet. In tentoriis eos dormivisse & ab aeris inclementia tutos quievisse, alios tamen interim, ut vigilias probe observarent, decuisse, & alibi alios custodum apud captivos vicem obivisse; delinquentes vero aut hybernatione extra castra, aut fustigatione, aut sanguinis missione, aut transiitione per agmen hastis configentium, aut vestium abscissione punitos legi afferit. Exitum denique belli *sextus* liber spectandum proponit, cumque ille aut per fœdera obtineatur aut per victoriam, de istis non minus ac de hac Lectorem Noster instruit. Fœdera humano non raro sanguine coaluisse, aut pecora, mactato firmata; victoria autem obtenta cantatum epinicium, oblata sacrificia, agitata convivia ludosque, choreas etiam ductas fuisse, ait. Triumphi porro pompam prædæque ac spoliiorum e loco publico suspensionem, gladii in bello adhibiti consecrationem, armorum hostilium combustionem, & equos subnervandi consuetudinem sigillatim enarrat. Captis urbibus signum in muris erectum, istasque sale conspersas ac aratro inducto solitudini & vastitati perpetuæ devotas ostendit. Cibum super hostium devictorum cæsis corporibus sumtum, & capita eorum amputata afferri ac ostendi iussa, superstitesque in ignominiam tonsos ubi introduxit, vicissim præmia exercitui vincenti data, prædam nempe inter milites divisam, promotionem be-

ne meritorum ad majores dignitates, coronas ac honestam interdum missionem; at mortuorum decus aggestos pro monumento tumulos & enses armaque cum iisdem sepulta celebrat.

Sicut autem singula, quæ hæcenus a nobis recensita sunt, justo eruditissimus Auctor studio pertractat, ita unusquisque haud difficulter colliget, lucem utique clarissimam hinc accepisse Scripturæ Sacræ loca plurima, quæ alias rerum in hoc opere commemoratarum ignaris nonnisi obscurissima apparere poterant. Apponemus pro instituti nostri ratione pauca quædam istius rei specimina. Dum per vestem aut tunicam coccineam datum fuisse pugnæ signum perhibet, Danielis Prophetæ verba ex Cap. XI. comm. ult. adducit, ubi ambiguitatem quandam oriri notat ex voce **יָדֵן**, quam vulgo *palatium* interpretentur, atque integrum sensum ita reddant: & *figet tentoria palatii sui inter maria*. At enimvero cum Hebraicum illud vocabulum ejusdem cum **יָדֵן** originationis sit, nihil ob stare autumat, quin per vestem aut tunicam id exponat, ut *tentoria tunica sua* sint tentoria, unde tunica coccinea, signum pugnæ, extendi consueverit. Jobum Cap. XLI, 20. in verbis, quæ alii vertant, & *deridebit vibrantem hastam*, potius ad conquassationem facis a Pyrophoro prælium jamjam committendum denunciante susceptam respexisse putat, unde & LXX Interpretes digitum huc intendentes non inepte ea sic reddiderint: *καταγελᾷ δὲ σεισμῷ πυρφόρου*. Circa locum 2. Sam. XII, 31. qui vinctam, quam David contra cives Rabbat exercuit, in plerisque versionibus hoc sensu exhibet, quasi eos transire fecisset *per formicem lateritiam*, suspicionem allegat Menochii, existimantis, potius hoc significari, quod mandavit David, ut per ordinatam militum aciem quadrangulam & laterum typum ac figuram referentem medii transirent Ammonitæ, & militum Israëlitarum hastis telisque configerentur & occiderentur. Quam certe suspicionem non repugnare censet Veterum moribus, utpote qui in delinquentes milites sic animadvertere omnino siveverint. *Cornua* Amos VI, 13. jactata non illubenter de illo munitionum genere, quod hodie ab acutorum angulorum prominentia vocetur *Hornwerck*, accipere se velle innuit. Paulum in effato, quo *stigmata Domini Jesu in corpore suo se portare* Gal. VI, 17. asseruerit, stigmata, quibus olim insignitos constat milites, in mente habuisse arbitratur. Ex eo, quod disciplina bellica quon-

quendam postularit, ut miles cæteris rebus ac negotiis relictis uni se militiæ daret, abunde perspicui posse censet mentem Apostoli, qui 2. Timoth. II, 4. idem affirmaverit. Quam pulchre corpora nostra *σκηναί* & *σκηνώματα* appellentur, & in morte *καταλύσθη* & *διδοθήσεται* 2. Cor. V, 1. II. Pet. I, 13, 14. dicantur, ex descriptione tentorium in castris erigi ac iterum dissolvi solitorum demonstrat. Triumphum Christi Col. II, 15. insinuatum ex triumphatione veterum non parum illustrat. Victoria parta coronas laureas in gremio Jovis depositas fuisse cœminit, & eo fortassis respexisse Johannem censet, dum fideles jam victores & in cœlo triumphantes *ad Christum throno insidentem coronas suas deportasse*, Apoc. IV, 10. scripserit.

Sed nec infrequentes insuper excursus ad varia, quæ philologiam & historiam propius attingunt, themata in opere præsentis Auctori instituit, utpote quando agit v. c. p. 29. de Jacobitis, qui abs se baptizatis ferro candenti stigma inurant; p. 50. de usu æris in antiquis imaginibus; pag. 83. de columba Babyloniorum; & p. 86. de Luna Turcarum insignibus; p. 139. de navibus ex papyro constructis; p. 171. de Diis stercore humano cultis, & de quadam constitutione Ecclesiastica stercoreis & pediculorum esum-urinæque potum prohibente. Juvenandum quoque lectu est, quod de *calceatis dentibus*, quorum apud Platonem mentio, p. 45. s. commentatur. Sicut nempe milites calceis pedes suos muniverint, ut tuto viam asperam ac scrupulosam calcare possent; ita parasitum sibi quoque dentes autumat promittere calceatos, ad asperrimum quemvis cibum comminuendum, etiamsi sentes essent manducandi.

Piis vero accensendum venit meditationibus, quando prolixam inter Christum crucifixum & Imperatores triumphantes comparationem a p. 213. ad 221. instituit. Eidem Salvatori optimo, quem patientem milites Romani multifariam ludibrio exposuerint, istam quoque poenam, quæ per sanguinis e vena cava missionem fiebat, irrogatam fuisse; p. 197. a vero parum abhudere existimat.

Atque hæc de primo hoc tractatu dicenda nobis fuerunt. Jam pergendum est ad alterum; ubi in describendo *juramento* Noster occupatur, sollicitèque ea congerit, quæ de personis jurantibus, de juramenti formulis, de personis rebusque per quas juratum, de gestibus & ceremoniis in juramento usurpatis, de loco item ac denique de tempore

porejuramenti passim apud Auctores reperiantur. Videlicet Senatum olim, Imperatoresque ac Consules, sponsum quoque & sponsam, itemque milites solenniter jurasse, capite *primo* ostendit. Capite *secundo* Judæos ut plurimum cum imprecatione alicujus mali ac pœnæ, si fallerent, juramenta concepissem narrat, sed & alias, cum Christianorum tum Gentilium jurandi formulas enumerat. Personas atque res, per quas juratum, ubi Capite *tertio* insinuat, per Deum perque res ad Nubina relatas, per Anchialum, per octo Numina, per legem, per Evangelium, per coelum, Solem, aquam, terram, per Hierosolimam, per Templum, per caput, modisque innumeris fere aliis, quin & non raro per res ludicras, veluti per basbam, per anserem, canem, hircum, per stium capasque juramentum facti solitum observat. Gestibus jurantium caput *quartum* assignatum est, ubi de clavis ab his duobus digitis prioribus, & manu interdum integra, interdum utraque, deque eadem femori (quo nomine indigitari censet gentalia,) supposita, de contactu Evangeliorum aut universi sacri Codicis, de transitu per medium divisorum pecorum, de tactis lauro, cereis, annulo, de scripto, elevato, de admoto cervici gladio, deque aliis hujuscemodi ritibus pro more suo docte perquam atque eleganter agit. E locis, quorum juraturi se receperint, templa, in iisque aras, sepulcra Martyrum, & aliorum defunctorum, lacusque & similia capite *quinto* commemorat; inque *sexto*, quod unum superest, novo cum primis anno juramenta militibus tempestiva habita, die autem Dominico jurare nefas olim credidit; ad hæc mane aut a jejuniis jusjurandum exactum fuisse innuit, & his deductis de perjurii pœnis peculiare corollarium subnectit.

De cetero ne solas editiois partes sustineret laudatus supra a nobis Tillius, absolute opere notas quasdam a se conceptas & ad priorem de re militari tractatum referendas exhibuit, in quibus præter ulteriorem lemmatum, quæ Lydium accumulavit, nobilissimorum illustrationem, ea quoque in Supplementorum vicem adjunxit, quæ, ut ad rem præsentem maxime pertinerent, a Lydio tamen omnia deprehendit, qualia sunt tympana, galearum ornamenta, acies, conatus evocandi Deos tutelares ab hostibus, ideo susceptus, ut ablata tutela urbem facilius occuparent, & alia, quæ nullo negotio a curiosis harum elegantiarum scrutatoribus suo loco reperiri poterunt.

EMA-

EMANVELIS THESAURI IDEA ARGVTÆ. ET INGENIOSA DICTIOIS, ex principiis Aristotelicis sic eruta, ut in uniuersum arti oratoria, & imprimis lapidaria atque symbolica inserviat.

Omnia nunc primum ex Italico Latine  
conuersa.

Francof. & Lipsiæ, sumptibus Jo. Melch. Suftermanni, 1698. in 4.  
Constat 4. Alph. 5. plag.

**E**manuel Thesaurus, non magis stemmatum gloria & Comitis dignitate ac insignibus, quam eleganti eruditione illustris, eam sibi famam Inscriptionibus suis comparavit, ut unicus quasi, præstantissimus certe artifex in arguto hoc scribendi genere suspiciatur, ad cuius opera velut ad Polycleti regulam scripta sua exigere solent, qui in concinnandis huiusmodi ingenii foetibus elaborant. Neque vero exemplis modo iuvat argute dicendi studiosos, sed ipsam argutiarum artem protulit, primusque solide constituit, vestigia quædam secutus Aristotelis, quæ in eius Rhetoricis sagacissime deprehenderat. Quod in mentem nobis revocat iudicium de eodem Rhetoricorum libello Boilei, Poetarum inter Gallos principis, qui in fine Præfat. in versionem suam libelli Dionysiani *ωρεῖ ὕψος* negat, se ullo ex libro plura didicisse, quam ex Aristotelis Rhetoricis, quos Gallica lingua proinde nuper venustissime expressit Cassander. Cæterum artem hanc, suam ex Aristotelicis principiis erutam Thesaurus sub titulo: *Il Cannocchiale Aristotelico, o sia Idea delle argutezze heroiche, vulgarmente chiamata Imprese*, primum Taurini anno 1654 Italice evulgavit, quod opus deinde Romani Venetique typi sæpius & minimum sexies iterarunt. In nostris vero regionibus, quo rari importantur libri Italici, nec a multis adeo inter doctos leguntur, vulgo ignoratum fuit insigne hoc opus; ut, dum beneficio & studio Viri cl. *Casparis Corberi*, humaniorum literarum in Academia Julia Professoris doctissimi, eleganter Latine conuersum nunc primum prodit, novum illud videri possit. Non igitur speramus dividie Lectori fore, ut libri huius, Italicus si spectetur ortus, paulo vetustioris, summam & formam paucis pro instituti ratione exhibeamus. Primum erudite Auctor inquit in nomina, quibus Græci, Romani, Itali & Galli argutias significant, & ex his colligit duo argutiarum genera, alterum in opere & facto, alterum in


in verbis positum: quorum illud artem Symbolicam, hoc Lapidariam parit. Vtriusque prolem partusque postquam enumeravit, ad quatuor causarum genera doctrinam artis revocat, & argutiarum primo considerat instrumenta, quorum beneficio formantur argutiæ: videlicet mente, (quam argutiam vocat archetypam) voce, literis, gestu, figura picta vel sculpta, aut modo ex hisce scripto & composito. Deinde causas effectrices argutiarum, seu illas qui fingant pariantque, persecutus, alias refert ad auctorem Deum, veluti sensus tropologicos, allegoricos, anagogicos, quos in sacris literis inveniunt Interpretes; alias ad spiritus vel angelos, veluti oracula, somnia, ostenta; alias ad naturam in admirandis eius operibus, seu ordini ejus consentientibus, seu ab eo aberrantibus, veluti monstris; alias ad animalia, quæ illi videntur argutari, si quid ominosi perficiunt, ut apes ori Platonis insidentes; alias denique, de quibus hic maxime quæritur, ad hominem, quæ nascuntur vel ab ingenio, vel a furore, vel ab exercitatione. Ingenium a prudentia quomodo differat, & quid intersit inter opera artificialia docta & ingeniosa docet; exempla ingeniosæ & argutæ artis ex architectura, pictura, automatis, optica, & inventione tubi petens. Furoris argutias in affectu, afflatu, enthusiasmo divino & poetico, dementia seu ridicula seu atroci, collocat. Exercitatione comprehendit praxin, lectionem, observationem, indicis categorici præsidium, (cui Morhofius quoque multum tribuit) & imitationem, singula præceptis exemplisque copiose illustrans. Quod hic semel admonitum, in cæteris omnibus intelligi volumus: nusquam enim deest vel præceptorum lux, vel selectissimorum exemplorum varietas. Formam artis huius ponit in figuris ingeniosis: figuras vero definit novitate, quadam dictionis ad oblectandum auditorem reperta, quæ vel sensus afficit, unde nascitur figurarum genus harmonicum; vel affectus, unde quædam sunt patheticæ; vel intelligentiam, quas proprie ingeniosas vocat. Harmonicum figurarum genus in periodorum constructione cernitur, quas in concinnas distinguit & rotundas. Concinnitatem in æqualitate membrorum, contrapositis, & similiter cadentibus spectat, tabulisque metricis ante oculos ponit. Rotunditatem proficisci docet a dimensione pedum, pulchritudine verborum, & iusta quantitate. Quæ singula quomodo dignoscamus & consequamur, accurate luculenterque tradit. Eodem modo Inscriptiones observat



servat esse vel concisas vel rotundas: & harum duo profert exempla, alterum avi Augustei, alterum Constantini M. quas æcri iudicio inter se contendit. Figuras patheticas nova quadam ratione distribuit in duo genera, quæ vel intellectus operationes, vel animi motus in oratione exprimunt. Vtriusque varias aliisque inobservatas species, & honorum Auctorum exemplis, & perpetuo quodam suo exemplo, per omnes figuras ducto, comprobat. Ad ingeniosas denique figuras, quibus omnis argutia nititur, accedens, proprii sermonis indolem prius exponit, & Latinæ atque Italicæ linguæ ætates distinguit, ex quibus de cuiusque puritate iudicari possit. Ingeniosam vero orationem aut Grammatica vocum immutatione niti, cum pro propriis prisca, peregrina, derivata, mutata, composita, ficta adhibentur; aut in significatione peregrina spectari, quam uno verbo appellat Metaphoram, & omnis argutiæ parentem iudicemque agnoscit. Distinguit Metaphoram in vocem, propositionem, & argumentum: de voce autem metaphõrica, a qua reliquæ species propullulant, & cuius ea est natura, ut rem alterius rei beneficio velociter significet, primum præcipiens, in octo illam species diducit. Nam res significatur vel similitudine rei, quæ est metaphora *proportionis*, aut nominis, quæ est metaphora *homonymia*; vel ex re conjuncta, eaque plana, quæ est metaphora *attributionis*, aut profunda, quæ est metaphora *Laconismi*; vel ex contrario seu re ipsa, quæ est metaphora *oppositi*, seu opinione hominum, quæ est metaphora *deceptionis*; vel denique facilitatem rei cognoscendæ atque adeo suavitatem assert eius magnitudo, quæ est metaphora *hyperboles*, aut evidentia, quæ est metaphora *hypotyposis*. Singulas porro species distincte fuscque persequitur, materiam & exempla cuiusque metaphoræ ad summa genera indicis categorici referens, usumque in variis argutorum operum generibus commonstrans. Pergit deinde ad metaphoras continuatas, seu propositionem metaphoricam, hoc est allegoricam; eamque collectis secundum seriem categoriarum simplicium vocum, quæ inter se transferuntur, proprietatibus facile pertexi posse, exemplo Rosæ & Reginæ describendæ ostendit. Argumentum denique metaphoricum, in quo sita sit præcipua vis argutiarum, decem exemplis propositis, in fallacia quadam & cavillatione positum observat; quæ differat a Dialectica, quod sit urbana, hoc est, in alia prorsus versetur materia, ad ali-

um finem referatur, & alia figura ac forma induatur. Rationem fabricandi enthymematis arguti facit triplicem, ut vel arguta rei propositæ afferatur ratio, vel argutum aliquid consequens ex ea derivetur, vel animadversio quædam mirabilis subiiciatur. Cum vero Hispani argutam quandam concionandi rationem in Italiam invexerint; istam quoque præceptis suis contineri ostendit, & per singulas species metaphoræ thema concionatorium argute & ingeniose tractare docet. Forma argutiarum hoc modo late exposita, finem quoque earundem & materiam attingit; eosdemque esse argutiarum fines, qui sint Rhetoricæ, ut vel ad deliberandum, vel ad demonstrandum, vel ad iudicandum pertineant; hisque tribus generibus omnem earum materiam quoque contineri demonstrat. Affert deinde theoremata practica duodecim, quæ exemplo perpetuo apud electos inclusa arguta enthymemata condere & formare docent. His in universum de omni argutiarum genere expositis, speciatim agit de ridiculis & inscriptionibus: & ridiculum in deformitate physica vel morali, sed innoxia, situm esse ostendit, eiusque gratiam ab aliqua metaphora proficisci, exemplo thematis ridiculi, per omnes metaphorarum species variati, ostendit. Inscriptiones vero argutas conciso stilo, qui plurimum differat ab oratorio, conscribendas esse monet; & elogium Ciceronis de legione Martia, & Taciti de Galba, in formam inscriptionis redigit, illud quibusdam detractis mutatisque, hoc nullo verbo mutato. Hinc transit ad Symbolicam artem, quæ in figura & facto exhibet argutias, eiusque totidem esse species, quot argutiarum verbalium, & ex eodem metaphoræ fonte promanare, exemplis e quaque metaphoræ specie derivatis demonstrat. Primum vero exquisitè & *xar' aix' Beas* philosophicam agit de argutiis heroicis, perfectissima symbolorum specie, quæ Itali vocant *imprese*; quorum naturam & formam postquam investigaverat, una & triginta legibus ea circumscribit, & ad has celeberrima quæque symbola examinat: cumque nullum exacte istis respondere deprehendat, captum humani ingenii excedere pronunciat, ut omnes symboli heroici perfectiones dotesque, allequatur. Subiicit deinde peculiarem de Emblematis tractationem, in quibus excolendis summam laudem tribuit Alciato; suæque ipsius emblemata in statuas horti Raconisii signum aliquod cœlestè exhibentes profert. Reliqua symbola in facto posita, veluti saltationes per  
sona-





sonatas, ludos equestres, tragœdias, comœdias &c. breviter definit, & quomodo ex his inter se mixtis, veluti facta quadam insitione, novæ species produci possint, admonet, & postremo thema quoddam in omnes argutias tam verborum quam symbolorum convertens, colophonem operi imponit.

DE METHODO ARCUS CURVÆ PARABOLICÆ  
inter se comparandi, per D. T.

Cum hoc in argumento, nisi quis genuinam sequatur methodum, proclive sit in magnas incidere prolixitates, hac vice ostendam, qua ratione, eaque satis facili, comparatio illa instituenda, & qua via huc usque in hac re progressus fuerim.

Sit A R S T V Parabola, cujus semilatus rectum AC, & Hyperbola C F I L N, cujus asymptotos AM; factis reliquis, que TAB, VI  
crudito Lectori ex ipsa figuræ inspectione manifesta sunt, notum est Fig. 1.  
(1) si fiat, ut AD ad AG, ita AK ad AM, spatia FDGI & LKMN semper æqualia, adeoque infinita spatia reperiri posse æqualia assumpto FDIG; id quod methodo Cavalleriana facillime demonstratur. (2) Rectangulum ex AC in arcum Parabolicum RS æquari semper spatium hyperbolico FPQI. Unde efficitur, quia assumptis arcibus Parabolicis, RS, TV, mensuræ spatorum PFIQ & WLNO inveniri, atque ex his cognitæ porro sola additione & subtractione spatorum rectilineorum derivari possunt spatia FDGI, LKMN, æquationem hanc elici posse, ejusque ope, si ex eadem arcus RS & TV tollantur, Geometricè determinari, quid in determinatione arcuum Parabolicorum datam ad se invicem rationem habentium possibile sit aut impossibile.

Sit ergo AB = BC = a, AD = b, AG = c, DF = d,  
GI = e, AK = f, AM = g, KL = h, NM = i,  
RS = x, TV = y, sitque brevitas causa 2a a = kk,  
& AC = k.

Posito primum, arcum RS ad TV esse, ut 1 ad 2, reperitur FDGI  
 $4kx - cc + 2ce + bb - 2bd - dd + ee,$  & LKMN =

$$\frac{8kx - gg + 2gi + ff - 2fh - hh + ii}{4} \quad Kk 2$$

Quibus positis æqualibus, statim adparet,  $x$  tolli non posse, five dupla five alia quæcunque ratio assumatur. Id ergo cum impossibile sit, si unum spatium  $L K M N$  assumatur, ex sola inspectione figuræ liquet, id multo minus esse possibile, si spatia  $L K M N$  dupla, aut in data ratione, ut  $r$  ad  $s$  assumantur; quoniam spatia  $W L N O$  continue sunt majora. Quo perspecto non duxi operæ pretium, id calculo experiri ulterius: sed dudum est, quod hanc disquisitionem seposui, vix illam in memoriam revocaturus, nisi nunciatum mihi fuisset, rem ab alio Geometricè determinatam esse. Cum vero certus quoque essem de methodi meæ universalitate, per quam idem indagare possem, quidquid aliâ methodo alius investigarit, ad manus sumsi disquisitionem sepositam, positisque calculis denuo reperi, verissimum esse, quod olim asserueram, absolute impossibile esse, ut inveniatur arcus Parabolicus, a vertice remotior, qui ad arcum alium vertici propiorem datam habeat rationem, sine data Hyperbolæ Quadratura. Porro autem uni-

versaliter sumens, ut  $r$  ad  $s$ , sic figura  $F D G I = \frac{4 k x - c c + 2 c e + b b - 2 b d - d d + e e}{8 k x - g g}$  ad figuram  $L K M N = \frac{4 k x - c c + 2 c e + b b - 2 b d - d d + e e}{8 k x - g g}$

$+ 2 g i + f f - 2 f h - h h + i i$  inveni  $4 r k x = 8 s k x$  & proinde

$r = 2 s$ , ut sublato  $x$  oriatur æquatio inter solas cognitæ, quæ, cum nihil absurdi contineat, indicio est, Geometricè rem determinari posse. Non diffiteor, me miratum primum fuisse, quomodo hæc cum priori mea positione possent consistere: statim tamen ex constructione, quæ facilis admodum est, perspexi, arcum  $T V$  debere includere arcum  $R S$ , si ille hoc major sit, aut si plures assumantur, nonnullos in unum latus, reliquos in alteram cadere debere, de quo casu fortassis nunquam cogitarem, nisi hæc occasio ad reiterandum data fuisset calculum, qui ad hanc rem manu quasi me reduxit. Non ero prolixus in his ulterius explicandis. Si enim nullus possit dari arcus a vertice remotior, qui in data sit ratione ad illum, qui vertici propior, ut supra ostensum, necesse est, ut major minorem includat. Hæc autem publice ideo commemoranda duxi, quoniam hæc via facilis admodum est, nec prolixum calculum requirit: unicum hoc adjiciens, methodum hanc meam particularem esse, & ad solam parabolam æ-

com-

commodatam, sed præsto tamen esse mihi aliam methodum, paulo profundius latentem, & ab hac plane diversam, cujus ope non solum arcus curvæ Parabolicæ, sed quarumvis curvarum, quantum equidem possibile est, comparari possunt; meque eandem, quamprimum ea, quæ ad ipsam pertinent, ad perfectionem erunt deducta, cum publico communicaturum.

**JOH. BERNOLLII INVESTIGATIO ALGEBRAICA**

*arcuum Parabolicorum assignatam inter se rationem habentiam.*

*Demonstratio Isochronismi Descensuum in  
Cycloide &c.*

**J**Am diu est quod novimus extensionem curvæ parabolicæ & quadraturam spatii hyperbolici mutuam connexionem habere; novimus etiam areas hyperbolicas inter asymptoti applicatas secundum progressionem geometricam procedentes esse æquales; quod pariter intelligendum de ipsis segmentis hyperbolicis, quibus illæ areæ a trapeziis rectilineis deficiunt, sunt enim etiam hæc trapezia rectilinea inter se æqualia. Unde non difficulter ad assignatam aream hyperbolicam inter asymptoti applicatas comprehensam inveniri potest alia hujusmodi area in data ratione.

Quod si igitur portiones curvæ parabolicæ in eadem essent ratione cum istis areis, oppido factum haberemus quod querimus, hoc est a dato quovis in parabola puncto in promptu esset statim refecare arcum, qui haberet ad alium datum rationem datam. Verum enim vero portiones curvæ parabolicæ licet generaliter dicantur per quadraturam hyperbolæ rectificari, non tamen istis areis inter applicatas asymptoti proportionari possunt, sed aliis areis comprehensis inter applicatas axis conjugati: ast hæc areæ ut alteræ illæ inter se æquari nõ possunt, nisi binæ tantum, & quidem similiter ultra citraque axem sumtæ, unde etiam contingit, ut impossibile sit dato arcui parabolico alium æqualem sed dissimilem abscindere, hoc enim si fieri posset, ipsam quoque rectificationem parabolæ, hyperbolæve quadraturam post se traheret. Hinc etiam accidit, quod etiamsi ratio data sit inæqualitatis, non tamen a quovis in parabola ad lubitum assumpto puncto refecari possit arcus quæsitus; sed id ipsum punctum per constructionem datum sit determinandum.

Ut igitur modum invenirem comparandi arcus parabolicos, in ratione data quavis inæqualitatis; vidi quidem per facile, areas illas hyperbolicas super axe conjugato esse prius in data ratione sumendas, sed hoc ipsum est quod aliquid laboris & industriæ requirere videbatur. Qua tamen via Algebra duce sola (hic enim methodus differentialis aliave infinitesimalis nihil omnino præstat) redditus fuerim voti compos, calculi quem ipivi capita principaliora indicabo.

TAB. VI.

Fig. 2.

Esto (fig. 2) Parabola CAN, cujus axis AX, semiparameter AD; inque ea arcus datus BC, ad quem assignandus sit alius MN rationem habens datam  $n$  ad 1. Ducta normali RA  $\delta$ , centroque A & semiaxe AD descripta hyperbola æquilatera IDZ; erit, centrum est, rectangulum sub AD & arcu parabolico quovis BC æquale areae seu trapezio hyperbolico correspondenti HRSI; quod nimirum continetur inter applicatas axis conjugati HR, IS: hoc est, arcus parabolici BC, MN sunt ut correspondentia trapezia hyperbolica RI,  $\alpha$ Z. Res itaque eo recidit, ut dato RI determinetur aliud  $\alpha$ Z, quod se habeat ad illud ut  $n$  ad 1, id quod sic efficio.

Ductis asymptotis AG, AT & ad eas applicatis DE, HF, IG, intelligantur AK, AL, AQ, AT continue proportionales in ratione AF ad AG: palam est quod ductis applicatis KV, LW, QY, TZ non solum trapezia hyperbolica KW, LY, QZ tam inter se quam ipsi trapezio hyperbolico FI sint æqualia: sed etiam ductis subtensis IH, VW, WY, YZ, ipsa segmenta hyperbolica VW, WY, YZ sint inter se & ipsi segmento IH æqualia: ideoque si sumantur tot continue proportionales AK, AL &c. quot sunt unitates in  $n + 1$ , erit numerus segmentorum inter V & Z =  $n$ : & proinde summa segmentorum VW + WY + &c. est ad segmentum HI ut  $n$  ad 1. Jam vero si prima continue proportionalium AK sumatur debite magnitudinis, ita ut demissis applicatis ad axem conjugatum Va, W $\delta$  &c. summa trapeziorum rectilineorum  $\alpha$ W +  $\delta$ Y + &c. seu polygonum rectilineum  $\alpha$ VWYZ  $\delta$  sit ad trapezium rectilineum RI ut  $n$  ad 1, (quod utique fieri potest, quamvis trapezia rectilinea  $\alpha$ W,  $\delta$ Y, &c. inter se non sint æqualia; sufficit enim quædam majora esse, quædam minora, ut ita per compensationem simul omnia toties præcisè contineant ipsum RI, quoties  $n$  continet unitatem) hoc inquam si ita factum sit; manifestum est aream hyperbolicam VZ  $\delta$   $\alpha$  seu sum-



nam trapeziorum hyperbolicorum  $\alpha W + \zeta Y + \&c.$  fore ad trapezium hyperbolicum RI ut  $n$  ad  $r$ : est enim totum ad totum, seu polygonum rectilineum  $\alpha V W Y Z \delta$  ad trapezium rectilineum RI, ut ablatum ad ablatum, seu ut summa segmentorum  $VW + WY + YZ$  ad segmentum HI; utrobique nempe ut  $n$  ad  $r$ : ergo etiam reliquum ad reliquum seu trapez. hyperb. RI, & per consequens arcus parabolicus MN ad arcum parabolicum BC, datam habebit rationem  $n$  ad  $r$ . Id unicum igitur intendendum est, ut determinetur punctum K: in hunc finem voco cognitas  $DE$  seu  $AE = a$ ,  $AF = b$ ,  $AG = c$ ; in-

cognitam  $\Delta K = x$ ; erunt  $\Delta L = \frac{cx}{b}$ ,  $\Delta Q = \frac{cex}{bb}$ ,  $\Delta T = \frac{c^3x}{b^3}$ , &c.

reperietur autem  $\alpha V = x \sqrt{\frac{1}{2}} + \frac{aa}{x} \sqrt{\frac{1}{2}}$ ,  $\zeta W = \frac{cx}{b} \sqrt{\frac{1}{2}} + \frac{aab}{cx} \sqrt{\frac{1}{2}}$ ,

$\gamma Y = \frac{cex}{bb} \sqrt{\frac{1}{2}} + \frac{aab}{cex} \sqrt{\frac{1}{2}}$  &c. Item  $\Delta \alpha = x \sqrt{\frac{1}{2}} - \frac{ac}{x} \sqrt{\frac{1}{2}}$ ,

$\Delta \zeta = \frac{cx}{b} \sqrt{\frac{1}{2}} - \frac{aab}{cx} \sqrt{\frac{1}{2}}$ ,  $\Delta \gamma = \frac{cex}{bb} \sqrt{\frac{1}{2}} - \frac{aab}{cex} \sqrt{\frac{1}{2}}$ , &c. ideoque

$\alpha V + \zeta W = \frac{cx+bx}{b} \sqrt{\frac{1}{2}} + \frac{aac+aab}{cx} \sqrt{\frac{1}{2}}$ ,  $\zeta W + \gamma Y = \frac{cex+bcx}{bb}$

$\sqrt{\frac{1}{2}} + \frac{abc+aabb}{cex} \sqrt{\frac{1}{2}}$ , &c.

multiplicatis respective per  
 $\frac{cx-bx}{b}$        $\frac{aac-aab}{cx}$

$\Delta \zeta - \Delta \alpha (\alpha \zeta) = \frac{cx-bx}{b} \sqrt{\frac{1}{2}} + \frac{aac-aab}{cx} \sqrt{\frac{1}{2}}$ ,  $\Delta \gamma - \Delta \zeta (\zeta \gamma) =$

$\frac{cex-bcx}{bb} \sqrt{\frac{1}{2}} + \frac{aac-aabb}{cex} \sqrt{\frac{1}{2}}$ , &c.

provenit,

cc-

$$\frac{cc - bb}{2bb} xx + \frac{aacc - aabb}{bc} + \frac{cc - bb}{2ccxx} a^4 = aV + 6W \text{ in } a^6 = 2 \text{ trpz.}$$

$$\text{rectilin. } aW, \frac{c^4 - bbcc}{2b^4} xx + \frac{aacc - aabb}{bc} + \frac{bbcc - b^4}{2c^4xx} a^4 = 6W$$

$$+ \gamma Y \text{ in } 6\gamma = 2 \text{ trpz. rectil. } 6Y, \frac{c^6 - bbc^4}{2b^6} xx + \frac{aacc - aabb}{bc} + \dots$$

$$\frac{b^4cc - b^6}{2c^6xx} a^4 = \gamma Y + \delta Z \text{ in } \gamma\delta = 2 \text{ trpz. rectilin. } \gamma Z,$$

$$\frac{c^{2n} - bbcc^{2n} - 2}{2b^{2n}} + \frac{aacc - aabb}{bc} + \frac{b^{2n} - 2cc - b^{2n}}{2c^{2n}xx} a^4 = \text{duplo ultimi trpz. rectilin.}$$

His omnibus in summam collectis (quod commode fieri potest, omnes enim primi termini, ut & omnes ultimi constituunt progressionem geometricam, cujus numerus terminorum est  $n$ , medii vero faciunt seriem aequalium) habebitur adhibendo vulgares regulas pro summandis progressionibus geometricis.

$$\frac{c^{2n} - b^{2n}}{2b^{2n}} xx + \frac{naac - naab}{bc} + \frac{c^{2n} - b^{2n}}{2c^{2n}xx} a^4 = 2 \text{ sum.}$$

trpz. rectil. = 2 polyg. rectil.  $aVWYZ\delta$ : sed multiplicando RH + SI per RS prodibit duplum trapezii rectilinei RI, =

$$\frac{cc - bb}{2} + \frac{aacc - aabb}{bc} + \frac{cc - bb}{2bbcc} a^4; \text{ \& secundum ea quae supra dicta sunt, trpz. rectil. RI est ad polyg. rectil. } aVWYZ\delta, \text{ ut}$$

$$\text{rad } n, \text{ hoc est } \frac{2}{2} + \frac{bc}{bc} + \frac{2bbcc}{2bbcc} a^4$$

debet

$$\text{debet æquari } \frac{c^{2n} - b^{2n}}{2b^{2n}} \cdot xx + \frac{naac - naabb}{bc} + \frac{c^{2n} - b^{2n}}{2c^{2n}xx} a^4$$

quibus reductis pervenietur ad hanc æquationem quadratam

$$\frac{c^{2n}}{x} + \frac{na^4c^{2n-2}b^{2n-2}}{c^{2n}-b^{2n}} - \frac{na^4c^{2n-2}b^{2n-2}}{c^{2n}-b^{2n}} - \frac{a^4b^{2n}}{cc-bb} = xx$$

Sumta itaque AK — radici hujus æquationis x, factoque ut b<sup>n</sup> ad c<sup>n</sup> ita AK ad AT, determinabunt applicatæ KV, TZ puncta V & Z, ex quibus educatæ axi parallelæ VM, ZN auferent ex parabola arcum optatum MN, qui scilicet ad arcum expositum BC rationem obtinebit datam n ad 1. Q. E. F.

Quod notatu dignum hic venit, atque mihi ad longe operosiorum calculum ab initio animum præparanti supra vorum tamen & expectationem successit, est, quod trapezia rectilinea a W, CY, &c. formaverint tres progressionem indefinite summabiles; si enim aliæ prodissent a geometricis diversæ & non indefinite summabiles (quod facillime accidere potuisset, si pro incognita alia quævis quam AK accepta fuisset) problema sane per unam & generalem æquationem pro numero infinito n solvi non potuisset, sed pro singulis numeris iisque integris & rationalibus duntaxat, singulares semper de novo æquationes fuissent querendæ, magis minusve compositæ pro re nata. Hoc vero incommodum opportune sublatum est progressionibus illis geometricis; adeo ut pro numero n non solum numerum integrum, sed & fractum surdumve quemvis substituere possimus in æquatione generali, quæ ideo tamen nunquam supra quadratam ascendet, unde problema in omni casu est planum. Suppono autem datarum b & c etiam datas esse potestates b<sup>n</sup> & c<sup>n</sup> quarum quidem ratio si n sit numerus surdus, haberi non potest nisi mediante Logarithmica.

Dixi supra, non posse circa ipsam rectificationem parabolæ inveniri duos arcus æquales & dissimiles. Jam dico porro, si ratio data 1 ad n sit inæqualitatis, arcum majorem debere intra limites suos complecti minorem; seu extremitatem unam M majoris fore viciniorē vertici A, quam extremitatem minoris B, alteram vero majoris extremitatis.

mitatem N, ab eodem A remotiorem fore, quam minoris alteram extremitatem C: Id est, si intelligantur BO, CP normales ad axem AX, cadet necessario arcus OP, qui utique ipsi BC est æqualis, totus intra MN. Quod si quis se habere putet aliam methodum, quæ aliud doceat, per quam scilicet arcus minor BC vel OP sive totus sive pro parte extra majorem caderet, sciat ex hoc solo aut absolute eam esse fallacem, aut inventam se habere quadraturam hyperbolæ, hætenus frustra quaesitam.

Quod superest, ex iisdem fundamentis, quibus hic usus sum, potest etiam solvi sequens: *Datis duobus, tribus pluribusve arcibus parabolicis discretis, assignare alium arcum continuum omnibus illis simul sumtis æqualem.* Memorabile quoque est, quod quamvis omnis arcus parabolicus rectificationem recuset, possit tamen inveniri arcus, qui datum alium arcum excedat, vel ab eodem deficiat excessu vel defectu rectificabili. Hujusmodi alia multa omitto.

Hæc jam jam dimissurus accipio D. L. H. Tractatum Mechanicum A. 1695 Parisiis impressum, quem aperiens fortuito incidi in propositionem 120, ubi demonstrare nititur *Antbor* Isochronismum in Cycloide ab *Hugenio* primo inventum. Posteriora tantum hujus demonstrationis verba legens vidi eum concludere, tempus descensus per Cycloidem esse duplum temporis descensus per Diametrum verticalem circuli generatoris; hoc autem cum absolute falsum scirem (ipso quippe *Hugenio* jam demonstrante, tempus per Cycloidem sese habere ad tempus per Diametrum, in ratione semicircumferentiæ circuli ad Diametrum) animum incescit, explorare unde gravis iste error originem traxerit.

Hanc itaque ut detegerem, demonstrationem memoratam (quam alias, quod de propositionis veritate diu ante persuasus essem, forsitan nunquam legissem) legere cœpi, sed ulterius progredi non erat necesse, quod in ipso statim limine deprehendi anguem in herba non latentem sed patentem. Concludit enim positis quotcunque & quibuscunque analogiis  $a, b :: c, d \mid m, n :: p, q \mid r, s :: t, u$  fore aggregatum omnium primarum  $a + m + r$  ad aggregatum omnium secundarum  $b + n + s$ , ut aggregatum omnium tertiarum  $c + p + t$  ad aggregatum omnium quattarum  $d + q + u$ ; quod num verum sit, judicent alii. Hoc saktam dico, quod si id verum esset, circulus, hyper-

hyperbola & nulla non figura foret quadrabilis, & nulla non curva rectificabilis: mirabile quoque compendium nobis subministraret investigandi dicto citius tempus descensus per quamcunque curvam; foret enim semper, secundum ratiocinium *Autoris*, tempus per curvam ad tempus per altitudinem ejus verticalem, ut ipsa curva ad ipsam altitudinem.

Ex dictis liquet quanto consultius fecisset, nudam allegasse propositionem nobilissimi hujus inventi, & Lectorem remisisse ad demonstrationem *Hugenianam*. Quod si vero *Hugeniana* licet legitima, sed ob multarum propositionum farraginem & perplexitatem non arrisit, laudo propositum succinctiorem tradendi, modo tradidisset genuinam. Qua in re cum a scopo multum aberraverit, hic ego vias ejus supplebo, demonstraturus brevissime simul ac perspicue, quod in Cycloide cujus axis ad perpendicularum erectus est, vertice deorsum spectante, tempora descensus quibus mobile a quocunque in ea puncto dimissum, ad punctum imum verticis pervenit, sunt inter se aequalia. Sit (Fig. 3) Cyclois FDC, cujus axis AD, circulus generator ABD; dico tempus per quamvis portionem GMD fore æquale tempori per integram semicycloidem FED. Concipiatur DG divisa in partes indefinite parvas Mm, ut & DF in alias numero æquales Ee; unde erit partium una in DF, ad partium unam in DG, ut ipsa DF ad DG; assumantur jam ex illis partibus duæ homologæ Mm, Ee, id est tales quæ secent DF, DG proportionaliter in E, M, ducanturque applicatæ ET, MN, item DB, DO, DL.

TAB. VI  
Fig. 3.

Quoniam igitur per hyp. DF, DE, & DG, DM, sunt proportionales, ergo etiam earum semisses, quæ per naturam cycloidis sunt DA, DB, & DL, DO harumque quadrata sunt proportionalia, id est DA q. DB q (DA. DT):: DL q. DO q (DH. DN) dividendo AT. DT:: HN. DN, ideoque AT q. HN q (seu per naturam gravium descendentium velocitas in E ad velocitatem in M):: DT q. DN q:: DB. DO:: DE. DM:: (per hyp.) Ee. Mm; quoniam itaque velocitas in E est ad velocitatem in M, ut Ee ad Mm, patet quod tempus per Ee sit æquale tempori per Mm, id quod de omnibus aliis portionibus homologis demonstratur, unde tempus per omnes Ee id est per DF erit æquale tempori per omnes Mm id est per DG; ergo descensus per DF & DG sunt isochroni. Q. E. D.

EXPLICATION DES MAXIMES DES SAINTS,  
sur la vie intérieure &c.

i. e.

*Præcepta Sanctorum de vita interiori explicata a Dn. FR. DE SALLIGNAC FENELON, Archiepiscopo Duce Cameracensi &c.*

Editio nova.

Amstelodami apud Henr. Wetsteinium, 1698. 12. Plag. 12.

**Q**ui Theologiam, quam mysticam vocant, in Ecclesia Romanensi profitentur, nunquam tot admiratores habent, ut non apud suos quoque quosdam hostes experiantur. Ipse Robertus Bellarminus Cardinalis hoc intellexit, asseruitque, Mysticorum Theologorum hæc esse fata, ut sublimiores eorum loquendi formulæ laudentur ab aliis, ab aliis vituperentur, cum in diversum plerumque trahi possint sensum. Idque suo hodie exemplo comprobatur Reverendissimus Archi-Episcopus Dux Cameracensis *Franciscus de Salignac Fenelon*. Quam enim edidit explicationem sententiarum, quibus viri sanctitate inclyti usi sunt, de vita interiori, tantum abest, ut omnibus sese probaverit, ut potius celeberrimi Galliarum Præsules, *Ludovicus Antonius de Noailles* Archiepiscopus Parisiensis, *Jacobus Benignus Bossuet* Episcopus Meldensis, & *Paulus de Godet des Marais* Episcopus Carnotensis, edita declaratione nonnulla atro in ea notaverint carbone. His hinc exortulurium jam celebratur sermonibus. Galliarum Rex autem, cum eam indices magis magisque gliscere videret, ad Romanum Pontificem, ut ejus judicio atque sententia finiretur, illam deferri curavit. Nos itaque lectoribus nostris haud ingratum fore speramus, si summam libri antea memorati ea, qua decet, fide exhibeamus, quæque in eo reprehendantur, paucis indicemus.

Constitutum nimirum Auctori Illustrissimo est, cuncta Mysticorum effata, ad *amoris*, ut vocat, *puri* fontem revocata, ita explicare, ut quid verum rectumque, quid falsum & erroneum sit, luculenter & citra ambages ab omnibus perspicere possit. Quod ut rite efficeret, statim in limine varios amoris gradus vel species potius constituit. Primo namque, inquit, homines quidam, qui se Deum amare profitentur, non ipsum Deum amant, sed bona & munera varia quæ ab ipso se impetra-

petratos sperant. Talis amor Judæorum carnalium fuit, Deum colentium, ut eo largiores terræ proventus consequerentur. Hunc amorem *pure servilem* vocat. Nonnulli Deum quidem ipsum amant, sed ut instrumentum saltem & medium suæ felicitatis, ita ut ad se ipsos ceu ultimum finem cuncta referant. Hic amor *concupiscentiæ* illi audit. Sunt porro, qui Deum propter ipsum Deum amare incipiunt, simul tamen suæ quoque felicitatis rationem habent, ita ut magis Deum propter suam felicitatem, quam propter ipsum Deum amant. Hinc *amor spæi*, ut Auctor vocat, enascitur. Alii ulterius progrediuntur, Deumque ita amant, ut omnem felicitatem suam illi postponant: non quidem quod hanc quoque non concupiscant, sed quod amorem suæ felicitatis, amori quo Deum solum propter Deum ejusque gloriam amant, subjiciant. Longe perfectior quidem iste amor est, quam hæctenus enumeratæ species: imperfectus idem tamen & impurus adhuc, si conferatur cum purissimo amore, de quo mox dicitur; hinc Auctori semper *amor impurus* audit. Nonnulli denique Deum amant tantum quia amore dignus est, nulla proprii commodi exinde ad se redundaturi ratione, nullaque aut æternæ aut temporalis felicitatis spe adducti. Hæc est perfectissima amoris species, Auctori que *amor purus* salutatur.

Hæc itaque præmissis asserit, amorem concupiscentiæ utpote **Artic. I.**  
 esse plane mercenarium, Deo placere non posse, cum ejusmodi homo non Deum, sed seipsum amet: posse tamen per eum hominem ad veram justitiam consequendam (utitur stilo Romanensis Ecclesiæ) quodammodo præparari, si per eum pravæ cupiditatibus utunque frenum injiciatur. Sed ab hoc amore sedulo & summa circumspersione sacernendum esse eum amorem, in quo nostris commodis deus anteponitur. Damnat itaque & rejicit illorum sententiam, ut decretis Concilii Tridentini contrariam, qui & istum amorem, quo quis suam felicitatem amat, sed ita ut Deum commodis suis præferat, homine pio & sancto indignum pronuntiant, proculque facessere jubent, & per amorem concupiscentiæ homines ad sanctitatem quodammodo præparari incicias eunt. **Art. II.**  
 tres *status justorum*, quorum subinde apud ejusmodi Scriptores injicitur mentio, derivat. Nimirum qui Deum præcipue quidem amant, sed ut suæ quoque felicitatis suorumque commodorum habeant ra-

tionem, in duplici constituti sunt discrimine: apud nonnullos amori puro admixtus est timor aliquis, ne incommodum aliquod accipiant: apud alios spes felicitatis obtinendæ huic amori adhæret. Illi primum iustorum ordinem constituunt, in quibus adhuc est spiritus servitutis: hi secundum, de spiritu mercenario adhuc participantes. Sed ad tertium pertinent, qui pure amant, indeque filiorum nomen titulumque promerentur. Tres hisce statibus decantatas in scholis Mysticorum vias, *purgationis, illuminationis & contemplationis* respondere docet. In via purgationis homines non tantum amore Dei, sed & metu poenarum infernalium concitados, debellare vitia: in via illuminationis in studio virtutum eos proficere, hinc amore Numinis, inde spe felicitatis obtinendæ eos quodammodo impellente: in via contemplationis autem sive unionis, nec filialem amorem, nec spem, quæ filios Dei deceat, cessare quidem, interim homines tantum puro amore adductos recte agere, virtutibusque operari. Fatetur itaque, in hominibus pure Deum amantibus, & timorem filialem & spem esse, sed pure, non habita ulla ratione commodi proprii, h. e. ut non aliam ob causam aut timeant aut sperent, quam quia hoc Deus iussit, ejusque voluntati istud est conveniens. Hinc si supponant ejusmodi homines cum Augustino aliisque, quod tamen plane fieri nequit, Deum velle animas suas annihilare, aut æternis cruciatibus affligere, non minus tamen Deum amaturos, quam cum persuasi sunt, se æternæ felicitatis aliquando participes fore. Hæc ut recte dici putat, ita rejicit contra illorum sententiam, qui dicunt, hominem per amorem purum ne velle quidem ulla ratione præmium, quod ipse Deus est, nec timori, nec spei in illis

- Art. III. locum superare, & id genus alia. Tantum autem abest, ut omnibus ad purum amorem ceu summum & perfectissimum gradum ex sententia Auctoris adspirare liceat, ut paucis concessum sit adire Corinthum, multique sanctissimorum virorum ad eum non pervenerint. Unde & rursus eos damnat, qui omnes promiscue ad istum amorem perducendos contendunt, istum autem amorem, cui impuritatis aliquid adhuc adhæret, ut indignum homine sancto rejiciunt. Ceterum si quis ad istum amoris gradum pervenerit, in eo nihilo secius spem & amorem distinctas esse virtutes. Licet enim sine conveniant, cum ejusmodi homo nec amet aliam ob causam, quam quia Deus hoc vult, nec



nec speret aliam ob causam, quam quia Deus vult: nihilo secius tamen aliud esse objectum formale amoris, bonitatem scilicet Divinæ Numinis absolute & in se spectatam; aliud objectum formale spei esse, bonitatem scilicet Numinis relate & quoad nos spectatam, & quidem prout difficulter obtineri potest, atque hoc ad distinguendas a se invicem hasce virtutes sufficere. Damnat itaque eos, qui spem cum amore puro consistere posse abnuunt.

Art. V.

Quid *resignatio sacra & indifferentia sacra* in scholis Mysticorum sibi velint, hinc itidem luculenter exponit. Nimirum per resignationem sacram homo felicitatis suæ cupiditatem voluntati Numinis subjicit, ut felicitatis quidem desiderio teneatur, sed tamen ut nihil concupiscat, quod voluntati divinæ adversetur. Indifferens autem nihil amplius suæ felicitatis aut sui commodi causa concupiscit, sed simpliciter & pure omnia ea vult, quæ Deus vult. Vult itaque æternam felicitatem, non quod sui commodi causa istam desideret, sed quoniam novit Deum velle, ut ejus participet. Perperam itaque & improbe eos sentire ait, qui per indifferentiam sanctam homines nihil plane velle, ne ea quidem, quæ Deus piis impertire decrevit, ut æternam felicitatem, autumant. Ut autem

Art. VI.

juxta Auctorem omnino desideria hominum pure Deum amantium, quibus ea desiderant, quæ Deus vult, eorundemque preces, quibus itidem a Deo ea petunt, quæ ipsius voluntati sunt convenientia, ex sancta hac indifferentia procedunt: ita neutiquam miraculosam & extraordinariam inspirationem secum conjunctam habet. Adeoque

Art. VII.

docente porro Auctore, cum homines pure Deum amantes, non aliis inspirationibus aut afflatibus Divinis gaudeant, quam qui omnibus piis sanctisque communes sunt, nisi manifestis documentis comprobentur temsecus se habere: non possunt quoque aliam actionum suarum regulam constituere, quam verbum Divinum. Errare ergo eos pronuntiat, qui homines pure Deum amantes & ex sancta indifferentia agentes, leges scriptas velut solutos esse docent, suosque motus ex miraculosa inspiratione ortos seu normam & regulam suarum actionum eos sequi posse. Si magnæ spiritualesque tentationes accedant, indifferentia ista sancta vocari solet *derelictio* (*abandon*) qua

Art. VIII.

anima se totam, quantum ad commoda propria, Deo permittit: eaque revera, juxta Auctorem, nihil aliud quam *abnegatio sui ipsius*. Ista autem tentationes extremæ, de quibus apud Mysticos multus sermo est,

est, ut eo tendunt, ut anima magis magisque purgetur: ita sedulo cavendum monet, ne vulgaris tentatio statim pro suprema ista habeatur. Idque tum illis qui facile sibi persuadent, se ejusmodi tentationibus affligi, tum conscientiarum directoribus, sedulo esse observandum. Damnat autem eos, qui in ejusmodi tentationibus nec amoris, nec reliquis virtutibus locum concedunt, nec aut tentatorum, aut directorum conscientiae officia justis hic limitibus circumscribunt.

Art. IX. Animam tamen in hisce tentationibus constitutam neutiquam a Deo deseri, fidei quoque explicitae, spei, ceterarumque virtutum non esse expertem: ut ut suavitatem, quam ceteroquin ex virtutum exercitio percipere solebat, non sentiat, nec ex actibus mentis reflexis certior reddatur, se, quod sui officii erat, sincere & bona fide praestitisse. Actus tamen mentis directos, veros utique esse, virtutesque omnes in anima producere, ut ut anima vix sentiat se eas edere: atque hanc esse eam operationem mentis, quam Franciscus de Sales *apicem mentis* appellat. Rejicit ergo illorum sententiam, qui animam in hoc statu omnium virtutum expertem, certitudine conscientiae destitutam, nec dire-

Art. X. ctos quoque actus edere statuunt. Docet porro, cum Deus piis omnibus sanctisque vitam aeternam promiserit, nefas esse credere Deum velle, ut aliquis aeternum miser sit. Animas itaque se ceu victimas Deo offerentes, paratasque Deum amare etiam si aeternum excruciantes essent, nunquam absolute hoc velle, ut aeternum crucientur, sed hoc ceu conditionem, quae tamen in effectum deduci nequeat, ponere, ac si dicerent: amabo te Deus, etiam si me aeternis cruciatibus adjudicares. Fieri tamen posse, ut, si extrema tentatio accedat, anima peccatorum suorum conscia, eorumque sceleratam sibi sistens, plane sibi persuadest, se aeternum damnatum iri, simul tamen constans propositum Deum nihilo secius amandi retineat. Et tum quidem directorem recte facere, si animam persuasioni justae condemnationis & reprobationis tantisper acquiescere patiat, nec rationibus ad aliam sententiam eam transducere laboret, donec tentatio cesset. Sed ut sua

Art. XI. sponte & libere aliquis hoc sibi persuadent, summum esse nefas. Legis veteris & novae inter alia quoque hoc discrimen statuit, quod haec non tantum ostendat, quid faciendum omittendumve sit, sed vires etiam conferat, quas ab illa frustra quis expectaverit. Animam itaque sanctam nihil facere posse, nisi gratia divina fuerit adjuncta. Hanc,  
si la

si sapiat, sequi gratiam, non autem eam præcurrere, quod illi non possit non male cedere. Posse eandem cooperari cum gratia, sine strepitu ac tumultu amoris ad proprium commodum spectantis, sed placide: sine motu, vere tamen. Atque hoc sibi velle Mysticos, qui *activitate* ab anima abesse volunt. Hoc nomine enim turbidos & inquietos animæ motus, ex amore nostri commodi ortos, ad bonum tamen finem tendentes, eos intelligere. Qui autem animam non tantum tali activitate, privaat, sed omni actione eam destitui, nihil cooperari, & mere passive se habere asserunt, turpiter, censente Auctore, errant. Nec probat illorum effata, qui animam puro Dei amore flagrantem se ipsam re-  
vera odisse, nullamque sui curam amplius gerere profitentur. Quia eas summa vigilantia & studio ea, quæ ad se pertinent, curare ait, non tamen suæ felicitatis amore abreptas, sed ut voluntati divinæ faciant satis. Et ita quoque eas se ipsas amare. Abnegationem autem & odium sui ipsius in divinis literis, non hoc sibi velle, quod se ipsos nullo modo homines amare debeant: hoc enim impium esse, cum inde sequeretur, animam creaturam Dei quoad essentiam malam esse, qui Manichæorum olim error fuerit. De actibus mentis directis atque reflexis postquam iterum nonnulla monuit, docet, in extremis istis tentationibus, ad animam purgandam, partem ejus inferiorem a superiori separari, ita ut in hac quoad intellectum & voluntatem pax & quies & summa tranquillitas esse possit, cum eodem tempore in illa, quoad sensus & imaginationem sit conturbatio, dolor, anxietas. Atque hujus rei exemplum ipsum Christum Servatorem cruci affixum nobis præbere. Hæc quamvis ita se habeant, addit tamen, quoad partem inferiorem animæ nihil committi, cujus ratio a superiori quoque exigi nequeat; cum hæc separatio neutiquam eo usque extendenda sit, ac si pars animæ inferior partis superioris imperio plane amplius obnoxia non sit. Ut ergo non probat illos, qui actiones a parte inferiori sum commissas nemini imputari posse putant: ita nec illis suffragatur, qui corporis carnisque castigationes coercitionesque, ut hominibus ad sublimiorem sanctitatis gradum erectis parum utiles, contemnunt. Observat porro, studium sibi ipsi consulendi sibi que omnia vendicandi (*propriété*) duplex esse: vel enim homines ita sibi consulere prospicereque, ut divinæ gloriæ voluntatisque nullam omnino

Art. XII.

Art. XIII.

Art. XIV.

Art. XV.

Art. XVI.

Mm

habe-

habeant rationem, intolerabilem suam ambitionem hoc ipso prode-  
tes: vel contra, eos ita sibi rebusque suis bene cupere, ut tamen præ-  
cipue ad divinam gloriam cuncta referant. Optat videlicet ejusmo-  
di homo, ut in virtutibus proficiat, præcipue quidem ideo, ut Divini  
Numinis inde amplificetur gloria, secundario tamen ut & ipse præ-  
mium suæ virtuti respondens accipiat. Quando ergo Mystici scri-  
ptores abdicationem studii sibi consulendi (*desappropriation*) com-  
mendant, nihil aliud sibi volunt, quam quod per eam anima ita pur-  
gari debeat, ut virtutem, sanctitatem, sapientiam neutiquam ideo de-  
sideret, ut etiam secundario ullum inde ad se redundet commodum,  
sed ut omnia simpliciter ad gloriam Divini Numinis referre discat.

- Interim illis, qui studium sibi consulendi posteriori modo acceptum,  
non tam imperfectionem, quam vitium atque peccatum esse contem-  
dunt, & revera omnes virtutes odiumque peccati ab anima pure Deum  
amante abesse jubent, neutiquam suffragatur. Redit hinc ad tentatio-  
nes & a communibus extraordinarias sedulo discernendas, nec quæ his  
Art. XVII. solum conveniat, illis afferendam medelam, diligenter inculcat. Cæ-  
terum ut voluntas Dei, docente Auctore, alia esse censetur, quando ali-  
quid præcipit, alia quando quid permittit: ita monet, non statim pro-  
licitis ea esse reputanda, quæ eum permittere credimus, ita scilicet vio-  
lenta & physica quadam ratione hæc non impediat. Magnopere ergo  
eos errare inde concludit, qui & peccata ea licita putant, quæ hæc ra-  
tione a Deo non impediuntur, & peccata quoque amant, ut per ea  
Art. XIX. purgata anima ad majorem perfectionis gradum evahatur. De præ-  
cipibus ita censet, eas quæ ore proferuntur, Deo placere non posse, nisi  
mente quoque simul peragantur: quin fieri quandoque posse, ut ex-  
pediat sola mente Deum precari, verbis nullis ore prolatis: quod ta-  
men omnibus tanto minus imitandum putat, quanto majorem vim  
ad continuandas cum zelo preces ista mentalis oralisque precationis  
Art. XX. conjunctio habet. De librorum factorum asceticorumque lectione  
eodem modo judicat. Ad explendum vanum istud, quo multi labo-  
rant, sciendi desiderium lecti, parum, inquit, profunt. Contra  
ad excitandam mentem, & alimentum velut quoddam salutare  
cogitationibus præbendum muleum juvant, si rite tractentur, nec  
internæ Spiritus Divini operationi inde forte impedimentum aliquod  
Art. XXI. afferant. Non minus quoque, ut in contemplatione caute se gerant  
disci-

disciplinæ hujus alumni, monet. A meditatione scilicet contemplationem ita differre, quod illa ratiocinatione peragatur, comiteturque amorem impurum, dum scilicet homo super commodis aut incommodis suis ratiocinando, hinc ad virtutem se ipsum magis magisque incitat: hæc autem, contemplatio scilicet, amoris puri exercitium sit, & in actibus mentis simplicibus, directis, placidis uniformibusque consistat. Licet itaque contemplatio perfectior sit meditatione, hanc tamen Deo non minus gratam esse, adeoque plerisque sanctorum fuisse frequentatam, omnibusque qui ad summum amoris gradum non pervenerunt, commendandam, tantum abest, ut ceu jejuna ac sterilis rejici debeat. Posse autem monet animam ab ista meditatione ad contemplationem progredi, si animadvertat, meditationem non eam amplius utilitatem afferre, quam antea attulerat, & si nullibi, quam in Dei a se pure amati præsentia, quo delectetur, nutriatur, & ad virtutes excitetur, reperiat. Fatetur tamen, posse animam, si conditio ejus hoc exigar, a contemplatione rursus ad meditationem regredi; quin etiam si habitum quoque contemplationis obtinuerit, fieri tamen posse censet, ut eundem rursus, si forte donis divinis non probe fuerit usa, amittat: & tum omnino ad meditationem illi esse recurrendum. Habitum autem istum, qui tamen mutationis non sit expertus, ex amore puro omnes actiones deliberato animo susceptas ad gloriam Dei referendi, esse *perpetuam istam orationem* a Christo & Paulo commendatam, & a contemplatione in hoc inter alia differre, quod hæc per alias virtutes quandoque interrumpatur, illa non item. Rejicit ergo illorum sententiam qui contemplationem nunquam interruptam in quibusdam statuunt. Eo ipso autem tempore, quo interrumpitur, virtutes omnes non minori animi tranquillitate exerceri, quam cum contemplationi litat, docet. Sed pergit de contemplatione, ostenditque, eandem negativam esse, dum circa rem, quæ aut in sensus cadit, aut imaginationis comprehenditur, voluntarie non occupatur: positivam contra recte vocari, prout actus simplex, immaterialis & pure intellectualis per eam indigitatur. Occupari tamen, hoc non obstante, istam contemplationem circa essentiam pariter ac attributa divina, quæ & circa S.S. Trinitatem, ut & circa humanam Christi naturam, & quæ hinc fluunt mysteria: quæ non tantum probat, sed & fecus sentientes graviter redarguit. Quo pacto autem fieri possit, ut tum in primo

Art. XXII.

Art. XXIII.

Art. XXIV.

Art. XXV.

Art. XXVI.

Art. XXVII.

Art. XXVIII.

- incipientis contemplationis fervore, tum in summis illis tentationibus, distincta, sensibili & reflexa consideratione sive visione Christi anima
- Art. XXIX.** priveretur, uberius hic explicat. Nec prætermittit contemplationem, quam Mystici *passivam* vocant. Quod non ita capiendum monet, ac si anima tum nihil agat, sed quod omnes motus & actus turbidi & inquieti tum ab ea procul absint. Hinc & *orationem silentii & quietis* eam vocari, summæque perfectionis esse documentum: Refellit ergo eos, qui contemplationem quandam pure passivam statuunt, ita ut anima nihil tum revera agat aut cum gratia coöperetur: itemque, qui hanc contemplationem pure infusam, pure gratuitam, nec meritoriam esse docent, eamque pro miraculosa venditant, similiaque de ea comminiscuntur. Atque eo modo, quo contemplationem passivam explicavit, *statum* quoque *passivum* Mysticorum intelligendam monet: eumque in perpetua quadam contemplatione passiva consistere, aut speciem ecstaseos esse, plane abauit. Sed qui in eo constituti sunt, in simplicitate columbarum retinere prudentiam serpentum, Nimirum costotos quidem sese Divinæ providentiæ permittere, & nullo casu moveri, securosque futurorum esse, ex prudentiæ tamen regulis dispicere quid faciendum, quidve omittendum sit, adeoque prudentia ceu dono Dei recte uti, non sui commodi aut felicitatis causa, sed ut
- Art. XXXII.** patris sui coelestis voluntati faciant satis. Ac licet servili metu procul facessere iussu, per filialem libertatem & simplicitatem cuncta agant, caute tamen & circumspecte eos se gerere, nec suas propensiones temere sequi, ne quid, quod nefas sit, admittant. Omnes autem virtutes, quæ ab ejusmodi hominibus exercentur, ad amorem, ceu caput & fontem ultimum, revocari, quin ipsas virtutes nihil aliud esse quam hunc amorem purum, qui pro diversitate objectorum in varias virtutes abeat. Non ergo concedit, quod nonnulli autumant, ab ejusmodi hominibus virtutes non amplius exerceri, quod amor eminenter
- Art. XXXIV.** omnes virtutes in se contineat. Ad alia hinc digrediens, per *mortem spiritualem* purgationem animæ a moribus amoris impuri in ea adhuc residuis: per *resurrectionem spiritualem* ipsum habitum amoris perfecti & puri, ad quem post tentationes spirituales homo pervenit, intelligit. *Transformationis* autem nomine, cujus itidem frequens apud Mysticos mentio, non mutationem naturæ humanæ in Divinam, aut unionem hypostaticam, vel simile quid apud sobrios hujus
- Theo-

Theologiæ cultores indigitari; sed tantum ipsum statum animæ in eminentiori gradu passivum, in quo omnis activitatis & turbidorum motuum amoris impuri expers, lineamenta imaginis Divinæ recipiat, ut hæc in ea exsplendescere incipiat, idque veteres quoque *Deificationem* appellitasse. Hunc tamen statum mutari posse docet. Art. XXXVI. Addit porro, animas ita transformatas, formulis & præscriptionibus cultum internum dirigentibus, ut ceteros, non habere opus: interim eos quotidie actus indistinctos contemplationis puræ, & distinctos omnium virtutum, sed placide & tranquille, modo statui, in quo vivunt, convenienti producere. Easdem quoque adhuc peccare posse, Art. XXXVII. tum venialiter, ut in scholis Romanensium loquuntur, tum mortaliter, iidemque non tantum conducere, sed & plane incumbere, ut peccata Art. XXXVIII. sua confiteantur. Adhærere sæpius hisce animabus, non obstante puritate amoris, certas imperfectiones ex naturæ potius quam voluntatis infirmitate procedentes: per quas ut ut lex Divina non migretur, multum tamen eas inde affligi, Deumque ea ratione ad patientiam, obedientiam superioribus præstandam, aliasque virtutes eas magis magisque excitare. Sed negligentiam supinam in tractandis rebus sacris, officiorum intermissionem, & id genus alia vitia in ea excusari aut tolerari non posse, nec in animam contemplantem aut transformatam cadere, nisi sibi ipsi turpiter illudere velit. Ceterum unitam esse ejusmodi animam cum Deo immediate variis modis, dum scilicet Deum per se, non intercedente proprii commodi ratione, amat: dum eum contemplatur nulla intercedente operatione imaginationis aut ratiocinationis &c. Neutiquam eam cum Deo ita unitam esse, ut nec fidei locus concedatur, nec gratiæ aut muneri mediatorio Christi, aut ut omnes infirmitates plane abesse credantur. Præterea licet per *nuptias* Art. XLI. *spirituales* arctissime cum Deo conjungatur, ut unus quasi cum eo spiritus censeri debeat, ejusque voluntas voluntati Divinæ plane sit conformis: originalem tamen integritatem eam non recuperare in hac vita, sed & concupiscentiam pravam in ea remanere, nec peccatorum quotidianorum eam esse immunem; quæ tamen non obstant, quo minus summa puritas & perfectio illi tribui possit, cum per ea revera anima non commactetur. Unionem hanc, ut porro docet, Myfici Art. XLII. *essentialem* aut *substantialem* vocant, non quod revera essentialis sit, sed ut indicent, actus amoris puri, in quo hæc unio consistit, æquales

- semper & uniformes esse, atq; ab actibus amoris impuri multum differ-
- Art. XLIII. re. Sed & istud monet, animam transformatam, licet Divine quodam lumine interdum repleatur, cujus etiam sapientissimi expertes sint, præsertim si plus humanæ sapientiæ & eruditionis habeant, quam experientiæ & gratiæ: nihilo secius decisionibus Ecclesiæ & directioni Pastorum, utpote qui ad regendum gregem sibi commissum peculiari-  
 Art. XLIV. bus donis instructi sint, eam lubentissime se submittere. Hos ipsos tamen Pastores sanctosque homines arcana disciplinæ mysticæ non promiscue omnibus proponere, cum non omnes ad eum perfectionis gradum perveniant: atque hinc disciplinam hanc arcanam esse, non quod ipsi Ecclesiæ sit aut fuerit unquam ignota, quæ potius semper ea personuerit constanti traditione, sed quod prudentes Pastores hominum, quibus proponatur, instituant selectum. Tandem addit, omnes vias interiores etiam eminentissimas non nisi ad statum habituales amoris puri ducere: simulque sedulo inculcat, magna opus esse cautione, ne nubem presemus pro Junone, vanisque illusionibus mens se ipsam decipiat. Sæpius enim contingere, ut multi id se jam consecutos credant, a quo tamen longissime sint remoti: contra ut ab eo prope absint, qui tam prope se abesse sibi non persuadent, quorum certissimus character sit obedientia, quam superioribus præstant. Finit totum opusculum præcipua capita per *ἀνακεφαλαιώσιν* paucis repetendo.
- Art. XLV.

Nunc quid supra memorati Galliæ Præsules in hocce libro reprehendant, paucis ex illorum Declaratione huic editioni subjuncta indicabimus. Profitentur autem, se ad Declarationem hancce edendam hac præcipue de causa fuisse adductos, quod viderint, Archiepiscopum Cameracensem ad suam sententiam stabiliendam subinde ipsorum auctoritate uti, præcipue autem ad 34. articulos occasione libri, cui titulus, *Moyen couru &c.* aliorumque scriptorum, a femina Quietissimi propugnatrice professorum, ab Archiepiscopo Parisiensi, Episc. Meldensi, & Tronsano totius Sulpitianæ Societatis Superiori promulgatos provocare. Quod tamen cum perperam faciat, & a doctrina in hisce articulis stabilita plane recedat, ipsi quoque librum Archiepiscopi Cameracensis non probent, publice hoc declarare suum esse partium se judicasse.

Cumprimis itaque hoc redarguunt, quod spes Theologia in libro



bro Archiepiscopi Cameracensis plane tollatur, cum extra statum gratiarum inter perfectos in ipso gratiarum statu. Licet enim id abnuat Auctor, & diserte secus se sentire profiteatur, ex ejus tamen de amore proprii commodi placitis nihil aliud consequi: solam vocem spei hic usurpari, rem ipsam plane everti: quanquam & manifeste secum pugnantia loquatur. Nec probant quod scripserit: *vita aeterna desiderium bonum est, sed nihil desiderandum nisi Dei voluntas*; & istud quidem a Francisco Salesio etiam assertum abnuunt, quem minus recte subinde ab Auctore in partes trahi, passim conqueruntur. Afferunt & alia eo fere collimantia, quibus & istud addunt, itidem ab Auctore prolatum: *sancta indifferentia admittit generalia desideria omnium latentium voluntatum Dei*; quibus voluntatibus, inquam, etiam reprobationis & aliorum & suae decreta continentur, & desiderium ad ea usque extenditur. Cui effato licet articulus V, quo dicitur, optandam & postulandam salutem ut rem quam Deus velit, favore quodammodo videatur: rem tamen secus se habere, probare annuntiantur. Non minus & illud advertunt, quod ex indifferentia diligenter ab Auctore inculcata consequatur, e.g. in extremis probationibus seu tentationibus invincibiliter animae esse persuasum, se juste a Deo esse reprobata, & tum sacrificium salutis, quod ordinarie conditionatum sit, fieri absolutum; posse quoque animam, permittente direttore, suae justae condemnationi ac reprobationi simpliciter acquiescere, & id genus alia. Longe aliter haec in articulis definita esse, a quibus & in eo abeat Auctor, quod virtutum Moralium & Theologicarum distinctionem obscurat, quin virtutibus omnem honorem detrahat, asserendo amore puro id effici, ne quisquam virtutis studiosus esse velit. Nec istud praetermittunt, quod scripserit, animas transformatas ex praesenti disciplina peccata confessas, remissionem peccatorum optare, non ut purificationem & liberationem propriam, sed ut rem quam Deus vult; itemque; quod concupiscentiae vim in quibusdam hominibus, adeoque; & mortificationis utilitatem necessitatemque; extenuet: quod doctuerit, contemplationem cum pura & directa est, nunquam voluntario occupari ulla imagine sensibili, ulla idea Divinitatis distincta & nominabili, h.e. limitata, sed tantum purissima atque abstractissima rationis illimitati; unde sequatur, eam in alia objecta, v.g. in attributa quaevis personasque Divinas, atque adeo in ipsam Christi humanita-

tem, propria electione non ferri. Porro arguunt, quod docuerit, animas contemplativas duobus in statibus (supra indicatis) Christo distincte viso ac per fidem presente privari, & quod distinctam visionem Christi in ipsa contemplationis intervalla conjecerit. Sed & de gratia non recte eum sentire queruntur, cum scripserit, nunquam licitum gratiam praevenire, neque quicquam expectare a se, propriaque industria, & propriis conatibus. Cum primis autem agre ferunt, quod *actum continuam*, quem absurdissimum & Patribus inauditum vocant, a Quietistis introductum, sub nomine placidae & aequabilis cujusdam uniformitatis lectoribus suis denuo propinaverit, & quod orationem passivam sive quietis in scenam rursus produxerit, affirmavitque ipsam contemplationem in purissimo amore consistere, hunc autem non modo per se justificantem atque purificantem, sed consummantem atque perficientem statuerit. Sed & istud nocent, quod doctrinam de amore puro arcanam dixerit, non temere quibusvis, nec etiam omnibus sanctis proponendam, cum tamen illud Christi, *Esote perfecti*, ad omnes Christianos pertineat. Progrediuntur hinc ad alia, objiciuntque Auctori, quod cum Gnosticos, Beguardos, Illuminatosque hinc inde reprehenderit, Molinosi tamen, ut & foeminae, cui articuli antea memorati oppositi erant, nullam unquam fecerit mentionem. Rejiciunt quoque hoc assertum, quod amor concupiscentiae, etsi impius atque sacrilegus, ad justitiam & conversionem praepararet animas, cum tamen ejusmodi motus, quibus animae praeparantur, a Spiritu Sancto excitentur: quod amor justificans, quo propria felicitas ideo tantum requiritur, ut medium ad finem ultimum, subinde mercenarius vocetur: quemadmodum & istud reprehendunt, quod casus impossibilis, ut anima iusta Deum licet usque ad finem diligens, aeterno tamen supplicio mulctetur, fiat possibilis: quod actus directi, qui animae reflectentis aciem effugiant, sint ista operatio, quam Franciscus Salesius *apicem animae* appellitet: quod in his mira illa & inaudita animae divulsae separatio fiat, ita ut in parte superiori sit spes summa, in inferiori desperatio, & quod illa in directis, haec in reflexis artibus consistat, & quidem quod hoc fieri dicatur ad exemplum Christi exemplaris nostri, quasi in Christo, ut in nobis, involuntariae fuerint illae perturbationes. Mirantur insuper, quod in hoc libro altum sit silentium de amore gratitudinis erga Deum, & Redemptorem Christum,

stum, cum de perfectorum amore agitur: quod cum decretum Concilii Tridentini spem per se esse bonam definitis laudaverit, ex eodem decreto tamen non addiderit, sanctissimos quosque & perfectissimos eo incitamento esse permotos. Addunt, dogmata in libro hocce tradita eo tendere, ut actuum directorum beneficio vitium cum virtute opposita stare possit. Tandem & istud conqueruntur, Ecclesie peregrinantis ac in patriam suspirantis gemitus hic extingui: alia autem quæ adhuc redargui possent, alia occasione se in lucem protrahuros profitentur. Additæ etiam sunt in hac editione, præter articulos supra memoratos, epistolæ aliquot, duæ quidem ipsius Archiepiscopi Cameracensis, quarum altera Romano Pontifici causam suam commendat, summamque doctrinæ suæ exhibet, altera nihil gratius sibi contingere potuisse, quam quod ad Romanum Pontificem controversia ista fuerit delata, testatur: & una Gallie Regis ad Romanum Pontificem, qua litem hanc illi denunciat, atque ut eam quam citissime finiat, rogat.

INSTRUCTION PASTORALE ETC.

i. e.

*Instructio Pastoralis Dni. FRANCISCI DE SALIGNAC DE  
LA MOTHE FENELON, concernens librum illius de Præceptis  
Sanctorum circa vitam interiorem.*

Editio nova.

Amstelodami apud Henr. Weststeinium, 1698. 12. Plag. 10.

**Q**uæ in Declaratione trium Gallie Præfulum Illustrissimo Auctori obijciuntur, ea in Pastoralis hac, ut vocat, Instructione ita diluere annititur, ut mentem suam uberius explicet atque declaret. Omnem autem doctrinam in libro ipso uberius explicatam, ad duo revocat capita, quorum unum est, quod charitas, virtutum Theologicarum princeps, sit talis amor Dei, quo eum sine ullo intuitu præmii alicujus amamus, quamvis in statu charitatis perfectissimo semper præmium desideremus: alterum, quod sit status charitatis perfectus, in quo amor hic sit velut fons & scaturigo cæterarum actionum, ita tamen, ut nec causas actionum impulsivas, nec specificam illarum distinctionem tol-

N n

las,

lat, amor autem mercenarius & ad commodum aliquod spectans procul hinc facessere jubeatur.

## Artic. I.

Ad specialia descendens, fatetur nullam traditionem arcanam & Ecclesie incognitam de summa etiam Christianismi perfectione, admittendam esse: sed tamen cautis Pastoribus omnino id observandum, ne quilibet quibuslibet proponant, & summæ perfectionis exercitium non nisi animabus maximo ejus desiderio laborantibus commendent. Id quod Cassiani atque Clementis Alexandrini testimoniis comprobatur, atque huc trahit illud Christi: *non potestis portare*

## Art. II.

*modo*, & Apostoli monitum de lacte infirmioribus præbendo. Quod ad spem attinet, monet distinguendum hic sedulo esse inter amorem puræ concupiscentiæ, utpote naturalem, & amorem spei, supernaturalem, & solis veris Christianis proprium. Quæ ne confunderentur, diligenter gnavigerque se dedisse operam. Porro ab *actu spei* discernendum esse *statum* hominis peccatoris, qui hunc actum edit: per actum enim spei Deum ceu summum bonum cæteris amoris nostri objectis præferri, cum status hominis peccatoris, sperantis tamen, non ejusmodi sit, ut Deum sibi ipsi præferat. Quod autem Auctor per quinque amoris gradus totidem status hominum intellexerit, id quidem est, quod hic prolixius probatur. Cæterum, ita pergit, licet animæ perfectæ se plane componant ad voluntatem divinam, non tamen inde desinunt æternam sperare salutem, multo minus fas est consentire in suam reprobationem. Nunquam hoc se docuisse profiteretur, additisque variis documentis evincit. Quin addit, animas perfectas non tantum desiderare æternam salutem, quia Deus hoc jubet, sed & quia nostrum bonum est: nec enim hæc sibi invicem repugnare. De

## Art. III.

voce *commodi* (*interêt*) monet, eam dupliciter capi posse; aut enim ea denotari objectum, quod nobis bonum est, aut propensionem, qua per amorem sui ipsius naturalem aliquis ad tale objectum fertur, ea designari. In priori sensu recte dici: beatitudo est maximum nostrorum commodorum; sed in posteriori significatione imperfectionem sinitul connotari, quæ ab animabus perfectis abesse debeat. Hoc ut probe observetur, rogatur, cum ex vero sensu hujus vocis tota doctrina sua pendeat: interim se eadem ita usum ad exemplum cæterorum scriptorum Mysticorum. Observatur porro, se per *objectum formale spei* idem indicasse, quod in scholis *morivum spei* vocari solet, causasque cur hæc

## Artic. IV.

VOCE

voce uti noluerit, affert. De spe autem non minus ac cæteris virtutibus repetit, eas omnino distinctos suos habere actus, causasque impulsivas sibi proprias; nihilo secius omnes ex amore puro, ceu communi fonte, proficisci, ut verum omnino sit illud Augustini: *nihil omnino virtutem esse affirmaverim, nisi summum amorem Dei*. Et hanc doctrinam articulis sæpius memoratis non adversari demonstrat. Sibi quoque constat, quando discrimen inter animas perfectas & imperfectas, sive mercenarias exponit. Nimirum in his præter amorem supernaturalem, quo in Deo se ipsas amant, amorem naturalem, quo se ipsas amant, esse docet, unde mercenaria voluntatis dispositio oritur: quæ licet positive in actus supernaturales non influat, diminuit tamen, ut Auctor docet, perfectionem voluntatis, quæ fortius amat, si solo amore puro amet. Unde & statum ejusmodi animarum mixtam esse docet ex duobus amoribus, etsi actus supernaturales virtutum puri, & sine mixtione maneant. In animabus perfectis autem omnes actus virtutum & puri sunt, & nihil ex commodi proprii intuitu secum vehunt. Addit, quando dixerit statum hunc habituales & variabilem esse, hoc intelligendum esse de modo ordinario, quo voluntas suos actus edit. Charitatem, quando hac voce tertia virtus theologica denotatur, semper puram & sine intuitu ad commodum proprium esse, non abnuat: quartam amoris speciem tamen ideo impuram & ad commodum proprium spectantem a se dictam, quod in animabus in hoc statu constitutis adhuc amor quidam mercenarius superfit, ut ut actus charitatis ab hac anima profecti plane puri sint. Si quis autem neget, Deum amari non posse, nisi nostræ beatitudinis amore adducti hoc faciamus, cum Mosis & Pauli exemplo rectiora edoceri posse, quorum ille, ut ex libro vitæ deleteretur, hic, ut anathema fieret in gratiam fratrum, optavit. Sed & alia quæ hinc sequantur, absurda subjicit. Quod porro asseruit, amorem puræ concupiscentiæ præparare animas ad justitiam, hoc non aliter intelligi cupit, quam quod ita saltem obstacula passionum vehementiorum tollantur. Bernhards quoque hic se tuetur auctoritate. Nec istud argui posse ait, quod cum Augustino dixerit: *Omne quod non venit ex principio charitatis, venit ex cupiditate*. Namque per charitatem se intelligere omnem amorem ordinatum in se consideratum, per cupiditatem autem omnem amorem particularem sui ipsius. Hisce ita expeditis, de extremis, quas

quas vocant, probationibus seu tentationibus paulo uberius mentem suam declarat. Et primo quidem denuo inculcat, suppositionem animarum, quod Deum amare velint, etiamsi æternis ab eo adjudicentur cruciatibus, impossibilem esse. Deinde docet, easdem animas, et si sibi imaginentur se æternam damnationem promereri, revera tamen illud non credere. Nec aliter unquam hac de re se docuisse. Posse tamen animas heroicæ Deo offerre sacrificium, quod quoad vitam æternam saltem conditionatum sit, in quantum ista nonnisi bonum creatum est, & ut in amore Numinis semper persistant. Multis Sanctorum exemplis hoc confirmat. Interim non negat, esse unicum casum summe extremarum probationum, ubi animæ non amplius conditionate, sed absolute loquantur. Tum non dicere eas: *ego vellem, sed ego volo*. In priori casu ubi sacrificium hoc conditionatum est, spectare, istud ipsam beatitudinem formalem seu creatam, in quantum hæc separata est ab amore Numinis. In posteriori casu, ubi hoc sacrificium absolutum est, neutiquam ad ipsam beatitudinem, sed tantum ad amorem vel propensionem nostram ad beatitudinem (*intérêt propre pour l'éternité*) istud spectare. Atque hic amor commodi nostri cum imperfectio sit, non videt quid obstet, quo minus sacrificium offerri possit; æque hanc suam mentem fuisse pluribus demonstrat. Hinc autem lucem affundere porro annititur alteri effato, quod Gallicani Præsules itidem impugnarunt, scilicet, Directorem tum posse permittere, ut anima simpliciter acquiescat jacturæ commodi proprii & condemnationi justæ, in qua respectu Dei se esse putat. Acquiescit, inquit, jacturæ non beatitudinis, sed commodi proprii: imaginatur sibi, ac si propter peccata sua Deo displiceat, & hinc propter Deum angitur. Neutiquam autem per hanc condemnationem, qua scilicet condemnat sua peccata, æternam intelligi reprobationem, cui quod anima acquiescere possit, se unquam statuisse prorsus inficiatur, idque pluribus probat. Et ita cætera quoque, quæ cum hac doctrina connexa sunt, diluit. Monet porro recte capienda esse, quæ de indifferentia sancta docuerit, nec ulla ratione inde inferendum, ac si nefas sit æternam salutem expetere. Multo minus tale quid se docere aut admittere ait, unde sequatur, perfectos homines a Deo expresse bonorum spiritualia tum temporalia petere non debere. Quin se ita sentiens, quod anima perfecta omnia bona, quæ Ecclesia a Deo petit, itidem

Art. XI.

Art. XII.

precii

precibus suis a Deo efflagitare debeat: hæc tamen non amore naturali, ut animæ imperfectæ, sed amore supernaturali, puro, quem & amorem charitatis vocat, eam desiderare. *Activitatem* quoque denuo ab anima perfecta facessere jubet: gratiam semper præsentem statuit, licet motus ejus non semper sentiantur, qui etiam intempestive & per animi inquietudinem non sint consecrandi: si tamen per excitationem cooperatio intelligatur, ad eam omnes citra controversiam obstrictos esse. Sed & *actus reflexos* animæ se plane rejecisse negat, eosque omnino aliquando admittendos esse demonstrat. Quod autem ad distinctionem seu separationem partis animæ superioris & inferioris attinet, nunquam se docuisse dicit, hanc separationem esse totalem, supernaturalem & miraculosam, multo minus, quod quæ a parte inferiori geruntur, superiori imputari nequeant: sed hoc saltem se velle, quod pars inferior, quorsum præcipue imaginationem refert, possit turbari, ut superior; intellectus & voluntas, quieta & tranquilla sit, ita ut, cum utriusque partis communicatio permaneat, illorum quæ ab inferiori geruntur, a superiori ratio exigi queat. Monet etiam, neutiquam hoc se statuere, quod actus reflexi tantum sint in parte inferiori, directi in superiori, cum reflexi omnino ad superiorem pertineant. De contemplatione ita statuit, eam quidem esse exercitium amoris puri, sed tamen ejusdem amoris alia quoque esse exercitia. Namque eundem amorem per omnes actus virtutum sese exercere: interdum etiam per meditationem. Hinc omnes quidem fideles vocatos esse ad perfectionem, sed non ad eadem exercitia amoris perfecti. *Statum* autem, quem *passivum* vocat, nihil aliud sibi esse contendit, quam statum amoris puri, in quo omnes actus virtutis placide & tranquille exercentur. *Passivum* autem hunc statum dici, non quod vera & efficax cooperatio cum gratia excludatur, nec ut animæ ejusmodi minus vigilantes circa seipsas esse jubeantur, aut ut a laboribus, quibus vincere tentationes oportet, liberentur, sed ut omnis excludatur *activitas*, hoc est turbidi & inquieti motus, qui amorem impurum & imperfectum comitantur. Hinc *passivitas*, ut vocant, non actioni, sed activitati, juxta Auctorem opponitur, neque miraculosam quandam, sed ordinariam inspirationem gratiæ, quæ omnibus justis communis est, secum conjunctam habet. Tandem de contemplatione addit, per eam nunquam reipsa animam privari visione Christi.

Art. XIII.

Art. XIV.

Art. XV.

Art. XVI.

Art. XVII.

Art. XVIII.

Nec hoc se docuisse. Hoc saltem se velle, quod aliquando anima visione distincta, sensibili & reflexa Christi privetur, quæ privatio tamen apparens saltem sit & transiens. Idque fieri in initio contemplationis, ob ejus imperfectionem, & in extremis tentationibus: quæ cum cito transire soleant, nisi forte anima gratiæ Divinæ resistens ipsa efficiat, ut diuturniores sint, ipsam hanc privationem transitoriam quoque esse, inde infert. Quod autem ad contemplationem negativam attinet, quæ secundum Dionysium nullam imaginem aut ideam distinctam aut nominabilem admittat, eam circa solam Divinitatem, limitum omnium expertem, occupari. Interim nullam esse contemplationem fatetur, quæ non aliquando interrumpatur, & tum quidem in intervallis istis, omnia objecta fidei, cum primis humanitatem Christi, intellectui exhiberi. Cæterum Christo perturbationes involuntarias se tribuisse negat, istasque voces ab aliis libro suo insertas fuisse conqueritur, indeque inter alia probat, quod cum antecedentibus & sequentibus nullum nexum habeant. Sic & ad accusationem, quod mala fide ad Franciscum Salesium provocaverit, respondet, illos, qui librum imprimi curarunt, certa loca pro ipsius Francisci Salesii verbis habuisse, cum tamen mentem saltem ejus exprimere, non referre verba, sibi fuerit constitutum. Ostendit etiam, quo pacto judicandum sit de effatis ejusmodi virorum, quæ duriora videntur.

Art. XIX.

Art. XX.

Cæterum cum Auctori omnis difficultas ex voce commodi proprii (*interêt propre*) oriri videatur, nihil amplius superesse putat, quam ut demonstret, hanc vocem, ut & vocem *mercenarii*, a præstantissimis Theologiæ, præsertim Mysticæ, scriptoribus ita usurpari, ut imperfectionem quandam iisdem innuant. Et in eo quidem satis prolixus est, initiumque facit a Catechismo Tridentino, deinde Patrum, Clementis Alexandrini, Tertulliani &c. Scriptorumque Mysticorum verba huc facientia affert & illustrat. Colligit autem inde porro, hæc Theologorum effata de statu habituali, non actibus transitoriis loqui, nec tamen Doctores istos a statu perfecto desiderium vitæ æternæ abesse voluisse, id autem manifestum esse, amoris perfectionem idem esse, ac quod Mystici abdicationem virtutum (*desappropriation des vertus*) appellitant. Subnectit hinc ex libro suo varia loca, iisdem ostensus, se non aliter locutum, ac Theologi ac Doctores loqui consueverint,



rint, repetitque paucis, in quo caput totius causæ consistat, & ita addita adhortatione opus suum finit.

Addita quoque est huic editioni damnatio propositionum Michaelis de Molinos per Bullam Innocentii XI, ut & Epistola Auctoris ad Romanum Pontificem, sed Latino sermone conscripta, Gallica enim ejusdem epistolæ versio subnexa est libro ejus de Sententiis Sanctorum. Præterea Breve Apostolicum Innocentii XII ad Auctorem, ut & Epistola Auctoris ad Amicum, qua conqueritur, sine ratione nonnullos ægre tulisse, Epistolam ad Amicum, libro de Sententiis Sanctorum subjunctam, publicæ luci expositam fuisse, hic quoque comparent.

### MELANGE CRITIQUE DE LITTERATURE ETC.

i. e.

*Miscellanea Critica Litteraria, ex familiaribus DAVIDIS AN-  
CILLON colloquiis congesta. Tom. I. & II.*

Basilæ apud Jo. Georg. König, 1698. in 8. Alph.-I. plag. 18.

**V**enerandi Parentis sui Davidis Ancillon, Reformatæ apud Mentenses Ecclesiæ olim Ministri, postea cum parte gregis sui, persecutionis in Gallia acerbitate, ad Potentissimi Electoris Brandenburgici Regiam confugere compulsi, dicta factaque illustriora studiose annotavit Filius, illo parente non indignus, Daniel Ancillon. Qui & optimo Parenti debitæ pietati satisfaciendi, & publicis commodis interveniendi studio, in præsentis opusculo utraque in lucem producere voluit. Facta enim illius quod attinet, vitæ ejus historiam & titulus & præfatio nobis pollicentur, tomo forte novo reservatam, cum in his, qui nunc prodierunt, nullibi hæc compareat: Dicta vero illustriora, ad rem ecclesiasticam & litterariam maxime spectantia, primis hæc duobus tomis nobis exhibentur.

*Ancilloniana* istud opus forsan appellandum foret, si sæculi genius, quod in hujusmodi scriptorum appellatione plerique faciunt, esset sequendus. Verum contemptus, in quem nostro ævo hujus generis titulis insignita opuscula adducta fuerunt, Clarissimum Editorem movit, ut cum ab huic Parentis sui *Λεψιάνοισ* quam longissime abesse voluerit.

luerit. Imo ut eo minus istiusmodi librorum, quibus post edita *Arlequiniana* publicam turpitudinis notam pene iniustam credit, faciem habitumque præfens opusculum referret, ordinem quoque voluit immutatum; litterarumque alphabeti seriem propterea, in enarrandis rebus, de quibus aliquid memoria dignum Patri suo excidisse est arbitratus, observans, ad unum sive titulum sive caput omnia refert, quæ quacunque ratione ad illud spectantia, diversis temporibus ab eo fuisse prolata.

- Inter ea vero, quæ primis his tomis continentur, non dissimulamus esse quædam, de quorum certitudine forte alii dubitabunt, aut de quibus aliter hæctenus Viri eruditi statuerunt. Veluti cum duæ tantum admittuntur apud veteres Societates eruditæ, quæ exemplum omnibus hodiernis in Italia, Gallia, Angliæque Academiis præbuerint, alteraque earum Platonis fuisse dicitur, altera Ciceronis, ex qua Academicæ Quæstiones aliique ejus libri prodierint. Cum Tertulliani Apologeticum anno Christi 192 vel 193 prodidisse statuatur, quicquid contra accuratiores Critici argumentis suis moliantur. Cum *Alcoranus* non nomen habetur, sed verbum, confessus est sive correxit significans, quasi dicas Alcoranum vel confessionem doctrinæ & fidei Mahometicæ, vel correctionem Vet. & Novi testamenti esse. Cum Henricus Cornelius Agrippa in xenodochio supremum diem obuisse narratur, secus quam optimi statuunt autores. Cum dicitur, ante Bedam neminem in Apocalypsin Comment. scripsisse, nec post eum quenquam istius libri explicationem aggressum, usque ad an. 1389, quo in Polonia aut Livonia novus in eam Commentarius prodierit. Cum dicitur, Aristotelem Dialogorum in scribendo formam maxime adamasse, summumque in isto scribendi genere extitisse artificem, quem Cicero imprimis sibi in eo imitandum proposuerit. Cum duos tantum esse Dionysios, Alexandrinum nempe & Rhetorem, scriptis celebres traditur. Cum Bedam Romæ haud dubie fuisse, eique rei firmandæ Juelli Episcopi Salisburienensis sufficere auctoritatem dicitur. Cum Cardanus, utcunque ea de re dubitet ipse, omnino tamen Dæmonis familiaris conversatione pollutus fuisse memoratur, ejusque rei argumentum habetur, quod omnia astrorum motui atque influentiis adscripserit. Cum maximum quondam Galliz suæ ornamentum Petrus de Marca, Protestantium, apud quos Ministri Ecclesiz partibus defunctus jam fuerat, castris
- Part. I. p. 19.
- P. 43.
- P. 78.
- P. 69.
- P. 170.
- P. 196.
- P. 213.
- P. 308.
- Part. II. p. 70.
- P. 339.

castris desertis ad Romanam Ecclesiam transfugisse perhibetur: quam fabulam esse, doctissimi quidam Viri luculentis argumentis dudum conati sunt ostendere. Cum Colomesio non Pauli, sed Petri prænomen tribuitur. Cum Davidis Paræi filius fuisse Daniel dicitur, quem nepotem ejus extitisse alii nos docent. Cum is, qui de Legibus Hebræorum eruditissime commentatus est Spencerus, cum eo, qui Originis contra Celsum libros eruditis notis illustratos evulgavit, idem fuisse statuitur: quos alias Joannis & Gulielmi prænominibus a se distingui invicem novimus &c. Sed his similibusque aliis missis, quedam ex hoc opere deligemus, quæ non omnibus hætenus innotuere, & observatu tamen non indigna videntur. Cum autem Miscellanea Critica Litteraria illud inscribatur, ab iis ordiri liceat, quæ ad litterariam rem maxime spectant. Multos, ut id primo loco annotemus, anonymos pseudonymosve Scriptores passim occasione data detexit, ad quorum notitiam non adeo facile unusquisque pervenerit. Sic Commentarium in Apocalypsin, qui sine autoris nomine prodit, ista tantum verba, *Sis Organon Jesu*, in frontispicio exhibens, *Stephani Gros*, V. D. apud Geneveses Ministri esse notat: a quo ipso accepit, verba paulo ante adducta ideo ab eo in fronte libri posita fuisse, quod utrumque nomen ejus, litteris transpositis, fere referrent. Alium vero Commentarium, qui *Jona de Bay* nomine in eundem librum extat, celeberrimi Launzi, Cleri metu nomen suum occultantis, factum esse docet. Libri Gallica lingua sub titulo Considerationum liberiorum Collectionis Actorum authenticorum a *Blondello* congestorum scripti, quo acerbissime vir ille doctus exceptus fuit, ob impugnatam Joannæ Papissæ historiam, parentem *Galtbierum*, Verbi Divini in tractu Rupellensi quondam Ministrum esse: librum autem, qui de Religionû conciliatoribus sub Johannis Rosegravii nomine circumfertur, *Grave-rolo* deberi, qui Lugduni in Gallia olim, hodie Londini in Anglia Gallo- rum exulum Ecclesiam moderatur. Inter scripta, quæ Tridentino Concilio subvertendo inserviant, maxime commendat Gallica lingua editum volumen, cujus hic fere titulus est: *Examen Concilii Tridentini*, quo causæ quæ irritum illud faciunt, una cum vi Regibus & Principibus Christianis, nec non Ecclesiæ Gallicanæ omnibusque Catholicis ab eo illata, luculenter exponuntur; cujus libri autorem *Gulielmum Ranchinum* esse, sibi certo constare ait. *Mezerab* insigni Gallo- rum

p. 94.

p. 410.

p. 454.

Part. I. p. 166.

p. 167.

p. 404.

Part. II. p. 86.

p. 135.

p. 149.



P. 177.

P. 163.

P. 164.

P. 158.

P. 142.

rum Historico a nonnullis tribui, quæ sub *Perefixii* nomine, circumfertur, Henrici Magni Vitam, magis forte notum est, quam ut hoc loco dici mereatur: ut & quod Catechismi Tridentini autor sit *P. Franciscus Forieri*, Ordinis Dominicani Monachus, natione Lusitanus, qui iussu Cardinalis *Caroli Borromæi* eum concinnasse dicitur. Majus autem forsitan operæ pretium nobis erit sperandum, si tentatam ab Ancillonno nostro castigationem quandam clarissimi Bailletti retulerimus. Ille in libro suo de Scriptoris personatis *Cæsarem Aquilinum*, qui de tribus Historicis Concilii Tridentini tractatum edidit, *Scipionem Henricum* esse dixit; quod falsissimum Nostro videtur. Primo enim Scipionem Henricum Romanam Ecclesiam manifeste secutum esse ait, eum contra Calvinistam fuisse eum, qui sub Cæsaris Aquilini nomine delitescit, omnes Pontificiarum partium Viri eruditi credant. Deinde Scipionem Henricum manifestissime Petrum Suavem impugnare in ea, quam edidit, Censura Historico - Theologica; cum contra Aquilinum eum laudet atque defendat. Sed non contentus hac censura Ancillonus, duos quoque ab Hedovilleo (in Ephemeridibus Gallicis anni 1663 d. 23. Martii) commissos errores observat. Prior est, quod Calvinistam crediderit Autorem sub Aquilini nomine latentem Hedovilleus, quem tamen in Romanæ Ecclesiæ communionem vixisse constat. Alter, quod post Pallaviciniani operis editionem, nullum alium istius argumenti librum, præter eum quem Aquilinius concinnavit, prodisse putet; cum tamen doctissimus quidam ex Scotis Vir, Romanæ itidem Ecclesiæ addictus, Comes Julius Clemens, notas 64. morales, censorias, historicas, ad inscriptionem, epistolam ad Lectorem, & tredecim capita Introductionis Pallavicini scripserit. Quanto celebrior est in Gallia olim Anti - Cottoni titulo concinnati operis fama, eo obscurior hætenus de autore ejus fuit missitatio. *Servino* nonnulli, Generali quondam in Senatu Parisiensi Advocato, eum tribuerunt; alii *Monacho* cuidam, quibus etiam assentiendum esse putavit *P. Petrus Josephus Aurelianensis, Soc. Jes.* in vita Cottoni. At falli illos omnes sibi persuasissimum esse Ancillonus ait: certis enim testimoniis sibi constare, a celeberrimo illo Reformatae Ecclesiæ Doctore, *Petro Molinao*, factum istum exclusum esse. Vitæ Philippi Mornæi partem fere dimidiam nobilem quandam Picardum, *Davidem Lixium*, concinnasse testatur, a quo acceptam illam telam duo Mornæi amanuenses perfecterint,

rint; præfationem autem operi præfixam illustris *Comarii* ingenio deberi. • Celebrem quondam Ecclesiæ Reformatæ apud Metenses Ministrum *Paulum Ferrium*, inter alia quæ edidit doctissima scripta, ejus quoque esse autorem, quod Gallica lingua hoc fere titulo anno 1624 divulgatum est: Notæ historicæ ad dissertationem, quam de morte & miraculis S. Liberii nuper evulgavit Dominus de Ramberviller, Balliviæ in Episcopatu Metensi Præfectus; ejusque rei fidem facere illius libri exemplum, ab ipso Ferrio sibi donatum, in cujus frontispicio propria manu se illius factus parentem fuerit professus. Gallici libri, qui *Bellum Autorum* inscribitur, fabrum Gueretum fuisse. Male autem a quibusdam Brayero Doctore Sorbonico & Canonico Verdunensi tribui tractatum *Religio Hollandorum* insignitum, cui Dn. de la Fontaine, qui Regis Galliæ negotia quondam Hagæ Comitum obiit, materiam suppeditasse perperam quidam suspicentur. Legionis enim cujusdam Helverorum non ignotum quondam præfectum, Stouppam, qui Cromwello per aliquod tempus operam navaverat, illum librum composuisse, ab ipso se accepisse Ancillonus noster testatur. Qui denique etiam *Mercurium Helvetum & Militem Suecum*, Gallica lingua concinne adeo facta opuscula, ut ex Balzaci calamo profluxisse visa nonnullis fuerint, Friderico Spanhemio restituit, quem *Commentarii Historici* quoque *de Vita Comitum de Dobna* autorem esse prodit.

Nec desunt alia, quæ ad Virorum doctorum vitam, mores & scripta cognoscenda pertinent, oppido jucunda, quæ ex Ancillonianis hæc discere liceat. Sane notatu non indignum videtur, quod de Davide Blondello refertur, eum a Præfide Parliamenti Parisiensis Domino *De Mermes* annum 1200 librarum, ab alio autem ejusdem Parliamenti Consiliario 600 librarum stipendium accepisse, ut Romani Pontificis oppugnaret primatum; quorum tamen uterque & corpore & animo cum Ecclesia Romana communionem exercuisse dicitur. Idem Blondellus, in terra prostratus, librisque circumvallatus, operam litteris navasse, similesque olim Jacobi Cujacii fuisse mores observantur. De Bodino narratur, Dialogum ejus, quo Turca, Judæus & Christianus inducantur loquentes, Turcæ partes Postello, Judæi ipso Bodino sustinente, in Bibliotheca Potentissimi Galliarum Regis irrevocari. Nec dubitamus ulli, ad Dialogum Bodini *ἐπιπλομερῆ* Ancillonum nostrum respexisse, cujus tamen paulo aliam rationem esse no-

- runt, quibus ipsum istud opusculum, cujus in Germania quoque aliquot *Διόρυγα* exant, perlustrare licuit. Sane ex illo vix confirmari posse putemus quorundam traditionem, qui Bodinum animam Judaicis superstitionibus imbutam efflasse dicunt; quod tamen haud obscure Noster insinuare videtur. Ast elegans est, modo vera sit, de Bodino & sapientissima Angliæ Regina Elisabetha fabula. Ægre illa tulerat, quod parum honorifice de foemineo sexu in libris de Republica Bodinus sensisset. Quamobrem ut vindictam ab eo sumeret, in Angliam allectum, & ad colloquium admissum, frigide admodum eum a se dimisit, verbis, quæ, quod Latine non inconcinna ad nomen Bodini allusio exprimi nequeat, prout ab ipsa prolata fuerunt, apponere liceat. Dixit igitur: *Bodin apprenez en me voyant, que vous n'etes qu'un Bodin.* De Casaubono multa fuse disseruntur. Inter alia præcipuum suæ in rebus Ecclesiasticis peritiæ specimen daturus fuisse dicitur, in libro singulari de Libertate Ecclesiastica: verum ex improvviso accidisse, ut cum 264 illius libri paginæ typis exscriptæ jam essent, Henricus IV, compositis jam Venetorum cum P. R. controversiis, ultra progredi prohibuerit, iis quoque, quæ excusa jam fuerant, diligenter suppressis. De religione Casauboni istud iudicium fertur, ad Romanam Ecclesiam illam forte, quam jactant nonnulli, ejus haud fuisse animi propensionem, cæco tamen Patrum & antiquitatis Ecclesiasticæ amore religionis systema eum sibi finxisse, quale forsan nemo mortalius alius hodie sequatur; ejusque rei ex quadam ejus ad Danielem Heinsum epistola (quæ inter epistolas præstantium & eruditorum Virorum 143 est) confirmatio petitur. Ceterum notabile est industriz ejus exemplum, utpote qui ut somnum quasi averruncaret, aceto adspargere nocturno tempore oculos solitus fuerit. De Paulo Ferrio, cujus supra jam facta fuit mentio, referri meretur, quod Historiam reformationis urbis Metensis, Consistorii Ecclesiæ Reformatæ in illa urbe precibus, describendam susceperit. Ediderat enim Episcopatus Metensis Suffraganeus, *De Madaure*, Historiam natæ, promotæ, & collabentis in ea urbe hæreseos, cui opponere Ferrium volebant, qui hærenicorum nomine Metensi Suffraganeo appellabantur. Ille itaque utilissimum opus quidem suscepit, magnaue Historiz Metensis, temporum quoque ante reformationem elapsorum, parte exposita, quam longissime perduxit, sed imperfectum hæredibus suis, morte præventus reli-

reliquit, dignum quod ista quoque conditione lucem publicam intueatur. Inter hæredes illos quidam nepos ejus fuisse refertur, *Du Vivier*, qui ab ipsa licet nativitate sua oculis captus, tantos tamen in elegantioribus literis, Historicis item, Philosophicis & Theologicis fecit progressus; ut in territorio Metensi ecclesiastico officio dignus fuerit judicatus. Ille cum Carentonæ verba ad populum aliquando faceret, cum preces pro ægrotis pro more essent faciendæ, nec exiguus esset eorum, pro quibus orandum erat, numerus, omnes tamen, unica tantum vice sibi antea recitari jussos, feliciter adeo ejus memoria reddidit, ut unicum ante preces prætermissum, in ipsis precibus a se commemoraverit, insigni eo ipso omnium præsentium excitata admiratione. Repeteremus, quæ ista occasione adducuntur, ab aliis quoque cæcis patrata cum stupore aliorum facinora, nisi de celebri autore Gallo, Godello, quædam potius commemoranda esse duceremus. Et magni momenti forsitan non est, quod de poemate ejus, quo vitam Pauli Apostoli descripsit, narratur; in secunda scilicet ejus editione omissa esse, quæ de Paulo, picturas in atrio Sacerdotis Summi contemplante, facta fuerant: monuerat enim doctissimus Dallæus, picturis hujusmodi locum apud Judæos religionem neutiquam reliquisse. At magis notari merentur, quæ de Ecclesiastica ejus Historia notantur. Cum primo enim ejus tomo ita comparatum esse dicitur, ut nihil merito in fide atque sinceritate Autoris desideres: verum aliam sequentium rationem esse. Cum enim eo lecto Cardinalis Grimaldus, ob nimiam adversus Ecclesiam Romanam styli libertatem, hæresin Godello ad se accessit exprobraret, seque Romæ redditum, ad Papam quicquid legisset exacte relaturum minatus esset, territus minis istis bonus ille Vir minus candidum deinceps se præstitit. De Launojo denique tantum quæ narratur addere liceat, qui librum de Regia in matrimonium potestate invitus jussu regio composuisse dicitur. Occasionem mandato illi conjugium cujusdam ex Gallie magnatibus, cum illustri quadam ex familia Lotharingica foemina dedisse fertur: Launojum autem quavis data occasione dixisse, nihil minus animi sui sensis, quam istum librum suum, unquam conveniens fuisse.

Sunt quoque ad Historiam tam Civilem quam Ecclesiasticam spectantia in hoc libro nonnulla, ex quibus speciminis loco paucissima saltem attingere liceat. Eminent inter ea, quæ de origine acerbis-

p. 272

p. 293.

p. 331.

Part. I. p. III.

limarum inter Colinzum & Guisium dissensionum, quarum superiori seculo mœsta spectatrix Gallia fuit, narrantur, quæ in manuscripto volumine, omnia Colinzæ Guisique contra se invicem molimina complexo, & in Bibliotheca Segueriana asservato, luculenter exponitur. Scilicet arduissimæ amicitiz nexu sibi mutuo a teneris alligatos fuisse duos istos Galliz Heroas dicitur; Furiam autem, quæ acerbissimorum dissidiorum causam inter ipsos excitaverit, Valentinensem Ducissam extitisse. Cum enim pila aliquando se forte ambo exercerent, Colinzus, ut solebat liberius cum Guisio loqui, non posse se ajebat animum inducere, prædat, Guisium, quod fama tum ferebat, meretricem in torum sibi adsciturum, qui homo esset & prudentia & generis ac meritorum laudibus illustris. Per meretricem autem illustrem illam foeminam intelligebat, quam adeo tum deperisse Guisius narratur, ut fetali ob verba ista concepto contra Colinzum odio, paulo post aversum ab eo animum publice declaraverit. Et hanc, si non precipuam, non ultimam saltem exercitæ in nuptiis Parisinis omnibus seculis detestandæ crudelitatis causam fuisse, Ancillonus existimat. Colinzum enim vivum ferre nec Guisius, nec illa foemina poterant: occidere vero, iis qui partes ejus sequebantur salvis, non valebant. Obtinuit itaque cum furore conjunctus amor tantum, *quantum nunquam religio potuisset suadere malorum*: ipso Guisio haud raro id testato, plus factum esse, quam ipse quidem fieri voluisset, qui, modo unius Colinzæ sanguinem exorbere licuisset, contentum se futurum fuisse, quavis data occasione solebat dicere. Verum de istis satis. Quæ de Curiz Romanz moliminibus, quibus Concilio Tridentino in Gallia, auctoritatem parare, quantum conniti animo, quantum labore contendere potuit, conata est, narrantur, adhuc referre animus erat: accuratissime enim ea omnia, una cum fortissimis, quibus contra nisi Clerus Proceresque Gallicani fuerunt, conatibus Ancillonus exposuit. Verum sic modus in rebus. Ea quoque, quæ ad ipsum Ancillonum pertinent, passim disiecta colligere volebamus, sed cum pauca ea sint, magisque luculenta in vitæ ejus descriptione Clarissimus filius ipsius expectare nos jubeat, isto quoque labore duximus esse superfluum.

p. 136.

EXCER.







*R*

*EXCERPTUM EX EPISTOLA WITTENBERGA MIS-  
sa ad Amicum a D. IO. GOTHOFREDO BERGERO, in Aca-  
demia Wittenbergensi Medicina Professore primario, de Arteria  
Aorta divisione in ramos Carotides &  
Subclavios.*

**Q**Uam aliquot abhinc annis in cadaveribus humanis falsas com-  
plurium Anatomicorum delineationes arteriæ aortæ, e cor-  
de egredientis, ex eademque orientium arteriarum subclaviarum, at-  
que carotidum, in theatro Anatomico non semel demonstraverim,  
ortæque nuper admodum ea de re lites fuerint inter clarissimos Belgii  
Anatomicos, Fridericum Ruyschium & Godefridum Bidloo; non  
injucundum fore putavi, si, quam præterito mense in Anatomica  
cadaveris foeminei delineandam curavi, earundem arteriarum origi-  
nem, divisionemque naturalem, Tecum communicarem. Ea  
itaque Figuram, Cordis & Arteriæ Aortæ magnitudinem, hujus-  
que divisionem in ramos Carotides & Subclavios naturalem, exhi-  
bentem. Ubi

- A. Cor puerperæ XX annorum.
- B. Vena Cava dextrorsum paulum reflexa, hiansque in C, dex-  
tram cordis Auriculam, cujus magna pars corde tegitur.
- D. Pars Sacculi membranosi, in quem expansa cava, communem  
cum auricula cavitatem constituit.
- E. Truncus cavæ superior.
- F. Inferior.
- G. Aorta, emergens e sinistro cordis ventriculo, flexuque am-  
plo se supra cor attollens.
- G. H. Arcus, quem supra cor progrediens aorta, inferioraque  
versus incurva, efformat.
- I. Ex convexa arcus parte egrediens Truncus, abiens in K  
Arteriam Carotidem dextram, & L Subclaviam ejus la-  
teris.
- M. Subclavia sinistra, quam olim quodam spatio cum Arteria  
cervicali coalitam offendi, quemadmodum etiam in Fig. II  
D. Ruyschii observatur.


TAB. VII.

N. Ar-

- N. Arteria Cervicalis sinistra, hic distincta origine ex ipsa prodiens aorta.
- O. Arteria Carotis sinistra, ex ipso pariter ascu aortæ, inter trunculum carotidis & subclaviæ dextræ, ac cervicalem sinistram existens, quam vulgo ex subclavia sinistra emitti opinantur.
- P. Arteria pulmonaria, sive Vena arteriosa, ex dextro cordis ventriculo prodiens.
- Q. Canalis arteriosus, qui ex prædicta arteria sanguinem in aortam ducit in fœtu.
- R. R. Aorta descendens.

## LIBRI NOVI.

- Reliquia Spelmanniana. The Posthumous Works of Sir Henry Spelman. With the Life of the Author. London by Aunsham and Churchil, 1698. fol.*
- A Commentary upon the third Book of Moses, called Leviticus, by Simon Lord Bishop of Ely. London, by R. Cbiswel, 1698. 4.*
- Antonii Bynei de Morte Jesu Christi Liber III. Amstelodami apud G. Borstium, 1698. 4.*
- Phædri, Augusti liberti, Fabularum Æsopicarum libri V. cum integris commentariis Marqu. Gudii, Conr. Rittersbusii &c. curante Petro Burmanno. Amstel. apud Henr. Westeinium, 1698. 12.*
- Histoire de Nestorianisme; par le P. Louis Doucin de la C. de J. A Rotterdam chez R. Leers, 1698. 4.*
- Thome Gætkeri Opera Critica. Trajecti ad Rhenum apud Franc. Halmam &c. 1698. fol.*
- P. D. Huetii Tractatus de Situ Paradisi terrestris, nunc primum Latine factus. Accedit ejusdem Commentarius de Navigationibus Saronicis. Ultrajecti apud Wilb. van de Water, 1698. 8.*
- Laurentii Zacagnii Collectanea veterum monumentorum Ecclesie Græcæ & Latine. Romæ, typis Collegii de Propaganda Fide, 1698. in 4.*



# ACTA ERUDITORUM

*Publicata Lipsia*

*Calendis Julii, Anno M DC XCVIII.*

DELLA NATURA DE' FIUMI TRATTATO FISICO  
MATEMATICO &c.

h. e.

*DE NATURA FLUMINUM TRACTATUS PHYSICO-MATHE-  
maticus Doctōris DOMINICI GUGLIELMINI, primarii Mathe-  
matici Gymnasii Bononiensis, & Membri Academia  
Regia Scientiarum.*

Bononiæ apud Ludovicum Mariam Ruinettum, 1697. 4.  
Constat plag. 48. cum 15 tabulis ære expressis,

**N**Ota dudum sunt Orbi Litterato, quæ Celeberrimus Au-  
ctor in libris de Mensura aquarum currentium, a no-  
bis in Actis A. 1692. p. 431. 510. commemoratis, non  
sine laude ingenii proposuit. In quibus tradendis cum  
rigore Geometrico procedere sibi proposuisset, ab-  
stinendum sibi censuit a consideratione impedimen-  
torum, a quibus nunquam fere libera esse solet aqua per canales pro-  
fluens. Jam vero theoriam aliquam fluminum daturus probe animad-  
vertit, non sibi fore licitum tali abstractione uti, sed omnino conside-  
randa esse impedimenta, non quidem particularia omnia, quod factum  
impossibile, sed generaliora, ut hinc derivari possit, quid secundum  
circumstantias certas, vel in mutando aquæ cursu valeant, vel produ-  
cendo effectus alios, qui miratu digni videri solent. Unde & æquos  
sibi sperat futuros Lectores, si tantam hic non inveniant *inæquæ-  
quantia*, quanta exigi solet a Geometris, nec illam universalitatem, qua concipi

Pp

cipi

cipi solent propositiones magis abstractæ; cum maxima illa circumstantiarum varietas, quæ incertas reddere solet plerasque scientiæ naturalis partes, non patiatur, ut quis in hoc argumento physico-mathematico, majori cum certitudine versetur. Quod eo magis futurum sperat, quo pauciores sunt scriptores, qui operæ pretium fecerunt in hac scientia locupletanda, & quo pluribus falsis suppositionibus ipsa huc usque fuit contaminata. Harum non paucas detexit perspicacissimus Auctor, alveorum proprietates nondum cognitæ invenit, non raro etiam ab ipsa theoria digressus est, tradendo regulas præcipui usus in architectura, quæ circa aquas occupatur. Neque dubitat in posterum omnia hæc perfectius traditum iri, si modo diligentius elaboretur in illa mechanices parte; quam nemo alius adhuc tetigit, præter Dn. Nevvtonum, qui tamen ita eam proposuit, ut nondum ad doctrinam de fluminibus eandem applicare liceat. Orditur autem Cl. Auctor opus, in quatuordecim capita divisum, a consideratione liquidorum in genere, duas ad illorum constitutionem requirens conditiones essentielles: ut nimirum corpus illud, quod liquidum dici debet, unum nobis appareat, non vero instar acervi ex pluribus particulis congesti; deinde ut permeabile sit, neque relinquat apertum, quem pervasit aliud corpus, locum, sed permeans semper circumdet, quicumque etiam fuerit ejus velocitatis gradus, si perfecte liquidum sit, omnique lentore destitutum; cujus generis tamen pauca liquida dari fatetur. Atque jamjam propositam ideam mentalem vocat; physicam autem traditurus, poscit non solum, ut particularum liquidum corpus constituentium magnitudo insensibilis sit, sed etiam nulla, aut tam exigua sit particularum illarum connexio, ut gravitas illarum facile possit superare cohesionis momentum, eaque in larum figura, ut una alteri imposta quiete consistere non diu possit, sed data vel minima occasione provolvatur deorsumque ruat. Quæ ut clarius intelligantur, duo facit fluidorum genera, quorum primum est fluidorum artificialium, aut potius corporum liquefactorum, alterum naturalium. Primum omnem fluiditatem violentæ ignis agitationi divellentium particularum unionem cum debeat, non putat illius particulis necesse esse ut tribuatur determinata aliqua figura, quoniam violentia motus omne coherentiæ momentum potis est, sive a figura particularum minimarum, sive ab externa pressione proveniat. In secundo gene-

genere agitationem corpusculorum intestinam non requirit, quamvis lubenter concedat, vix unquam illa motu esse destituta, cum propter perfectum æquilibrium cuilibet impressioni facile cedant; sufficere judicans figuram corpusculorum talem, ut se in puncto tantum contingere possint, convexam scilicet, quæcunque etiam sit curvatis species, sive spherica sive spheroidica aut his affinis, modo connexionem particularum vicinarum impediatur. Et cum pauca censeat esse talia fluida, aquam nimirum, aerem, & argentum vivum, reliqua autem ex varia particularum salinarum, terrearum, bituminosarum &c. commixtione cum illis orta, figuras quoque particularum, ex quibus ipsa constant, determinare satagit, aquam constare affirmans ex spherulis solidis, quæ poros inter se relinquunt sensibiliter in recta linea dispositos, & hoc modo component non fluidum tantum corpus ob figuram suam rotundam, sed & diaphanum, propter pororum rectitudinem, & grave pariter ac incompressibile, propter suam soliditatem. Mercurii corpuscula minima spheroidica esse conjicit, quorum diameter major maximam habeat rationem ad diametrum minorem, non multum excedentem diametrum particulæ ætheris; quo fiat, ut non solum interstitia admodum parva relinquuntur, per quæ æther transire quidem sed non libere satis possit, atque adeo ejus actio, in qua essentia lucis consistit, vel perturbetur, vel insensibilis fiat, sed etiam propter magnitudinem diametri majoris respectu minoris, tam pauca sint illa interstitia, ut Mercurii corpus grave pariter sit ac opacum. Fluiditatem aeris cum elasticitate conjunctam melius, quam factum huc usque fuit, explicari posse putat, si ponatur, esse illum congeriem spirarum spherice contortarum & æthere repletarum, qui tantum per angustas revolutionum distantias in earum cavitatem penetrare possit. Manifestum enim hinc fieri, non tantum leve corpus esse aerem, quia singulæ spherulæ parum habent materiæ, & nullos inter se poros relinquunt, sed elasticum etiam, ob ætherem inter helicum interstitia continue fluentem, quodq; compressum etiam fluiditatem retineat, quoniam spherica corpuscula compressa spheroidicam induunt, quæ fluidi naturæ non repugnat. Existimat præterea, ætheris particulas ab aqueis sola differre exilitate & varietate motus, quo agitantur, ita ut ob hanc exiguitatem, quo major in rerum natura non detur, æther in determinato spatio, v. g. pedis cubici, minus habeat

beat materiæ quam ullum aliud corpus, cum inter ejus particulas intercedant quam plurima spatia vacua, quæ a nullo alio corpore repleri possint. Suam ergo de aqua ut probabiliorem reddat hypothesin Celeberr. Auctor, ostendit, posito aquam esse aggregatum minimarum spherularum gravium, omnia hinc consequi, quæ in aqua occurrunt; phænomena, nonnullasque ex præcipuis propositionibus hydrostaticis demonstrat. Porro de origine fontium agit, præ reliquis hypothesibus Cartesianam sibi probari fassus, qua origines fontium ex aquis in terræ visceribus contentis & cum mari communicantibus deducuntur; si scilicet statuatur, a calore subterraneo illas in vaporem redactas elevari, concretasque rursus in receptacula colligi, & a pluvia niveque liquefacta, per terræ poros huc penetrante, sensim augeri, donec tandem exundent, flumenque constituentes in mare procurrant. Hujus aquarum fluentium motus principium gravitatem esse ut intelligatur, probat Guglielminus, easdem motus leges, quas solida deorsum ruentia observare ostendit Galilæus, fluidis etiam applicari posse; quamvis, ut diversæ corporum affectiones variant eorum proprietates, ita quoque efficiant, ut in quibusdam casibus diversimode exercentur impressiones a gravitate receptæ. Quem in finem sollicite exponit, in quibus convenient aut discrepent phænomena corporum solidorum & fluidorum cadentium, atque hinc regulas derivat, quas flumina suo in cursu observare solent. Ad has autem rite adplicandas cum penitior consideratio alveorum requiratur, & proprietatum, quæ ipsis ratione profunditatis, latitudinis & declivitatis competunt, hanc quoque diligentem instituit, stabilitaque paradoxa opinione, quod necesse non sit, ut fluminis, suum ad terminum procursum, fundus aliquam habeat declivitatem, explicat quid possit vis aquarum in alveorum declivitate aut latitudine vel augenda vel minuenda. Deinde progressus ad ea, quæ de rectitudine aut tortuositate alveorum scitu sunt necessaria, disquirat, qui fiat, ut fluvii recto prius pergentes tramite exedant quasi littus, & tortuose procedant, traditaque ratione, qua munienda littora, ut a malo hoc immunia reserventur, proprietates & effectus fluminum tam rectorum quam tortuosorum recenset. Hac quoque occasione ad quæstionem a Varenio Geographo de origine alveorum motam respondet, non negari posse, quosdam alveos hominum opera effossos, cum id diserte ab

Histo-



Historicis, v. g. de Padi alveo ab Æmilio Scauro elaborato, memoria sit proditum; sibi tamen videri, maximam alveorum partem a natura factam, & illos vel excavatos vi aquarum ex fontibus proruentium, vel formatos in planitie camporum, per alluviones. Cæterum cum varii aquarum motus in fluminibus pro diversis observentur circumstantiis, ad quas pertinent gurgites, & vortices tam cœci quam voraginibus imminentes, quæ aquam & res innatantes absorbent, cataraetæ ex quibus aquæ præcipitantur, derivatio fluminis in aliud flumen aut in mare, nec non fluviolorum plurium conjunctio; omnia hæc, & ultima quidem illa duo distinctis capitibus explicat, simul effectus enumerans noxios interdum, quandoque vero utiles, qui a conjunctione aut separatione fluviolorum ortum habent. Jam cum nullum flumen sit, quod eandem semper aquæ quantitatem vehat, nec unquam crescat aut minuatur; quoniam si ad quantitatem aquæ absolutam respicias, palam est, ejus incrementum ex majori vigore scaturiginum, multitudine pluviarum niviumque liquefactarum, & aqua fluviolorum influentium aucta, procedere; si autem aream sectionis, quam occupat aqua in dato situ fluminis, consideres, ad priora quoque concurrere possunt restagnatio maris & fluminum majorum, in quæ aquas suas emittunt minora, imo, licet insensibiliter, vis ventorum currenti contrariorum, restrictio alvei, & generaliter omnia impedimenta inferiora, quæ velocitatem cursus fluminis imminuunt: ideoque de his omnibus doctissimus Auctor magna cum cura exponit, simul commemorans effectus, qui sequantur, quando fluvii pleno fluentes alveo perrumpunt aggeres, quibus alias coercentur. Solent autem, præter fluviolos perennes & torrentes aquam pluviæ ex montibus convehentes, fluvioli quoque reperiri in planitie ortum habentes, quorum alvei maximam partem ab hominibus effossi sunt eum in finem, ut in illos confluat aqua pluvia alias stagnatura, & campi agrique ad culturam idonei reddantur; unde nec hos omittehdos sibi censuit, sed luculenter ostendit, quomodo alvei illorum disponendi, ut commode se exonerare possint in vicina flumina, paludes aut mare; quibus machinis impedienda fluminum in illas fossas regurgitatio; quomodo ritè collocanda ostia; qua cautione utendum, cum de eo agitur, utrum satius sit, cunctas unire alicujus regionis aquas, & in unam fossam deducere, an vero illas per plures aquæ ductus ad suum terminum deriva-

re, factaque mentione fornicum subterraneorum, differentiam & usum eorum explicat. Ejusdem fere census sunt canales, in quos a fluminibus majoribus aliqua aquæ portio, ut vel irrigationi, vel movendæ alicui machinæ, vel aliis usibus humanis inserviat, ita corrivatur, ut influxus aquæ minui pro lubitu, aut plane susti possit, extructis hunc in finem emissariis. Hæc ergo incilia quomodo construenda, quibus efficienda in locis cataractæ, emissaria & ostiola, quæ Italis Paraporti vocantur, & aperta flumini aquam reddunt, fundumque canalium excavant, qui cognoscere desiderat, perspicuis ea regulis a Cl. Auctore comprehensa reperiet; qui deinde media quoque proponit, quibus navigabilia reddi possint flumina, modo impedimentâ illa tollere liceat, quæ vel ex parte alvei, vel aquæ per illum currentis existunt. Porro cum magno cedat hominibus commodo, si steriles ob nimiam humiditatem terræ ad culturam aptæ reddantur, neque id semper effossione fossarum, de quibus antea dictum, fieri possit, præfertim in locis depressioribus, sed quandoque requiratur, ut aqua fluminum turbidorû iis immittatur, quæ deponendo terram fundum sensim eleveat; de hac quoque re copiose præcipit, monstrando, quibusnam in casibus, & quibus modis cum fructu suscipi possit, tandemque ob oculos ponit ea, quæ probe consideranda sunt, quando flumen per novum alveum, sive ad ostium suum, sive ad aliud plane deducendum est, ne cum Nerone vestigia irritæ spei posteris relinquamus.

THESAURUS ANTIQUITATUM ROMANARUM, CONGESTUS a JO. GEORGIO GRAEVIO.  
Tomus VII & VIII.

TRAJECTI AD RHENUM APUD FR. HALMAM, ET LUGDUNI Batavorum apud Petrum vander Aa, 1698. fol.  
Constant ambo tomi 16 alph. & plurimis iconismis.

**I**terum ex libraria sua instructissima penu gazas depromit & evulgat celeberrimus Graevius, elegantiores rarioresque digerens & in classes veluti redactos suisque voluminibus inclusos proferens libros qui etsi novi non sunt, venustiores tamen quia eos reddidit, ut typorum nitidorum & elegantissimorum iconismorum gratia priorum editiones

tiones superent; non minus doctissimo Editori se debere agnoscit. Respublica Literaria, quam recentes quando profusus nec editos antea profert libros. Eos indicasse sufficiat, e quibus excerptere nonnulla, aut argumentum eorum latius exponere, operæ nostræ ratio non permittit, in his fufius enarrandis solum occupata, qui nunquam antea publicam adspexere lucem.

In septimo tomo exhibentur Richardi Streinnii p. 1069. Ant. Augustini p. 1143. & Fulvii Ursini p. 1278. *de gentium & familiarum Romanarum ortu & successione* commentarii; ex quibus Streinnius Baro Schvvarzenavius anno 1558 librum suum *de gentibus & familiis Rom.* Argentorati publicæ primum luci exposuerat, sub auspiciis Hottomanni ad istam eruditionem proventus; Augustini autem & Ursini commentarii e majoribus ipsorum operibus sunt excerpti. Iis subjecta est p. 1309. *Notitia dignitatum utriusque Imperii*, cum prolixo Guidi Panciroli commentario, qui in Italia & Gallia sub seculi hujus initium excusus, nunc sexaginta & pluribus æneis tabulis nitidissime cælatis venustior est exhibitus. Agmen claudit Valentis Chimentellii, doctissimi Itali, *de Honore Biselli* commentatio p. 2021. cui occasionem dederat in Pisano agro reperta basis, seu arcula marmorea, cui incisa hæc inscriptio:

D. M  
Q. LARGENNI  
Q. F. GAL. SEVER  
AEDILI. PISAS  
Q. LARGENNIV  
CHRESIMVS. PA  
QVI. OB. HONOR  
BISELLI. HS. L. N  
REI. P. PISANOR  
DEDIT

Hanc epigraphen erudita Dissertatione explicandam cum sibi tumisset Chimentellius, in Pisano Lyceo eloquentiæ & politiciæ Professor anno 666, de variis sellarum generibus, quibus tum magistratus tum privati homines sunt usi, duxit differendum; deque sellis curulibus, subsellis senatoriis, lecticis conularibus, thronis, solis, cathedris, & similibus, multa haud proletaria attulit: appendicis loco *de odore muris*  
scie

*scis Pisanis* epistolam adjiciens, quam & ipsam non omittendam ratus, p. 2199 collocavit Thesauri doctissimus promulgator.

Octavus tomus pluscula complectitur opuscula, pleraque ad anni Romani supputationem & solennia festorum spectantia. *Kalendarium* itaque *veteris Romani* aliquot exempla seu ectypa oculis subjiciuntur: *urbanum* Augusti temporibus marmori incisum, ex ædibus *Maffæorum* p. 1. cum notis Ariæ Montani & Petri Ciaconii p. 16: *rusticum* e Farnesiana bibliotheca depromptum p. 19. cum notis Vrsini p. 21: alterius *Kalendarium* fragmenta, ex ædibus Capranicorum p. 29. & apud Vrsinum p. 31. His subjicitur Sibrandi Siccamæ *in-Fastos Kalendarum Romanorum* commentarius anno 1599 editus p. 33. ejusque *de veteri anno Romano* dissertatio p. 81. Sequitur *Kalendarium*, quod in libris antiquis Ovidii Fastis præfixum cernitur p. 89. quod autem multis in locis aliter in suo MSto legi annotat Cl. Editor in Præf. Hoc excipit aliud *Kalendarium* circa annum Chr. CCCLIV sub Imp. Constantio Constantini M. filio compositum p. 96. cum iconismis eidem præfixis, singulos anni menses delineantibus: quod a Petro Lambecio in appendice Libri IV Biblioth. Vindobonensis p. 277 proditum, cum ejusdem notis sistitur p. 103. Commentarios in istud Marcum Velsærum scripsisse, asservatos olim in Mazariniana bibliotheca, indicavit Nicolaus Heinsius per literas Christophoro Arnoldo, qui id memorat in Præf. Operum Velsærianor. p. 8. *Kalendarium* istis antiquis subjiciuntur recentiora duo a Th. Demstero p. 115. & Dion. Petavio p. 125. adornata, adjecta *expositione compendiarum Kalendarium Romani*, a Petro Gassendo instituta p. 139. Sequitur Petri Violæ *de veteri novaque Romanorum temporum ratione* libellus Venetiis 1546 excusus, parum obvius p. 139. Hadr. Junii *de annis & mensibus* commentatiuncula, quæ anno 1556 prodierat p. 199. ejusdemque *Fastorum* liber p. 229. Inde sistuntur *de anno Romano* diversorum auctorum diatribæ, Jo. Lalamantii p. 259. Jac. Christmanni p. 285. Jos. Scaligeri p. 307. Dion. Petavii p. 325. Sam. Petiti p. 371. Will. Langii p. 397. petitiæ omnes ex majoribus eorum operibus chronologicis. Succedit Erycii Puteani *de Bifexto* liber, qui intercalandi rationem exponit p. 419. Petri Taffini *de Romanorum anno seculari*, ejusque potissimum per ludos seculares celebritate, & horum chronologia, opus historicum, chronicum & criticum anno 1641 editum p. 467. Erycii Puteani *de Nundinis Romanis* liber anno

1645 evulgatus, quem *Fastorum novam faculam*, ut superiorem de Bissexto temporis faculam, ipse auctor insignivit, p. 641. Gregorii Tolofani ex Syntagmate decerptum *de nundinis & mercatibus* fragmentum p. 697. Jo. Bapt. Belli diatriba *de Pharsalici consuetus mense & die* p. 705, in qua vigesimus Julii prælio isti ex Maphæano marmore assignatur. Petri Morestelli *de triplici anno Romanorum, mensibus, eorumque partibus, deque die civili & diversitate dierum* libri quinque, anno 1604 sub titulo *Philomusi* editi p. 732. ejusdem *Alypius*, sive *de præscorum Romanorum feriis* liber p. 789.

His tot hominum doctorum commentationibus, quæ anni & solennium festorum apud veteres Romanos rationem exponunt, attexit doctissimus Editor alterius argumenti Dissertationes, quæ Romanas alias antiquitates attingunt: nempe Julii Cæsaris Bulengeri *de tributis ac vestigalibus Populi Rom.* librum, qui est nonus majoris operis *de Imperio Romano*, p. 819. Vinc. Contareni *de frumentaria Romanorum largitione, & de militari Romanorum stipendio* commentarium Patavii 1609 editum p. 923. Jo. Schefferi *Agrippam liberatorem*, sive dissertationem *de novis s. bulis*. Argentorati a. 1645 publici primum juris factam p. 975. Barn. Brillonii *de veteri ritu nuptiarum & jure conubiorum* p. 1007. Ant. Hotmanni *de veteri ritu nuptiarum* p. 1107. ejusdemque *de sponsalibus, jure matrimoniorum, spuris item & legitimis* p. 1145. dissertationes. Jo. Meursii *de luxu Romanorum* librum anno 1611 editum p. 1215. ejusdemque argumenti commentarium Stanislai Kobierzykii anno 1628. publicæ luci expositum p. 1251. Coronidem huic tomo imponit Joachimi Johannis Maderi *de coronis sacris & profanis* Helmstadii anno 1662 excusus libellus p. 1403.

DAVIDIS GREGORII M. D. ASTRONOMIÆ PROFESSORIS  
Saviliani & S. R. S. CATENARIA, ad Rev. Virum D. HENRI-  
CUM ALDRICH S. T. P. Decanum Aedis Cbristi  
Oxonie.

Transcripta ex Actis (Transactions) Philosophicis Anglicanis  
mensis Augusti, 1697 pag. 633. seqq.

Cum Problema de figura Catenæ (id est lineæ flexilis, versus centrum longinquum gravis, & pondere suo dum a duobus extremis

Qq

mis immotis dependet incurvatæ ) fit inter hujus ævi Philosophos imprimis nobile, ac a Celeberrimis Viris *Hugenio, Leibnitio & Bernoullio*, plurimæ figuræ istius proprietates fuerint detectæ, & in Actis Eruditorum *Lipsiæ* ( at sine demonstratione ) editæ: Libuit harum omnium demonstrationes pertexere, ope Methodi *Newtoniana* Geometris hodie familiaris, fluxiones e fluentium relatione data determinandi & vicissim; & alias insignes Curvæ hujus proprietates nunc primum detectas adjicere, tibi que, Reverende Decane, harum rerum Judici idoneb mittere.




*Prop. I. Problema.*

TAB. IX. *Fig. 1.* ¶ Invenire relationem inter fluxionem axeos & fluxionem ordinatæ in Curva Catenaria.

Sit Catena *FAD* ab extremitatibus *F* & *D* dependens, cujus punctum imum ( seu Curvæ vertex ) *A*, axis *AB* ad horizontem erectus, eique applicata *BD* horizonti parallela. Inveniendæ est relatio inter *Bb* seu *Dδ* & *dδ*; posito *b* puncto ipsi *B* proximo, & *bd* ad *BD*, item *Dδ* ad *BA* parallela.

Ex Mechanicis constat, Potentias tres in æquilibrio positas eandem habere rationem cum rectis tribus ad ipsarum directiones parallelis, vel in dato angulo inclinatis, a mutuo occurso terminatis; Adeoque si *Dd* exponat gravitatem absolutam particulæ *Dd* ( ut in Catena æqualiter crassa rite fit ) *dδ* repræsentabit gravitatis partem eam quæ normaliter in *Dd* agit, quæque fit ut *dD* ( ob Catenæ flexilitatem circa *d* mobilis ) in situm verticalem se componere conatur. Adeoque si *dδ* ( sive fluxio ordinatæ *BD* ) constans sit; gravitatis actio in partes correspondentes Catenæ *Dd* normaliter exerta etiam constans erit sive ubique eadem. Exponatur hæc per rectam *a*. Porro ex supra citato Lemmate Mechanico, *Dδ* sive fluxio axeos *AB* exponet vim secundum directionem ipsius *dD* exerendam, quæ priori conatui lineæ gravis *dD* ad componendam se in situm verticalem æquipolleat, eumque impedire possit. Hæc vero vis oritur a lineæ gravi *DA* secundum directionem *dD* trahente; estque proinde ( cæteris manentibus ) lineæ *DA* proportionalis. Est igitur *dδ* fluxio ordinatæ ad *dD* fluxionem abscissæ, sicut constans recta *a* ad *DA* curvam.

q. e. f. Coro-







Corollarium.

Si recta DT tangat Catenariam, & axi BA producto occurrat in T, erit D B. B T :: (d δ, δD ::) a. DA Curvam.

Prop. 2. Theorema.

Fig. 1. SI ad perpendicularum AB tanquam axem, vertice A, describatur hyperbola æquilatera AH, cujus semi-axis AC æqualis a; & ad eundem axem & verticem, parabola AP cujus parameter æqualis quadruplo axi hyperbolæ, & producatu semper hyperbolæ ordinata HB, donec HF æqualis Curvæ AP: Dico Curvam FAD in quo puncta F & D versantur (positis B D, BF æqualibus) esse Catenariam.

Vocetur AB x, erit B b = x, & BH =  $\sqrt{2ax + x^2}$ . Unde

de ex methodo fluxionum, fluxio ipsius BH (sive mh) =  $\frac{ax + x^2}{\sqrt{2ax + x^2}}$ .

Rursum quia parabolæ AP parameter = 8a, erit BP =  $\sqrt{8ax}$ .

Unde np (hoc est fluxio ipsius BP) æqualis  $\frac{2ax}{\sqrt{2ax}}$ . Quare fluxio

Curvæ AP (= Pp =  $\sqrt{npq + Pnq}$ ) =  $\sqrt{\frac{4a^2x^2 + x^3}{2ax}}$

=  $\sqrt{\frac{2ax^2 + x^3}{x}}$  quæ, ducendo tam numeratorem quam deno-

minatorem in  $\sqrt{2ax + x^2}$ , =  $\frac{2ax + x^2}{\sqrt{2ax + x^2}}$ . Et cum HF sit

ubique = AP, erit fluxio HF rectæ, hoc est mh + sf =  $\frac{2ax + x^2}{\sqrt{2ax + x^2}}$ .

Sed hactenus inventa est mh =  $\frac{ax + x^2}{\sqrt{2ax + x^2}}$

Unde sf sive fluxio ipsius BF ordinatæ ad axem Catenariæ, est  $\frac{ax + x^2}{\sqrt{2ax + x^2}}$  Qq 2 æqua-

æqualis  $\sqrt{\frac{ax}{2ax+x^2}}$ . Et igitur fluxio Curvæ A F ( five ipsa  
 Ff =  $\sqrt{sfq} \cdot Fsq = \sqrt{a^2x^2+x^2} = \frac{ax+x^2}{2ax+x^2}$ , cujus  
 fluens modo ostensa est  $\sqrt{2ax+x^2}$ . Et igitur AF =  $\sqrt{\frac{2ax+x^2}{ax}}$ .

Patetque fluxionem ordinatæ B F five  $\frac{ax}{2ax+x^2}$  esse ad x  
 fluxionem abscissæ AB sicut data a ad Curvam AF, quæ est superius  
 inventa Catenariæ proprietas. Igitur Catenariæ puncta recte deter-  
 minantur per præcedentem constructionem. q. e. d.

*Corollaria.*

1. Ex constructione patet, BF ordinatam Catenariæ æquari Cur-  
 væ parabolicæ AP, dempta BH correspondente ordinata hyperbolæ  
 conterminæ AH.

2. Ex demonstratione constat, Catenariam Curvam AF æqua-  
 ri BH correspondenti ordinatæ Conterminæ Hyperbolæ æquilateræ.  
 Cum enim harum linearum fluxiones æquentur, & simul nascantur  
 ipsæ lineæ; patet illas ubique esse æquales. Unde data catena, dabi-  
 tur AC five a, quippe æqualis semi-axi Hyperbolæ æquilateræ cujus  
 vertex A, & ordinata ad abscissam AB catenæ AD est æqualis.

3. Catenariæ omnes sunt inter se similes, cum ex simili simi-  
 lum & similiter positarum figurarum constructione generentur. Un-  
 de duæ rectæ ad Horizontem similiter inclinatæ per Catenarum ver-  
 tices ductæ abscindunt figuras similes, & Catenarum portiones abscin-  
 dentibus rectis proportionales.

4. Si Catena QAD suspendatur a punctis Q & D inæquali-  
 ter altis, Curvæ pars FAD eadem manet, ac si ex punctis æquialtis F  
 & D esset suspensa, quoniam nihil refert utrum punctum F affixum sit  
 vel non affixum ad planum verticale.

5. Si Catenæ vis trahens secundum directionem dD expona-  
 tur per Dd, dividetur, ut vulgo notum, in vim ut dδ secundum dire-  
 ctionem horizontalem, & vim ut δD secundum directionem vertica-  
 lem:

lem: Igitur vis in Catenæ extremo directe accedendi ad axem, est ad vim in eodem descendendi secundum perpendicularum; sive vis sustinentis pars secundum directionem BD agens, est ad ejusdem partem secundum directionem  $\text{D}d$  agentem, ut semi-axis Hyperbolæ conterminæ AH ad DA longitudinem Catenæ usque ad verticem Curvæ: Unde data Catena ratio hæc datur. Et in eadem Catena nunc magis nunc minus laxè suspensa, vis ista Horizontalis est ut Hyperbolæ conterminæ axis, cum DA eadem maneat si extrema æqualia sint.

6. Catena in plano verticali, sed situ inverfo, figuram servat, nec decedit, adeoque arcum seu fornecem facit tenuissimum: Hoc est sphaeræ minimæ rigidæ & lubricæ in inverfa Curva Catenaria dispositæ, arcum constituunt cujus nulla pars ab aliis extrorsum vel introrsum propellitur; sed manentibus infimis punctis immotis, virtute suæ figuræ sustinetur. Cum enim punctorum Curvæ Catenariæ situs, partiumq; inclinatio ad Horizontem eadem sit, sive in situ FAD, sive in situ inverfo, dummodo Curva sit in plano ad Horizontem recto, patet illam æque servare figuram immutatam in uno situ ac in altero. Et e converso solæ Catenariæ sunt fornices sive arcus legitimi: Et cujuscunque alterius figuræ Arcus ideo sustinetur, quod in illius crassitie quædam Catenaria inclusa sit: Neque, si tenuissimus esset, partesque haberet lubricas sustineretur. Ex præcedente Corol. 5. colligitur quali vi arcus, muros quibus insitit extra propellit; nempe hæc eadem est cum parte vis Catenam sustinentis, quæ secundum directionem Horizontalem trahit. Quæ enim in Catena introrsum trahit vis, in arcu Catenæ æquali, extrorsum propellit. Alia omnia de murorum quibus fornices imponuntur firmitate requisita, ex hac Theoria Geometricæ determinantur, quæ in ædificiorum extructjone præcipua sunt.

7. Si loco gravitatis alia quælibet vis similiter agens in lineam flexilem vires suas exerat, eadem producet lineam. V. g. Si ventus æquabilis supponatur, & secundum rectas datæ positione rectæ parallelas spirans, linea vento inflata eadem erit cum Catenaria. Nam cum omnia quæ in gravitate consideravimus, in altera hac vi obtineant, patet eandem Curvam productum iri.

*Prop. 3. Theorema.*

Fig. 2. SI manente prædicta Hyperbola AH, per A ducatur recta G  
Qq 3 AL

AL axi AB normalis, & describatur Curva KR ejus naturæ, ut BK sit tertia proportionalis rectis BH & AC, & ad AC applicetur rectangulum AV æquale spatio interminato ABKRLA, erit F concursus rectorum HB, V G ad Catenariam.

Nam ex constructione est  $BK = \frac{a^2}{\sqrt{2ax + x^2}}$ , quare fluxio spatii ABKRLA = (BK kb = BK x Bb) =  $\frac{a^2 x}{\sqrt{2ax + x^2}}$ ,  
 spatium ABKRLA,  
 Cumque BF =  $\frac{\text{fluxio spatii ABKRLA}}{AC}$ , & AC detur, erit fluxio  
 ipfius BF =  $\frac{a x}{\sqrt{2ax + x^2}}$ . Sed  
 in præcedentis Prop. constructione, fluxio ordinatæ BF  
 =  $\frac{a x}{\sqrt{2ax + x^2}}$ . Quare hæc constructio eodem redit cum constructione Prop. præcedentis, & consequenter punctum F est ad Catenariam. q. e. d.

*Corollarium.*

Sicut in Prop. præced. Catenaria describitur ex data longitudine Curvæ parabolicæ, ita in hac, illius descriptio pendet a quadratura spatii in quo  $x^2 y^2 = a^4 - 2axy^2$ . Nam y (sive

$$BK) = \frac{a^2}{\sqrt{2ax + x^2}}$$

*Prop. 4. Theorema.*

*Fig. 1.* Spatium AGF sub Catenaria AF & rectis FG, AG ad AB, BF parallelis comprehensum, æquale est rectangulo sub semi-axe AC, & DH intervallo applicatarum in Hyperbola & Catenaria.

Nam

Nam  $DH = (BH - BD) =$ , ex Prop. 2. hujus,  $\sqrt{\frac{ax+xx}{2ax+xx^2}}$

$= \frac{ax}{\sqrt{2ax+xx^2}} = \frac{xx}{\sqrt{2ax+xx^2}}$ . Quare fluxio rectanguli sub da-

ta AC & DH  $= (\frac{axx}{\sqrt{2ax+xx^2}} - xx \sqrt{\frac{ax}{2ax+xx^2}} = fsx FG =)$   
fluxioni spatii AGF. Cumque figuræ hæ simul nascantur, sequitur  
rectangulum sub AC & DH æquari spatii AGF. q. e. d.

*Corollarium.*

Hinc sequitur spatium FAD, sub Catena FAD & recta Horizontali FD comprehensum, æquari rectangulo sub FD & BA, dempto rectangulo sub Hyperbolæ AHaxe alterutro, & DH excessu rectæ BH, vel Curvæ AD, supra ordinatam BD.

*Prop. 5. Theorema.*

*Fig. 1.* SI ad rectam AL applicetur rectangulum LE æquale spatii Hyperbolico ALH, erit E centrum Æquilibrii Curvæ Catenariæ AFD.

Concipiatur Curva gravis FA librari super axe GL. Ex Centrobarycis constat momentum gravis FA exponi per superficiem Cylindrici recti super FA erecti, & resecti plano per GL transeunte, cum plano Curvæ angulum semirectum faciente. Et hujus superficiæ fluxio, sive FA x FG, æqualis est fluxioni spatii ALH sive BH x HL; quia FA, BH, item FG & HL æquantur. Ac propterea (cum simul nascantur) dicta superficies Cylindrici recti æqualis est spatii Hyperbolico ALH. Hoc proinde applicatum ad ipsum grave AF, vel illi æqualem rectam AL, facit latitudinem AE æqualem distantia centri gravitatis ab axe librationis GL. Unde Curvæ FAD, æqualiter ad utramque axeos AB partem jacentis, centrum æquilibrii est E. q. e. d.

*Corollaria.*

1. Spatia ABHL, BAH, & AGF sunt Arithmetice propor-

$$\text{portionalia. Nam fluxio spatii ALH} = \left( \frac{ax + xx}{\sqrt{2ax + x^2}} \right) \frac{ax + xx}{\sqrt{2ax + x^2}} \frac{xx}{xx}$$

$$= \frac{ax + xx}{\sqrt{2ax + x^2}} = \frac{2ax + x^2 - axxx}{\sqrt{2ax + x^2}} = x \sqrt{2ax + x^2}$$

$\frac{axx}{\sqrt{2ax + x^2}} =$ ) fluxioni spatii BAH, multatæ fluxione spatii AGF, per Prop. 4. hujus. Cumque hæ tres figuræ simul nascantur, erit BAH — AGF (ALH —) BL — BAH. Quare 2BAH = BL + AGF. Unde sequitur spatia BL, BAH & AGF esse in proportione Arithmetica.

2. Catenæ centrum gravitatis est omnium linearum ejusdem longitudinis, eosdemque terminos habentium, infimum. Nam tantum descendet grave quantum potest. Cumque tantum descendat figura, quantum ejus centrum gravitatis descendit, se sic disponet linea gravis flexilis, ut ejus centrum gravitatis sit inferius quam si aliam quamcunque figuram indueret. Atque ex hoc symptomate lineæ gravis flexilis, reliqua omnia facile deduci possent.

3. Si super quacunque Curvas eandem longitudinem eosdemque terminos D & F cum Catenaria FAD habentes, erecti Cylindrici recti secentur plano per DF transeunte; superficierum Cylindricarum sic resectorum maxima est quæ super Catenariam insistit. Hæ enim superficies (si angulus sub planis fuerit semirectus) ad ipsas Curvas (quæ sunt in casu præsentis longitudinis ejusdem) applicatæ, latitudines faciunt æquales distantis centrorum gravitatis Curvarum a DE recta: Cum distantia hæc sit in Catenaria maxima (ob maximum descensum centri gravitatis) erit Cylindrica superficies applicanda etiam maxima. Et quoniam superficierum Cylindricarum resectorum plano cum plano baseos angulum quemvis continente, eadem est ratio atque cum dictus angulus est semirectus, patet propositum universaliter.

*Lemma.*

**Fig. 1.** SI in cujusvis Curvæ AFQ, descriptæ evolutione alterius Curvæ KV, ordinatam quamvis FB ad axem AB normalem,

lem, a correspondente in K V puncto V demittatur normalis VR ordinatae occurrens in R: Erunt, manente fluxione axeos AB eadem, fluxio fluxionis ordinatae BF, fluxio Curvae AF, & recta FR continue proportionales.

Producatur rectula Ff donec proximae ordinatae  $w \phi$  occurrat in o. Et quoniam ex hypothesi  $Fs = fw$ , erit  $of = Ff$ , adeoque  $o\phi$  erit fluxio ipsius fs, hoc est fluxio fluxionis ordinatae. Porro triangula  $o\phi f$ ,  $fFR$  sunt aequiangula, quia  $o\phi f =$  alterno  $fFR$ , &  $f o\phi = (Ffr =) FfR$ , quia illorum intervallum Rfr alterutrum respectu evanescit, cum Rr praefr nulla sit. Et igitur  $o\phi. \phi f :: fF. FR$ : sed  $\phi f$ ,  $fF$  aequales sunt, cum fluxione utriusvis tantum differant. Quare  $o\phi. fF :: fF. FR$ . q. e. d.

Prop. 6. Problema.

Fig. 1. Invenire Curvam KV, cujus evolutione Catenaria AFQ describitur.

Vocetur ut prius AB, x; item BF, y. Est, ex Prop. 2 hujus,

$$\dot{y} = \frac{ax}{\sqrt{2ax+x^2}}, \text{ sive } 2axy^2 + x^2\dot{y}^2 = a^2x^2. \text{ Quare, per factis nunc usurpatam Newtoni methodum, } 2ax\dot{y}^2 + 4ax\dot{y}\ddot{y} + 2x\dot{y}^2 + 2x^2\ddot{y} = 2a^2x\ddot{x} \text{ quae, propter } \dot{x} = 0 \text{ cum constans } \dot{x} \text{ non fluat) } = 0. \text{ Quare } \ddot{y} = \left( \frac{ax\dot{y} - x\dot{y}\dot{y}}{2ax+x^2} \right)$$

$\frac{a+x}{2ax+x^2}$  in  $\frac{ax^2}{\sqrt{2ax+x^2}}$  ponendo loco  $\dot{y}$ , ejus valorem  $\frac{ax}{\sqrt{2ax+x^2}}$ .

(Nam signum — quantitati  $\ddot{y}$  praefixum, tantum denotat locum puncti R ex F spectati, oppositum esse loco puncti F ex B spectati, cum curva AFQ est cava versus axem AB) Et Ff,

per Prop. 2 hujus,  $= \frac{x+x \text{ in } x}{\sqrt{2ax+x^2}}$ . Quare per praecedens Lemma,

$$FR = \left( \frac{Ff}{y} \frac{a+x \text{ in } x^2}{2ax+x^2} \text{ in } \frac{2ax+x^2 \text{ in } \sqrt{2ax+x^2}}{a+x \text{ in } x^2} \right) =$$

Rr 2x

$a+x$  in  $\sqrt{2ax+x^2}$ . Rurfus ob triangula rectangula  $Fsf$ ,

$FRV$ , habentia angulos  $fFs$ ,  $VFR$  æquales, quia  $VFs$  est utriusque complementum ad rectum, est  $Fs.sf :: FR.VR$ ,

sive  $x \cdot \frac{ax}{\sqrt{2ax+x^2}} :: \frac{ax}{a+x}$  in  $\sqrt{2ax+x^2}$ .  $VR$ ; quæ proinde

æqualis  $a+x$ . Hæc igitur est natura curvæ  $KV$ , ut si  $AB$  vocetur  $x$ , erit  $FR = \frac{ax}{a+x}$  in  $\sqrt{2ax+x^2}$ , &  $VR = a+x$ .

q. e. i.

### Corollaria.

1.  $AC.CB :: BH.FR$ . Hæc enim est proprietas rectæ  $FR$  superius inventa.

2. Recta  $CB$  æqualis est rectæ  $BI$  sive  $VR$ . Utraque enim est æqualis  $a+x$ .

3. Recta evolvens  $VF$  est tertia proportionalis ipsis  $AC$ ,  $CB$ . Nam ob æquiangula triangula  $fFs$ ,  $VFR$ , est  $sF.Ff$

$:: FR.VF$ . Sive  $x \cdot \frac{ax+xx}{\sqrt{2ax+x^2}} :: \frac{ax+xx}{a+x}$  in  $\sqrt{2ax+x^2}$ .  $VF$

quæ proinde  $= \frac{ax+xx}{a+x}$ . Unde  $a \cdot a+x :: a+x.VF$ , quæ

præterea est radius circuli Catenæ in  $F$  æquicurvi.

4. Cum punctum  $F$  est in  $A$ , sive cum vertex evolutione describitur, id est cum  $x = 0$ , valor evolventis rectæ  $VF$ , quæ in hoc casu est  $KA$ , nempe  $\frac{ax+xx}{a}$  fiet  $a$ : hoc est punctum  $K$ , ubi Curva

$VK$  occurrit axi, tantum extat supra Catenæ verticem  $A$ , quantum  $C$  deprimitur infra eundem. Unde diameter circuli, Catenæ ad verticem æquicurvi, æqualis est axi conterminæ Hyperbolæ  $AH$ . Adeoque Catenæ  $AD$  & Hyperbolæ  $AH$  eadem est curvatura in vertice  $A$ : Nam vulgo notum est circulum prædictum, Hyperbolæ æquilateralæ



teræ A H in vertice A æquicurvum esse. Sed & hoc aliunde, ex ipsa Catenæ natura Prop. 2 hujus demonstrata, constat. Nam nascens FH five (AP = nascenti BP =)  $\sqrt{8ax}$  dupla est nascentis BH five ( $\sqrt{2ax+x^2}$ , hoc est, evanescente  $x^2$ , cum  $x$  minima sit)  $\sqrt{2ax}$ ; Et igitur idem punctum est tam in nascente Hyperbola quam nascente Catenaria; h. e. Nascens Hyperbola A H cum nascente Catenaria A D coincidit, & proinde æquicurvæ sunt hæ lineæ ad verticem A.

5. Curva K V est tertia proportionalis ad rectam A C, & curvam A F, five rectam A L. Ex natura enim evolutionis,  $KV = (VKA - KA = VF - KA = a+x = a^2+2ax+x^2 - a = \frac{2ax+x^2}{a})$ . Et igitur  $a \sqrt{2ax+x^2} : \sqrt{2ax+x^2} :: \sqrt{2ax+x^2} : KV$ .

Sed  $\sqrt{2ax+x^2}$ , ex Corol. 2, Prop. 2, = AF. Unde A C. AF : : A F. KV.

6. Recta K I dupla est ipsius A B. Cum enim B I = (B C =) C A + A B, erit A I = C A + 2 A B; At A K = A C, per Corol. 4 hujus; Igitur K I = 2 A B.

7. Rectangulum sub A C & B R est æquale duplo spatio hyperbolico B A H. Nam F R in A C =  $(a+x \text{ in } \sqrt{2ax+x^2})$

ina =  $\frac{a+x}{a} \text{ in } \sqrt{2ax+x^2} = x \text{ in } \sqrt{2ax+x^2} + a \text{ in } \sqrt{2ax+x^2}$   
 = A B in B H + A C in B H = A B in B H + A C in B D + A C in D H.  
 Quare F R in A C = B D in A C, hoc est B R in A C = A B in B H + A C in D H. Sed, per Prop. 4 hujus, A C in D H = A G F spatio. Et igitur B R in A C = (A B H L + A G F = per Corol. 1, Prop. 5) 2 B A H.

Prop. 7. Theorema.

Fig. 3. SI in Curva Logarithmica L A G, cujus data subtangens H S æqualis rectæ a, Corol. 2, Prop. 2, hujus definitæ, sumatur punctum A, cujus distantia ab H P asymptoto, nempe A C, æqualis fit subtangenti H S, & ex punctis H & P utcumque in asymptoto sumptis, a puncto C æqualiter distantibus, erigantur H L, P G ordinatæ ad Logarith-

arithmicam, quarum semisumma ponatur æqualis HD vel PF, erunt D & F ad Catenariam rectæ AC correspondentem.

Vocetur ABx, adeoque CB vel DH semisumma ordinatarum HL, PG erit  $a + x$ ; semidifferentia earundem vocetur y. Unde  $HL = a + x + y$ , &  $PC = a + x - y$ . Cumque ex natura Logarithmicæ, CA sit inter has media proportionalis, erit  $a^2 + 2ax + x^2 - y^2 = a^2$ . Unde  $y = \sqrt{2ax + x^2}$ . Adeoque  $HL = a + x + \sqrt{2ax + x^2}$  &  $PG = a + x - \sqrt{2ax + x^2}$ . Quare fluxio ipsius HL, sive ipsa l m est  $a + x + x + x \sqrt{2ax + x^2}$ . Et ob æquiangula-

triangula l m L, LHS, est LH. HS: : l m. mL: unde mL sive d fluxio ipsius BD =  $\frac{ax}{\sqrt{2ax + x^2}}$ . Hoc est Curva AD ex Logarithmica

super dicto modo genita, ejus est natura, ut si axis vocetur x, ejusque

fluxio x, fluxio ordinatæ BD fit  $\frac{ax}{\sqrt{2ax + x^2}}$ . Sed hæc ipsa est proprietas Catenariæ ad quam a pertinet, Prop. I hujus demonstrata. Ergo Curva FAD superius descripta est hæc ipsa Catenaria. q. e. d.

### Corollaria.

1. Sicut ope Logarithmorum Catenaria describitur, vice versa ope Catenariæ per ipsam rerum naturam productæ, numeri dati vel potius rationis datæ Logarithmus invenitur. Ut si posita CA unitate, cujus Logarithmus est nihilo æqualis, quærat Logarithmus numeri CQ sive rationis inter CA & CQ; Rectis CQ & CA tertia proportionalis sit CV, ipsarumque CQ, CV semisumma CB; ex B ordinata ad Catenariam, nempe BD est Logarithmus quæsitus. Ratio ex Propositione manifesta est.

2. Vicissim si dato Logarithmo CH vel CP, quærat correspondens numerus HL vel PG, seu ratio HL ad CA, sive PG ad CA. Ex H vel P erigatur perpendicularum Catenæ occurrens in D vel F, ipsique HD vel PF hoc est CB, fiat æqualis CR ad horizontalem AR terminata; Eritque AR semidifferentia quæsitæ LH, GP, sicut ex supra demonstrata Catenæ natura HD vel CR est earundem semi-

semisumma: (Nam in tribus quantitibus Geometricè proportionabilibus quales sunt HL, CA, PG, quadratum semisummae extremarum multatum quadrato mediae, æquatur quadrato semidifferentiæ extremarum.) Adeoque CR ÷ AR, & CR — AR sunt numeri HL vel GP, dato Logarithmo CH vel CP congrui.

3. Ex demonstratione patet, quod sicut HD semisumma Logarithmicæ ordinarum HL, PG, ad CH normaliter applicata in H, est ordinata Catenariæ, sic semidifferentia earundem HL, PG, ad CA normaliter applicata in B est ordinata Hyperbolæ æquilateræ, centro C vertice A descriptæ: ac proinde (per Corol. 2, Prop. 2 hujus) æqualis Catenæ AD. Nam  $y = \sqrt{2ax + x^2}$ . Cumque Corol. præced. ostensum sit, AR esse etiam semidifferentiam rectorum HL, PG; patet AR esse æqualem Catenariæ portioni AD. Unde obiter elucescit modus, data Catenæ AD, inveniendi C centrum Hyperbolæ conterminæ, vel punctum in asymptoto Logarithmicæ GL. Nam si sumatur AR æqualis Catenæ AD, & ex junctæ rectæ BR puncto medio erigatur ad ipsam BR normalis, hæc occurret BA axi Catenæ in quæsito puncto C, uti patet. Nam sic erit CR = CB.

4. Hinc etiam sequitur, si BD T angulus fiat æqualis ACR, rectam DT tangere Catenariam in D. Nam sic fiet in triangulis æquiangulis DBT, CAR; DB. BT: : CA. AR, sive huic æqualem AD curvam. Et igitur, per Corol. Prop. 1 hujus, DT tangit Catenariam.

5. Sequitur etiam, spatium ACHD æquari rectangulo sub CA & AR. Nam quoniam AYD est, per Prop. 4 æquale rectangulo sub CA & (AD — BD =, per Corol. 3 hujus Prop. AR — AY =) YR, patet propositum. Et quoniam CA datur, constat spatium ACHD esse sicut AD curva, illiusque fluxionem Hd sicut Dd fluxio hujus.

6. Si per punctum K ubi CR secat HD, ducatur KZ parallela PH, rectæ AC occurrens in Z, sumaturque CE æqualis semisummae ipsarum BC, CZ, erit E centrum Equilibrii Curvæ FAD.

Intelligatur super FAD erecta superficies Cylindrici recti resecti plano per PH ad angulos semirectos cum plano Curvæ FAD; Exponet hæc superficies momentum Curvæ FAD super axe PH libratae, eoque fluxio est DH in D d. ÷ PE in F.

Rr 3. = 2

$$= 2BC \text{ in } AD = 2 \text{ in } \frac{a^2 x + x^2}{2ax + x^2} = \frac{2a^2 x + 4axx + 2x^2 x}{2ax + x^2}$$

$$= \frac{a^2 x}{2ax + x^2} + \frac{a^2 x + axx}{2ax + x^2} + \frac{3axx + 2x^2 x}{2ax + x^2} \text{cujus fluens}$$

$$a \text{ in } BD + a \sqrt{2ax + x^2} + x \sqrt{2ax + x^2} = CA \text{ in } BD + CB \text{ in } AD.$$

Quare CA in BD + CB in AD = ( quoniam simul nascitur, dictæ superficiæ Cylindricæ = ) momento Curvæ FAD super axe PH librata. Unde distantia centri gravitatis Curvæ FAD

$$a \text{ puncto } C \text{ est } \frac{CA \text{ in } BD + CB \text{ in } AD}{2AD} \text{ sive } \frac{CA \text{ in } BD}{AD} + \frac{1}{2} CB.$$

Porro ob ZK parallelam AR, est AD. BD :: (AR. ZK ::)

$$CA, CZ: \text{ unde } CZ = \frac{CA \text{ in } BD}{AD}, \text{ \& igitur } CE, \text{ quæ per con-}$$

$$\text{structionem est } = \frac{1}{2} BC + \frac{1}{2} CZ, \text{ erit } = \frac{1}{2} \frac{CA \text{ in } BD}{AD} + \frac{1}{2} BC:$$

hoc est Curvæ FAD centrum gravitatis, & E punctum ex constructione definitum, æqualiter distant a C; sed & in eadem recta & versus easdem partes sita sunt, ergo coincidunt illa.

Potest & coincidentia puncti E ut supra determinati, cum centro æquilibrii Prop. 5 hujus definito, synthetice sic ostendi.

Per Corol. 1, Prop. 5, 2 BAX = AYD + BA in AR. Unde AH + 2 BAX = (ACHD + BA in AR) per præced. Corol.) AR in CA + BA in AR: hoc est BD in AC + 2 BAX = AR in CB; sive BD in AC = AR in CB - 2 BAX. Unde BD in AC + AD in BC = (AD in BC + AR in CB - 2 BAX = 2 AD in BC - 2 BAX =) 2 AD in AC + 2 AD in AB

$$- 2 BAX. \text{ Et applicando ad } 2AD, \text{ erit } \frac{1}{2} \frac{BD \text{ in } AC}{AD} + \frac{1}{2} BC$$

$$= \left( AC + \frac{AB \text{ in } AD - BAX}{AD} \right) CA + \frac{ARX}{AR}. \text{ Sed } \frac{ARX}{AR}$$

est distantia centri æquilibrii Catenæ a vertice A, per Prop 5 hu.

hujus determinata, ac proinde, secundum dictam Prop. 5,  $\frac{CA}{AR}$

$\frac{AR}{AD}$

$\frac{BD}{AD}$  in  $\frac{AC}{AD}$

est distantia puncti E a C, &  $\frac{1}{2} \frac{BC}{AD}$

est ejusdem E distantia ab eodem C, secundum hoc Corol. 6. Unde patet duas istas determinationes puncti E eodem recidere,

quoniam  $\frac{CA}{AR} = \frac{1}{2} \frac{BC}{AD}$

7. Spatii PFADH centrum gravitatis est in f, medio puncto rectæ CE. Cum centrum gravitatis fluxionis ipsius AD sive Dd & Ff, duplo magis distet a PH, quam centrum gravitatis fluxionis ipsius ACHd, sive Ddh d & Ffp f, &  $\frac{Dd + Ff}{2}$  in AC datam, æquale  $\frac{Ddh + Ffp}{2}$ ; patet & fluentis FAD centrum gravitatis E duplo magis distare a PH, quam fluentis PFADH centrum L. Sed libet propositum aliter & ad modum superiorum ostendere.

Intelligatur super figura PFADH erectus Cylindricus rectus & resectus plano per PH transeunte, cum plano baseos angulum semirectum comprehendente; exponet istud solidum, momentum figuræ PFADH super axe PH librata: Hujusque solidi sive prædicti momenti fluxio, (solida nempe erecta super P F f p & H D dh) producitur, si momentum fluxionis, sive fluxio momenti ipsius AD, ducatur in  $\frac{1}{2}$  AC datam. Nam per Corol. 5 hujus Prop.  $HD dh = Dd$  in AC: Quare ipsum momentum fluens producitur ducendo momentum Curvæ FAD respectu axis PH; superiore Corol. determinatum, nempe CA in BD + CB in AD, in  $\frac{1}{2}$  AC; eritque proinde  $\frac{1}{2}$  AC in AC in ED +  $\frac{1}{2}$  AC in CB in AD. Adeoq; si hoc applicetur ad figuram libratam PFADH, sive 2 CA in AD, per hujus Prop. Corol. 5, fiet distan-

$\frac{CA}{AD}$  in BD

tia centri gravitatis figuræ PFADH ab axe PH =  $(\frac{1}{2} \frac{BC}{AD})$

$\frac{1}{2} CB =$ ) dimidiæ rectæ CE superius determinatæ.

8. Si per N punctum ubi DT tangens Catenariam in D, secat AR, ducatur recta parallela ipsi BC, occurrens rectæ per E ad AR parallela iu O; erit O centrum gravitatis curvæ AD. Nam per Corol. 6, centrum gravitatis curvæ AD est in recta EO, sed demonstrabi-

strahitur illud esse in NO recta, & proinde erit ipsum O punctum. Intelligatur DA librari circa HL axem; hujus momentum est curva DA, ducta in distantiam centri gravitatis ab HL: Et ejus proinde fluxio = DA in Hh (Hh est fluxio distantiae axis librationis a gravitatis

centro) =  $\sqrt{2ax + x^2} \ln \frac{ax}{2ax + x^2} = a^2x$ . Ac proinde ipsum momentum Curvae gravis DA circa axem HL libratae = ax. Et igitur distantia centri gravitatis ab eodem axe est ax applicata ad AD, si  
A C in D Y

ve  $\frac{ax}{AR}$ . Sed quia DT tangit Catenariam, per Corol. 4 hujus

Prop. angulus BDT sive DNY = ACR, & anguli ad A & Y sunt recti, quare in triangulis æquiangulis RAC, DYN; RA. AC; : D  
A C in D Y

Y. YN. Unde YN =  $\frac{ax}{RA}$ , hoc est YN est distantia cen-

tri gravitatis Catenæ AD ab axe HL, sive centrum prædictum est in recta NO.

9. Si per I ducatur recta ad AR parallela, rectæ ON productæ occurrens in W, erit W centrum gravitatis spatii ACHD. Nam per Corol. 7, centrum gravitatis spatii ACHD est in recta IW, sed ut mox ostendetur, est in NW, & proinde est ipsum W punctum. Eodem enim modo quo in Corol. præced. fluxio momenti spatii ACHD, circa HL librati, ostenditur esse (ACHD in Hh = AC in AD in

Hh = a in  $\sqrt{2ax + x^2} \ln \frac{ax}{2ax + x^2} = a^2x$ . Ac proinde ipsum momentum spatii ACHD circa axem HL librati, æquale est fluenti ejus  $a^2x$  est fluxio, hoc est ipsi  $a^2x$ . Hoc igitur applicatum ad ipsum spatium ACHD sive a in  $\sqrt{2ax + x^2}$ , dat distantiam centri gravitatis spatii ACHD ab HL =  $\frac{ax}{\sqrt{2ax + x^2}} = \frac{AC \text{ in D Y}}{RA}$ .

Sed Corol. præced. ostensa est YN =  $\frac{AC \text{ in D Y}}{RA}$ . Et igitur cen-

trum gravitatis spatii ACHD est in NW. Atque ex duobus hisce ulti-

ultimis Corollariis invenitur centrum gravitatis cujusvis portionis Catenæ etiam ad verticem A non pertinentis; vel cujusvis spatii Catenariæ portione quavis, & aliis rectis præter prædictas comprehensi.

10. Hinc mensurantur superficies & solida genita rotatione Catenæ, aut spatii sub illa & rectis comprehensi, circa axes datos. Nam figura rotatione genita æquatur, uti vulgo notum, figuræ rotatæ ductæ in peripheriam a centro gravitatis inter rotandum percursum, etiam datam cum detur illius radius sive distantia centri gravitatis ab axe

dato. Sic si Catenæ AD rotetur circa axem AB,  $\frac{\pi}{\rho}$  AN est periphe-

ria a centro gravitatis O percursa, ( $\frac{\pi}{\rho}$  denotat rationem peripheriæ circuli ad semidiametrum) adeoque superficies rotatione Catenæ A

D genita  $\frac{\pi}{\rho}$  (  $\frac{\pi}{\rho}$  in AN in AD )  $\frac{\pi}{\rho}$  in AN in AR. Hoc est cir-

culus cujus radius potest duplum rectangulum RAN, æquabitur superficiæ a Catenæ AD rotatione circa axem AB genitæ. Pari modo solidum genitum rotatione spatii ACHD circa AC, æquale ostendetur Cylindro cujus basis est prædictus circulus, altitudo verò æqualis AC. Similiterque superficies & solida, ex rotatione harum figurarum circa alios quosvis datos axes facta mensurantur. Nam dato centro gravitatis hæc non latebunt,

E R R A T A.

p. 308, lin. 3, l.  $\frac{a^2 x^2}{2ax + x^2} \mp x^2$ : p. 309, lin. 17 l. Horizontem,  
 lin. ult. l. AL: p. 310, lin. 7, l. BK in Bb: p. 311, lin. 4, l. = x in; eadem, l. fs in FG; lin. 20, l. FA in FG; eadem, l. BH in HC: p. 312, lin. 2 in fine, l. in x; lin. 3, Numeratores fr. ita legantur,  $\frac{a^2 x^2}{2ax + x^2} - ax$  in x.

ANTIQUITAS ECCLESIE ILLUSTRATA, OPERA ET STUDIO EMANUELIS A SCHELSTRATE. Tomus Secundus.

Ss

Romæ,

Romæ, typis Congregationis de propaganda fide, 1697. fol.  
Alphab. 10.

**P**osthumum hoc Illustris & a nobis sæpe laudati Auctoris Opus, quod lucem aspexisse publicam jam A. 1693 sub finem mensis Februarii p. 95, & mense Majo p. 195 in Actis nostris diximus, anno demum superiori 1697 prelum evasit, monuitque nos ille, qui ad Lectorem quædam est præfatus, librosque a celeberrimo Schelstrateno editos (ac magnam partem suo loco a nobis etiam recensitos,) enumerat, quod *Illustrata* ab ipso *Antiquitatis Ecclesie* Tomus *quartus, quintus* atque *sextus* lucem nunquam aspecturi sint; Tomum autem *tertium* ita ab Auctore recognitum quidem ait, ut ex illius jam morientis testimonio dignus, qui typis exscriberetur, pronunciatus fuerit, appendice tamen cum careat, eum aliquando vulgatum iri nondum satis manifestum esse addit. Quatuor interim posteriorum ideam atque dispositionem ex scheda post Auctoris obitum reperta exhibet, atque ex operibus, quæ imperfecta is reliquit, illud imprimis, quo *modum ex forma characterum sive Latinorum sive Græcorum scriptura vetustatem dignoscendi* monstrare instituerit, ad umbilicum haud perductum maximopere dolet. In *Geographico* autem hoc, quod *Chronologicum* mense Majo A. 1693 a nobis delineatum excipit, deducuntur ea prolixius, quæ olim in editione *Antiquitatis illustrata* A. 1678 facta in prima & secunda partis primæ Dissertatione concisus examinaverat, inque eo totus Auctor est, ut & susceptam a Christo Ecclesiæ institutionem, & dispositam ejusdem ab Apostolis ordinationem dilucidet; quod quidem negotium sex Dissertationibus, peculiari in super Appendice stipatis, absolvit.

In prima de locis istis agit, ubi Christus & Apostoli fidem prædicarunt, cumque in Judaicis regionibus Evangelium primo omnium personuisse indubium existimet, de his etiam sub ipsum statim initium nonnulla disserit. Recensitis autem variis Judææ nominibus, de illius terminis factaque in tribus ac tetrarchias divisione multa commentatur. Et tetrarchias quidem tempore Christi quatuor fuisse observat. Sicut autem Ituræ & Trachonitidis regiones ad Philippi tetrarchiam spectasse innuit, ita sub Trachonitidis nomine apud Lucam Gaulanitidis & Balanæ regiones comprehendi statuit. Ad  
Hero-



Herodis Antipæ tetrarchiam, cujus ibidem Lucas meminit, Galilææ & Perææ regiones refert, in quarum ultima Johannem Baptistam verfatum, inque arce Machærunte decollatum, reliquias autem ejus Sebaftem translatas dicit, ac Joannem proinde Phocam corrigit, qui in edito per Leonem Allatium itinerario Sebaſte eum ab Herode capite minutum aſſeruit. Galilæam Gentium non ideo ſic vocatam cenſet, quod a reliqua Galilæa per Romanos ſeparata fuerit, ſed nomen iſtud ei inditum potius a civitatibus, quas Salomon Hiram Tyriorum Regi dederit. Circa tetrarchiam quartam, Samariam, Judæam & Idumæam complectentem, notat, eam a Luca ſub conſueto tetrarchiæ nomine non adduci, utpote qui potius affirmet, procuraviſſe Pontium Pilatum Judæam, idque ideo factum cenſet, quod hæc Archelai tetrarchia a Romanis in provinciam redacta Syriæque contributa, & eam ob rem a Romanorum Procuratore gubernata fuerit. Chriſtum *αὐτοπροσώπως* in gentilium regionibus Evangelium prædicaviſſe negat, ac ad partes quidem Tyri & Sidonis eum acceſſiſſe, non prædicandi tamen animo, contendit. Per totam vero Judæam, & jusque regiones trans & citra Jordanem poſitas, Chriſtum æque ac Apoſtolos præconiſſe hoc deſunctos oſtendit. Poſt Chriſti aſcenſionem Apoſtolos Hieroſolymis in domo Johannis, uſquedum Spiritum Sanctum acciperent, remaſiſſe; hoc autem in ipſos cœlitus demiſſo, non ſtatim per regiones diſperſos, nec niſi poſt longum ſatis ab aſcenſione Chriſti tempus, dubium an forte, an modo forſan alio diſiſſe edocet. Provincias ſingulis Apoſtolis aſſignatas ex Hyppoliti, Epiſcopi Portuenſis, Synopſi a Combeſiſio edita recenſet, & hanc, utut ab Hyppolito ſcripta forſan non fuerit, Synopſi tamen ſub Dorothei Tyrenſis nomine ſæpius editæ præfert, quippe in qua non pauca incertis dubiſq; historiis nitantur, quædam etiam veritati palam repugnent. Idem de ſeptuaginta Diſcipulorum Catalogo ſub ejuſdem Dorothei nomine a Domino du Cange vulgato pronunciat, ac ſincerioſiorem iſtorum ſyllabum ex Chronico Alexandrino adducit. Quinam autem ex his, & quibus in locis prædicarint, inveſtigatu nimis difficile apparere queritur. Explicatis deniq; rationibus, cur brevi adeo temporis ſpatio totum orbem Evangelii ſonus pervaſerit, annales prædicationis Apoſtolicæ diſtinctius paulo conſpiciendos dat.

In Diſſertatione *ſecunda* quaſtiones ab omnibus fere Theologis, ut ait, atque Eruditis prætermiſſas pertractat: *quam* nimirum au-

*Horitate Apostoli a Christo acceperint? & in quibus munitis obeundi auctoritate pares? quaeque ex his cum aliis, quam Apostolis, divinitus communicata fuerint?* Ubi primo quidem Apostolorum in missione, in Evangelii per totum mundum praedicatione, in docendi officio, in librorum edendorum facultate, in linguarum & miraculorum dono, in confectione & administratione Sacramentorum, sigillatim Baptismi & Eucharistiae, in potestate solvendi & ligandi peccatores, ac denique in potestate consecrandi Episcopos & ordinandi Ministros, auctoritatem parem agnoscit. Munus Apostolis proprium regimen Ecclesiae appellat; doctrinae autem pro palationem, miraculorum virtutem, potestatem ordinis & Sacramentorum confectionem, ad alios etiam, Discipulos puta, Presbyteros, Episcopos, & similes transmissa autumat. Negat vero ad ejusmodi personas translatam universalem jurisdictionem, quam sibi reservarint Apostoli; quamvis neque ex his singuli sollicitudinem Ecclesiarum omnium semper, sed exortis modo novis subinde haeresibus, exercuerint. Petrum tamen & Paulum tanquam in perpetuo universalis curae studio occupatos introducit. Hanc ipsam porro universalem sollicitudinem ad nullam omnino Ecclesiarum a reliquis Apostolis fundatarum alligatam, per inductionem earundem specialiore, adversus Marcum Antonum de Dominis prolixius ostendere, aut in Petri tamen cathedra ad successores transmissam eam fuisse, multis rationibus probare, Apostolique hujus primatum velut in Scripturae sacrae dictis, Conciliorum generalium actis, Pontificum decretis, antiquorum Patrum testimoniis, Graecorum Latinorumque scriptis, Parisiensis quoque Universitatis, & perpetuo Gallicanae aliarumque Ecclesiarum consensu affatim fundatum sistere annititur.

*Tertia Dissertatione inquit, quanam ea sit Ecclesia, in qua Petrus suam cathedram constituerit? ac Romanam eam esse respondet, utque hoc obtineat, pro certo ante omnia supponit, quod Petrus Romanam venerit: quam assertionem uti ex argumentis quibusdam aliis, ita ex Ignatii imprimis, Irenaei, Papiæ, Tertulliani, Eusebii, Origenis, Petri Alexandrini, Athanasii, Epiphani, & eos sequentium testimoniis roborare; ac Romanum porro eum Episcopum egisse, parili modo evincere; hinc Romanos Episcopos Petro in sede Episcopali & in Cathedra Apostolica successisse, eosque Apostolicam auctoritatem per universum orbem semper tenuisse, petito ex singulis seculis suffragio*  
*manu-*

manifestum reddere laborat; prout omnes quoque totius orbis Ecclesias primatum Romani Pontificis agnovisse contendit, & ut hoc probet eo dilucidius, ad præcipuarum ex iis assensum provocat. In Palæstina enim Theophilum Cæsareensem in quæstione de Paschatis die, & Aureliarum Imperatorem in causa Pauli Samosatani, de primatu Pontificis Romani testimonium edidisse; quarto seculo, occasione controversiæ de sede Antiochena, Hieronymum cum monachis Syriæ, eos item, qui de sede Antiochena contenderint, pluresque auctoritatem illius supremam agnovisse colligit. Quidnam Ponti regio, Asiaque & Thracia de hoc Pontificis primatu senserint, ex facto Marcionis Pontici, & ex iis, quæ emergente schismate Novatiano contingere, atque isque rebus gestis commonstrat, simili methodo circa allegandas Illyrici, Galliarum, Hispaniarum, Africae, Egypti, cæterarumque regionum Ecclesias, Romanum Pontificem pro supremo Episcopo venerantes, usus.

*Quarta* Dissertatio versatur circa institutos ab Apostolis in urbibus *Episcopos*, & in provinciis *Metropolitanos*; ubi dispositionem provinciarum Ecclesiasticarum juxta dispositionem provinciarum Imperii factam reputat, eaque fini variam Imperii in Dioceses & Provincias distributionem, regimenque earum sub uno aut pluribus Imperatoribus ad Barbarorum usque invasionem examinat. Ab ipso autem nascentis Ecclesiæ exordio hanc distributionem per Apostolos quoque factam, singulisque primum civitatibus veros Episcopos præfectos contendit, Salmasium & alios, qui demum post Apostolorum tempora consuetudinem hanc introductam statuunt, refellere laborans. Quamvis interim Patrum aliqui Episcopos Apostolorum successores nuncupent, sano tamen sensu id accipiendum venire monet, ut nimirum in partem modo sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis & universalis gubernationis eosdem vocatos existimes, cum Episcopis sane in aliorum dioceses potestas nulla uspiam concessa reperitur. Sicut autem Augusti temporibus Imperium distribui contigerit in provincias, quibus singulis aut Exconsules aut Praetores præfuerint, civitatem autem, in qua Magistratus ille sederit, metropolim vocare usus tulerit; sic inde ab Apostolorum temporibus Metropolitanorum institutionem obtinuisse affirmat. In Italia quidem primis hoc seculis usui haud venisse, cum ibi Ecclesia civilem administratio-

nem aliquandū secuta, non metropoles septendecim pro totidem regionum aut provinciarum numero, sed duas tantum, Romanam & Mediolanensem, habuerit. Italiam namque in duas partes divisam postea duobus Vicariis, Vicario puta Italiæ & Vicario Urbis, subjectam fuisse; unde etiam Episcopus Mediolanensis tanquam Metropolitanus septem regiones Vicarii Italiæ, & Romanus decem alias subjectas sibi direxit. Quo tamen pacto reliquæ deinceps metropolitanae in Italia dignitates initia sua sumserint, latius demonstrat, provinciarumque tum Orientalium tum Occidentalium aliarum Metropolitanas vindicat.

Sicut ergo Apostolos in provinciis super plures Episcopos certos constituisse Metropolitanos hactenus asseruit, ita in majoribus Orientalis Imperii diocesisibus, quæ singulae plures sub se provincias complectebantur, majores etiam ex instituto Apostolico Ecclesiasticas dignitates ordinatas refert, *Exarchorum* nempe & *Patriarcharum*, quos in Dissertatione *quinta* contemplatur. Equidem & Orientis in quinque dioceses distributionem quarto demum seculo sub Constantino M. coepisse, & Exarchorum dignitatem eandem subsecutam esse, nonnullos contendere observat. Verum istis se quam maxime opponit, & ad Apostolorum temporaregredi heic quemlibet debere flagitat. Exarchos autem constitutos vult in Asiatica, Pontica & Thracica diocesisibus, sic ut prima antiquissimis temporibus paruerit Episcopo Ephesino, secunda Cæsarensi Cappadociae, tertiaque Heracleensi, usque dum Byzantium sedes Romani Imperii evaserit, ejusque Episcopi Regiæ urbis splendore elati, Exarchatus modo nominatos invadentes, Patriarchicum in illos jus sibi met assumerint. Quod deinceps ad Patriarchatus attinet, nondum quidem Apostolorum tempore cognitum hoc nomen, rem tamen notissimam fuisse edocet, primamque sedem Patriarchalem erexisse Petrum Antiochiae, secundam Alexandriae, quorsum discipulum suum Marcum miserit. Juris enim Patriarchalis tessera potissimum cum sit, Metropolitanas consecrare, convocare Episcopos ad Concilia, deque causis illorum cognoscere; non posse certe ab hac dignitate excludi Episcopum Alexandrinum, qui per totam Ægyptum, & Antiochenum, qui per Orientis diocesin actus istos exercuerit; quæ cuncta latius probat, adductis antiquorum testimoniis, & rejectis Joannis Launoji ac Eduardi Stillingfleet sententiis, quorum ille Patriarchas olim eosdem ac Metropolitanas fuisse, hic vero Patriarchas

chas ante Nicænum Concilium nullos Metropolitans sub se habuisse autumat. De cætero exemplum Episcoporum Constantinopolitanorum, tres Exarchatus sibi subicientium, imitatos refert Episcopos Hierosolymitanos, dum in avulsas a Patriarchatu Antiocheno tres Palæstinas jus Patriarchicum sibi vindicarint; sed hæc quinto demum seculo contigisse memorat.

*Sext.* tandem Dissertatio *Patriarchatum Romanum* prolixis effert laudibus, Salmasioque primum contradicit & sequacibus, qui Romani Pontificis auctoritatem intra regiones suburbicarias arctaverint; has enim isti paruisse regeat tanquam Metropolitæ, cujus provincia Ecclesiastica pro dignitate sedis Apostolicæ per decem regiones suburbicarias a Tuscia & Umbria usque ad Siciliam protensa fuerit. Ad quem sensum collimare vult Canonem Concilii Nicæni sexti, in quo statuat, ut Episcopus Alexandrinus potestatem habeat Ægypti, Lybiæ & Pentapolis, quia Episcopo Romano parilis mos sit, ut nimirum regiones suburbicarias, sicut habeat Ruffini paraphrasis, speciali sollicitudine gubernet. Ast præter hæc regiones totius quoque Occidentis Patriarcham semper egisse Pontificem Romanum, late probat ex iuribus tali personæ competentibus, quæ nunquam non per Occidentem totum libera huic relicta legantur, in ordinandis Metropolitis & firmandis suo iudicio Episcoporum electionibus, in convocacione Episcoporum ad Synodum, in relationibus & iudiciis de causis majoribus, inque rebus ejusmodi aliis, circa quas nulla Occidentis Ecclesia se ei unquam opposuerit. Quibus deductis quærit: num contra Romanum Episcopum creari possit alius in Occidente Patriarcha? & cum responsio heic suppeditanda dependeat a solutione quæstionis hujus: utrum nempe Pontifex sit centrum, radix & caput communions Ecclesiasticæ? hac ipsa affirmata, priorem pernegat, omnemque orthodoxam sub coelo Ecclesiam separationem isthanc abhorrere scribit. Imprimis eam detestatam ait Gallicanam Ecclesiam, occasione libelli, cui titulus: Optatus Gallus de cavendo schismate. Dum enim in eo Auctor præfagium futuri schismatis ex Patriarchæ per Gallias creatione avertere studuerit, putasse Eruditos, sub ementito cavendi schismatis titulo auctorem illud voluisse promovere; unde libellum ceu schismatis incentivum sic perhorruerit Ecclesia Gallicana, ut statim Archi. Episcopus Parisiensis in Provinciali suo Concilio Parisiensi A.

1640 celebrato illum proſcripſerit, & tanquam nefarium opus execratuſ fuerit; prout & plerique Galliaꝝ Doctores, imprimis vero De Marca & Habertius, eundem libellum oppugnarint, quorum poſtremus cauſam inſuper Cardinalis Richelii, quem Optatus de Patriarchatus ambitione accuſaverat, ſtrenue ſuſtinuerit. Ne vero quiſquam ex iis, quæ de Patriarchatus Romani terminis dicta ſunt, concludat, poteſtatem Pontificiam Occidentis modo limitibus contineri, ſubjungit, quod, quamvis Patriarchatum Occidentis ſuis Petrus ſucceſſoribus præcipue reliquerit, id tamen nihil officiat ſummo Primatui, ratione cujus ſucceſſores ejuſdem totius Eccleſiæ curam gerant, & non modo Occidentis Episcopis & Metropolitibus, verum Orientis quoque Patriarchis præſati, ad eorum dioceſes ſolicitudinem ſuam Pontificiam merito extendant.

Sequitur *Appendix*, antiquas Imperii & Eccleſiæ, inque hac Patriarchatum, Metropoleon & Episcopatum orbis Catholici Notitias, ex variis manuſcriptis codicibus tum Græcis tum Latinis maximam partem nunc primum editas comprehendens. Eminent inter eas *Itinerarium*, ſub nomine Antonini Auguſti clarum, Hierocliſ item Grammatici *Comes peregrinationis* ſeu *Notitia Provinciarum* cum collatione facta a Luca Holſtenio, & *Supplementum* ejuſdem Auctoris per eundem Holſtenium ex codice antiquiſſimo Farnesiano deſcriptum, nec non Nili Doxapatrii commentarius *de quinque thronis Patriarchalibus*, Tractatus vero hos non minus atque reliquos notis ſubinde neceſſariis illuſtrat, quæque de eorum auctoribus hætenus latuere, explicat, præſertim vero de Hierocle primus, uti opinatur, obſervat, quod ille ante Conſtantinum Porphyrogenitum vixerit, eo quod hic ſecundo de thematibus libro quædam ex ejuſ Commentario Geographico adduxerit. Cum autem, uti ſupra retulimus, primos Eccleſiarum fundatores, in diſtributione provinciarum ordinem provinciarum Imperii ſinitatos ſentiat, idcirco ad hanc materiam dilucidandam plurimum ſe collaturum credidit, ſi in primam Romanarum provinciarum inſtitutionem inquireret, & quæ in ſcriptoribus eo ſcientia repererat, in medium adduceret. Præſtat id in *Differatione Appendici præſ. ſc.*, in qua undecim capitibus totidem Romanarum dioceſium provincias perlustrat, & quo tempore ſingulæ inſtitutæ ſunt, ex antiquiſſimis gentis illius monumentis demonſtrare ſatagit.

De

De cætero ut in Præfatione, in qua institutum hujus Operis universum Auctor ipse describit, *Chartas* quoque seu *Tabulas Geographicas*, dicta præcipua egregie illustraturas, magno labore confecisse & passim inseruisse se perhibeat, frustra tamen eas quis quæsierit, cum, quod in præfatione alio testatur is, qui Editoris partes sustinuit, supremam ~~æ~~ manum adhuc desiderent, quam tamen versatissimus in Geographia Lubinus, etiam si rogatus, admovere detrectaverit.

*DANIELIS GEORGII MORHOFII ORATIONES ET PROGRAMMATA.*

Hamburgi sumtibus Goth. Libernickels, 1698, in 8.  
Constat 3 Alph.

Qui dicendi artes legesque carminis magna, dum viveret, laude professus est *Dan. Georgius Morhofius*, æternum Kiloniensis Academiae ornamentum; idem & Oratoris & Poetæ nomen decusque raro exemplo egregie sustinuit; quod nec Ciceroni nec Virgilio contigisse scimus. Illum enim, ut jam olim Cassius Severus judicavit, eloquentia sua in carminibus destituit: hunc felicitas ingenii in oratione soluta reliquit. Quæ vero Morhofii fuerit in carmine pangendo felicitas, opera ejus Poetica testantur, ab hæredibus in unum collecta corpus, & cum Henr. Muhlii doctissima præfatione edita, in Actis superioris anni mense Junio indicata. Ejusdem nunc Orationes & Programmata cura Filiorum conquisita evulgantur, ex quibus cognoscitur, qua in pedestri sermone valuerit eloquentia. Ac orationibus quidem, cum in genere demonstrativo vel loco communi versentur, nectam ad persuadendum quam ad delectandum sint compositæ, exquisitiorem adhibuit cultum, genusque dicendi sectatus est argutius, auribusque horum temporum accommodatum, in quo poeticum nonnunquam decorem relucere voluit, ex interiorum literarum myrothecio petita quædam subinde aspergens ornamenta, quibus doctas aures teneret caperetque. Prima oratio dicta est *in Kiloniensis Academia inauguratione*, & in consilii atque instituti illius commendatione, Principisque fundatoris laudibus decurrit. Altera cum Magistros crearet Decanus recitata, exponit *causas, ob quas minus multi ad solidam aliquam sapientiam perveniant*, easque in tribus ponit vitiis, qui-

quibus non raro laborant, qui in literarum cultoribus nomen suum profitentur, ignavia, philautia & discordia, quibus expellendis consilia & remedia suppeditat. Succedit *Panegyricus* in nuptias Serenissimo-rum Principum Christiani Alberti & Fridericæ Amaliæ Ducum Holsatiæ, publico nomine dictus. Quarta oratio, cum magistratum Academia Kiloniensis adiret habita, *de intemperantia in studio agit, eruditorumque qui ex ista oriuntur morbis, eorum potissimum pertringens vitia, qui in studiis doctrinæ colendis uni ambitioni obtemperant, atq; alia omnia, quam fructum, ex solida scientia sperandum, sibi propo-sita habent.* Quinta in Magistrorum renunciatione *virum bonum ex mente Philosophorum gentilium* describit. Sexta *de otio sapientibus dan-do* inscribitur, qua postquam qui vere sapientium nomine digni sint exposuit, e republica esse ostendit his tale parari otium, ut sine curis rei familiaris sapientiæ studiis vacare, & æquo animo iis commodis, quæ vita practica secum fert, carere possint. Septima *quæ utilitates e literis in rempublicam redundent*, generatim docet. Octava *quos fructus Holsatia Kiloniumque urbs ex Academia percipiant*, speciatim persequitur. Nona est declamatio *de auro ejusque laudibus*, qua æmulatus est Maioragii *Philochrysum*, qui specie laudandi auri varia hominum genera notaverat, quos auri sacra fames ab officio abducere consuevit. Hanc orationem, quæ inter Maloragianas non com-paret, & a Marquardo Gudio semel edita paucis erat visa, cum Morhofi-us suæ junctam anno 1690 in lucem revocasset, eam quoque editores Filii inter paternas Orationes, veluti ab illo adoptatam, extare legi-que voluerunt.

Orationibus subjiciuntur Programmata, publico & privato nomine scripta, & in Academia Kiloniensi proposita. In publicis, quorum conscribendorum provinciam ab anno 1674 sustinuit, prima comparent, diebus festis Natalis Domini, Paschatos, Pentecostes & Archangeli Michaelis, more in aliis quoque Germaniæ Academiis re-cepto, in eum maxime finem proposita, ut de festo religiosa pietate, transigendo admoneantur cives academici, & alicubi ad beneficentiam erga verbi divini præcones excitentur; simul autem, ut pote ad eruditos auditores directa, eruditam alicujus doctrinæ ab illo tempo-re non alienæ explicationem continere solent: qualia sunt & hæc Morhofiana, multa elegantique eruditione referta. Succedunt  
fune-



funebria, quibus cives academici ad exequias honoratiorum invitantur, quorum vita obitusque exponitur, præmissis plerumque loco communi ad illud tempus accommodato. Tertia classis Programmatum publicorum spectat ad varia negotia academica, & vel edicta, vel testimonia, vel relegationes, vel ad solennes orationes habendas invitationem comprehendit. Quæ vero suo nomine scripsit & publicavit Programmata Morhofius, iis scholas publicas privatasque a se instituendas aperit, aut orationes exercitationis causa habendas indicit; numero omnium, quæ publico privatoque nomine scripsit, Programmatum ultra centenarium excurrente,

A DISCOURSE OF MEDALS &c.

h. e.

*DE NUMISMATIBUS ANTIQUIS PARITER ATQUE MODERNIS* Dissertatio: cui accedit *Virorum illustrium, quorum effigies in nummis nusquam obvias Sculptorum conservavit diligentia, Catalogus, usu simul earundem indicato, una cum digressione de Physiognomia, Autore JOANNE EVELYN Armigero, S. R. S.*

Londini apud Benj. Tooke, 1697 in fol. Alph. 4.

Cum pauca hæcenus Anglica lingua de re nummaria prodierint, id sibi agendum eo, qui ob oculos nobis versatur, libro diligentissimo Autor ejus, qui edita jam olim Historia Chalcographiæ aliisque scriptis famam inter suos consecutus est, censuit, ut quicquid apud aliarum gentium scriptores ad scientiam rei nummaria pertinet asidua lectione invenerat, apto ordine dispositum vernacula lingua exponeret. Hac enim ratione se consecuturum putavit, ut & accenderentur complures ad illa studia diligentius deinceps tractanda, & manu ductionem aliquam haberent, quæ in isto itinere hæsitantes in regiam viam posset deducere.

Auspicia itaque illi tractationi facit brevi de origine variisque ætatibus pecuniæ, ejusque diversa apud varias gentes pro temporum ratione materia, valore, modulo ac typo, dissertatione. In ea simul de gemino usu, cui antiquitus nummi destinabantur, agit, illaque oc-

C. I.

- p. 8. casione receptiorem contra J. Harduinum de nummis maximi moduli, quos *Medaglioni* Itali appellant, sententiam defendit: eos scilicet monetæ usum minime præbuisse, sed ob solennia publica usus, amicis Principum populoque fuisse donatos. Inde speciatim de Hebræorum, Græcorum, Pœnorum, Germanorum, Gothorum, Hunnorum, Lombardorum, Britannorum aliorumque Barbarorum nummis generalia quædam monet. Quin & de ludicris nummis Saturnalium tempore ex plumbo apud Romanos constatis multa disserit, nec vero absurdum credit, illi, qui lusus & joci causa Regis titulo in festo illo gaudebat, seruo potestatem concessam fuisse nummos hujusmodi cudendi, quibus patroni sui nomen, ludicramque aliquam figuram exprimeret. Specialius vero agit de illo nummorum latere, quod *caput* sive *faciem* stylo antiquariis familiari appellare solent, & quid in eo observandum sit explicat, notis, quas illud ad distinguendos genuinos a sublestæ fidei nummis suppeditare potest, fide optima indicatis. Hic dum de ornamentis capitum in nummis conspicuorum disserit, observat, eam, qua hodie utuntur Europæ Reges, coronarum formam apud Anglos natales suos habuisse: eam enim jam in Eduardi Confessoris, magis vero luculente in Eduardi IV nummis esse conspicuam. Utque eo fortius Gallos ejus inventionem sibi tribuentes reprimat, neminem ante Ludovicum XII, nec eum quidem, antequam nuptiali fœdere Henrici VIII, Angliæ Regis, sibi junxisset sororem, ea usum fuisse ostendit: similibus fœderum occasione ad Scotos quoque, Hispanos & Danos ejus usum dimanasse affirmans, a quibus deinceps Poloni quoque, Sueci & Lusitani eum acceperint. At prolixissime omnium de *aversis* nummorum agit: ubi postquam in compendium redigere, & ad certas classes, quantum quidem fieri potest, reducere conatus esset ea, quæ in antiquorum nummorum *aversis* repræsentantur, insignemque ex illis in omne genus litterarum derivandos usus explicasset; Belgarum præcipue in conservando ista ratione insigniorum eventuum, a primis constitutæ Reipublicæ temporibus, memoria diligentiam commendat, quæ ex Historia Metallica Reipublicæ Belgicæ a Bizoto concinnata & ab aliis postmodum continuata abunde elucescit. Gallorum vero serviles adulationes, quarum memoriam nummorum ope æternitati transcripserunt, impense detestatur, earumque insignia quædam specimina ex Francia Metallica adducit. Ad Anglos autem
- p. 23.
- p. 26.
- p. 34.
- C. III.
- p. 73.
- p. 77.

autem denique delatus, acerbissime queritur, quod nihil fere extet, quod nummorum insignium rerum eventus conservantium mereatur nomen, ante Jacobi primitempora. Eduardi tamen III aureum nummum allegat, quem primum & antiquissimum esse existimat eorum, qui in hunc censum aliquo modo referri queant. Ejus facies ipsum Regem armatum & in nave constitutum, dextra gladium, sinistra scutum, Britanniae Franciaeque insignibus conspicuum, tenentem, una cum vexillo regio in puppe navis defixo representat, addita ista inscriptione: EDWARD. DI. GRA. REX. ANGL. Z FRAN. DNS. IB. In averſa vero roſam radios suos versus quatuor leones corona ducali insignes totidemque lilia protendentem exhibet, legendorum loco appositis verbis ex Luc. IV, 30. JHS. AUT. TRANSIENS. PER. MEDIUM. ILLORV. IBAT. Videtur hic nummus clarissimo Autori cuius esse illo tempore, quo pax inter Eduardum III & Joannem Franciae Regem fuit constituta, quod factum est anno 1360, nec difficile putat, ea quae in facie ejus videmus explicare, utpote quae omnia stabilitum ab Eduardo maris dominium, confirmatumque in Galliae regnum jus manifeste respiciant. At difficilius est averſae partis explicatio, quam nonnullos de magno mysterio transmutandi metalla interpretari, alios pro magica habere ait, quae amuleti vim nummo isti conciliet. Quos alios commemorat rariores Anglorum nummos, omnes hic recensere nimis foret prolixum. Insigniorum itaque quorundam mentionem fecisse sufficiat. Inter eos procul dubio locum sibi deposcit is, quo caput Ecclesiae Anglicanae in triplici inscriptione, Hebraea, Graeca atque Latina Henricus VIII se venditavit, e quibus Latinam hic legi suffecerit: HENRICVS. OCTA. ANGLIÆ. FRANCI. ET. HIB. REX. FIDEL. DEFENSOR. ET. IN. TERR. ECCLE. ANGLI. ET. HIBE. SVB. CHRIST. CAPVT. SVPREMVM. Item ille, quem Serenissimae Elisabethae honoribus sacrum esse voluere subditi ejus, nihil felicitati suae sub ejus imperio deesse, quam aeternam ejus durationem, sentientes. In eo in altera parte Reginae facies nomenque, cum inscriptione:

*Heu mihi quod tanto virtus perfusa decore  
Non habet aeternos inviolata dies:*

in averſa Phoenix sistitur ex flammis emergens, circumscriptis verbis:

## ACTA ERUDITORUM

*Felices Arabes mundi quibus unica Phœnix*

*Phœnicem reparat deperiundo novam.*

*O miseros Anglos mundi quibus unica Phœnix*

*Ultima fit nostro, cristia fata, solo.*

- Alium ad ejusdem Reginæ tempora pertinentem, quo classis Hispanicæ clades, qua anno 1588 cœlitus afflicta fuit, celebratur, a Bizoto etiam in Historia Metallica Hollandiæ p. 59 repræsentatum, vel ideo hic commemorandum duximus, quod perperam olim aures asininas interpretatus in eo fuerit Bizotus, quæ ligamentorum, quibus Papæ, Regis Philippi, & ceterorum procerum in averfa nummi parte repræsentatorum oculi (alludendo ad inscriptionem: *o cæcas hominum mentes! O pectora cæca!*) adstringuntur, extrema sunt. Attentionem, quoque meretur ille, in cujus facie omnibus seculis memorandus totius Angliæ Archi-Præful Gul. Laud exhibetur, qui in averfa parte, quæ Angelum exhibet cum mitra & pedo in cœlum evolantem, quem duo alii sequuntur coronam cum sceptro & reliquis Regni insignib9 eodem asportantes, SANCTI CAROLI PRÆCURSOR appellatur. Sed
- P. 114.** omissis deliciis istis, ad caput IV progrediendum, quod gloriæ nationis Anglicanæ destinatum esse unice videtur. In eo enim magni, qui in Anglia, nostro potissimum ævo, exorti sunt Viri, commemorantur, quorum vel in Rempublicam, vel in Ecclesiam, vel in litteras, vel denique in artes merita nummorum ope æternitati consecrari mereantur. Quibus si forte aliquando, quod optat, honor ille contingat, studiose nummos, effigies eorum repræsentantes, colligi & asservari jubet, non minus digna posteris præbituros spectacula, quam nobis hodie nummi veteres philosophos & artifices exprimentes exhibent.
- P. 170.** Imo & illos, qui Reipublicæ turbatores oculis nostris sistunt non negligendos putat, atque exempli loco nonnullas Reipublicæ Anglicanæ incendiariorum effigies ex nummis adducit.
- C. V.** At ut absolvat tandem, omnia, quæ ad utramque nummorum faciem pertinent, de legendis denique & inscriptionibus agit, in quibus intelligendis ut hujus artij tyrones juvet, notas & abbreviationes vocum, quæ in numismatibus Romanis occurrunt, ex Patino cum additionibus quibusdam suis inseruit: quas longe ampliores dare potuisset, si tum a se ipso allegatos autores, tum indicem Inscriptionum Gruterianarum in auxilium voluisset vocare. Inde vero illos instruere incipit, qui in cimeliarchiis
- P. 193.**
- C. VI.** in-

instruendis aliquid operæ atque impensæ collocare satagunt. Et his quidem cum illis imprimis monet contrahenda esse commercia, qui in fodienda sive vomere atque ligone, sive alia quacunque ratione terra occupantur, utpote in qua maximus hujusmodi thesaurorum cumulus reconditus delitescat. Atque illa occasione Angliam imprimis defossorum hujusmodi thesaurorum plenam esse monet, ex Chronico Saxonico docens, Romanos, cum ex improvviso in eos Saxones fulminis instar irruerent, thesauros omnes qui erant in Britannia coacervasse, parteque eorum ad vicina Galliarum littora secum deportata, partem in terra defodisse. Quam cum ea nondum solertia, qua aliarum Europæ nationes, Angli rimati hactenus fuerint, ut deinceps id faciant, eos incitat. Inde ea, quæ ad nummum genuinum a supposititio discernendum faciunt, quantum quidem ejus fieri potest indicat, non omittis iis, quæ genuinorum quoque nummorum pretium augment atque existimationem. Cui fini alphabetico ordine rariores nummos Græcos mediæ & minimi moduli indicat, atque occasione hummorum Græcorum Othonis, æreos ejus nummos genuinos dari non amplius dubitandum putat, in Syria atque Ægypto maximam partem, paucos etiam Romæ cusos: eos tamen non exacte adeo, atque aurei argentæque, faciem ejus referentes. Si ad maximum modulum assurgant, inestimabile, si mediæ moduli sint, minime pigendum XL Librarum, h. e. Vallensium CLX pretium esse ait. Cumque rariores sint in quibusdam regionibus nummi, oppido frequentes in aliis, quinam potissimum in Anglia soleant effodi, quibusque in locis, indicat. Et postquam prolixissime in detegendis omnibus impostorum fraudibus versatus fuisset, varias methodos, quibus delineationes & ectypa nummorum facili negotio confici possunt, exponit. De ipsa re monetali inde, ejusque primum apud Romanos conditione præfectisque ei magistratibus breviter, paulo fusius autem de ejus apud Anglos antiquioribus nostrisque temporibus statu, variisque oppidis privilegio monetas cudendi insignibus agit. Speciatim vero modum persequitur, quo iis qui pondere suo publicam monetam defraudare solent, sceleratis hominibus, obviam ire solent monetariæ rei apud Anglos præfecti, inventorumque eo spectantium autores nominat, dignos existimans quorum memoria nummis consecratur. Maxime tamen eam, quam Galli inierunt, malum istud sanandi rationem commendat, qui exactissima nummorum suorum rotunditate, quorum margines den-

p. 199.

p. 200. 209.

p. 202.

p. 205.

p. 207.

p. 219.

C. VII.

p. 225.

p. 226.

- p. 227. tibus insuper muniunt, & elegantissima, quam in superficie eorum adhibent politura, non limæ tantum & aquæfortis injurias ab iis depulerunt, sed id etiam consecuti sunt, ut imitari genuinam monetam impostores nulla ratione queant. Verum uti istas pestium Reipublicæ fraudes, tanquam ei perniciosissimas detestatur, ita ipsos quoque Principes a majori statuendo pecuniæ pretio, quam revera habet, avertere conatur, cum quanto populorum ipsorumque Principum detrimento id conjunctum sit, ex historia Romana, Gallica, Anglica, & Germanica evincens. Quod malum cum Angliam quoque ab aliquo tempore invaserit, consilia de quærenda ei medela suppeditat, quæ prolixius hic recensere superfedemus. Quin potius ad celebriorum artificum commemorationem properamus, qui nostris temporibus in flandis feriendisque nummis excelluerunt. Ex Italis hic potissimum commemorantur *Cavino, Parmegiano, Vincentino, Bellas, Leon Leoni*: ex Gallis *Hameranus, Bossier, Goujon, Carteron*, & longissime omnes illos antecellens *Varinus*: ex iis quorum apud Anglos effulsit industria, *Symons, Rawlins, Haru, Christian, Rotie*. & alii complures, Itali præprimis, qui in nummis pariter fabricandis ac gemmarum sculptura admirationem seculi sui meruerunt. Cum hujusmodi artificibus ut familiarè contrahant amicitiam rei nummariæ studiosi suadet, imo & ipsos artis delineandi, sculpendi, flandi ac feriendi nummos, Cl. Morelli exemplo, peritos esse cupit. Quibus ne quidquam ad hæc excolenda studia desit, Bibliotheca qualis instruenda sit etiam docet, omnibus, qui de re nummaria commentati sunt, scriptoribus commemoratis. Et si forte ad externos invisere cuiquam detur, eum illustrium cimeliarchiorum notitiam ex notissimis Patini atque Sponii libris petere jubet, Angliæ vero gazophylacia ipsemet breviter recenset. Et si cui instruere hujusmodi gazophylacium forsan placeat, qui sit ab eo in disponendis nummis observandus ordo, luculentè describit. Tandemque hæc institutionem suam catalogo nummorum, quos ab Imperatoribus, qui Joviano usque ad Heraclium successere, habemus, finit, ampliolem Græcorum & Romanorum numismatum, in gratiam eorum qui in legendis & inscriptionibus percipiendis nondum satis sunt exercitati, Baudeloti methodo daturus, nisi a Cl. Viro Obed. Walker, qui simile opus de re nummaria vernacula lingua non ita pridem edidit, fuisset præventus.

Jam

Jam duo sunt, quæ appendicis veluti loco tractationi isti Autor noster accedere voluit. Primum prolixa satis est de virorum magnorum sive penicillo sive scalpello repræsentatis imaginibus commentatio, quarum collectionem ad supplenda ea, in quibus nummi deficiunt, ut instituunt qui cimeliarchia instruunt, suadet. Quod ut eo facilius possint efficere, magnorum Angliæ virorum catalogum texit, quorum imagines congerere operæ pretium sit, quos in peculiare Theologorum, Historicorum, Philosophorum, Physicorum, Mathematicorum, Jureconsultorum, Poetarum, Musicorum, eorum item qui difficillimis itineribus, aut ingentibus beneficiis inclaruere, classes digestos, alphabetico ordine recenset. Quin & foeminas, quæ litteris vel aliis præclaris virtutibus in illa gente effloruerunt, enarrat, earumque picturas comparari jubet: nec non summos Regni Proceres maximis meritis claros; eos item qui conspirationes, protractis ex latetibus suis earum autoribus, dispulerunt; qui artibus, corporis statura, longævitate vel alia denique quacunque re insignes fuerunt. Quorum omnium licet numerosum satis produxerit exercitum, longe plures tamen a se prætermisissos ait, quorum accuratam recensionem, nisi invidio fato impeditus fuisset, Clar. Turnerus fuerit instituturus. Interea ad alias nationes excurrit, magnorumque apud eos virorum foeminarumque, qui famam quacunque ratione sint consecuti, quorumque proinde colligendæ sint effigies, nomina in classes suas digesta recitat. Utque eos, qui hujusmodi collectiones instituere cupiunt, juret non nihil, non tantum musæa quædam commemorat, insigni effigie- rum hujusmodi apparatu conspicua; qualia Marollium atque Beughemium instruxisse, ex publicis qui prostant catalogis patet, (ex quorum priore etiam aliquot volumina illustrium virorum effigies complexa, multis redempta librarum millibus, Bibliothecæ Regiæ Parisiensis illata fuerunt;) verum etiam collectiones chalcographicas quæ publice prostant, a Boissardo, Thomasino, Strada aliisque curatas indicat. Atque ea occasione Viri hujusmodi elegantiarum oppido amanti, Domini Begani, cui rerum maritimarum apud Rupi- fortenses hodie concredita cura est, meminit; quem omnium, qui nostra ætate litteris vel aliis meritis illustres evasere, effigies, una cum elogiis eorum editurum dicit. Quod opus suum ut eo magis reddat conspicuum, nullis parcens sumptibus, multos viros eruditos, inscios atque invitos,

per eos quos alit pictores emissarios, depingi curat, & hac ipsa arte, celebris Historici dicam an Historiæ corruptoris Varillasi, cui nulla ratione, ut publice comparere effigiem suam pateretur, poterat persuaderi, delineationem nactus est. At & Perraltii commendat industriam, cujus duo satis spissa volumina, effigies hujusmodi complectentia, absoluta jam esse, publicam famam ferre dicit.

C. IX.

Alterum quod per modum appendix affuere isti operi cl. Auctori placuit, prolixa satis de Physiognomia Dissertatio est. In ea singulas vultus humani partes pererrat, atque regulas, ex quibus judicium ferri de interiore mentis humanæ facie queat, præscribit; eas vero Aristotelis, Plinii, Plutarchi, aliorumque gravissimorum auctorum suffragiis, imo ipsis exemplis magnorum virorum, quorum faciem corporisque habitum antiqua monumenta nobis conservarunt, docte confirmat. Ut autem huic scientiæ paulo majorem conciliet auctoritatem, oppido multa affert, quæ omnino majorem attentionem videntur mereri. Sic enim, ut exempli loco nonnulla adducamus, mirabile dictu est, quod de fœmina quadam Florentina narrat, eam leonem, qui carceribus effractis filium ejus invaserat, solo obtutu adeo terruisse, ut incolumi illo relicto trepidus fugam dederit. Item quod ex Borelli observationibus de non nemine commemorat, qui confcius sibi ejus, quod in oculis circumferebat, fascini, quocunque delatus erat, monebat, ne infantes aut gravidæ ad se accederent propius, ne obtutu suo invitus licet ipsis noceret. Atque naturalem hujusmodi oculorum vim haud raro occasionem dedisse sibi persuadet, ut tanquam pacti cum malis geniis rei cremati fuerint homines hac quidem ex parte prorsus innocentes. At forte magis jucundum fuerit Philippi Pembrocicæ Comitissæ hic legere exemplum, quem naturali quadam sagacitate, assidua contemplatione effigierum maximorum virorum, & minime proletaria artis pictoriæ scientia adjuncta, eo usque profecisse narrat, ut ex sola hominum facie de occultis eorum intentionibus maximeque arte constructis machinationibus felicissime conjecturam facere potuerit. Unde & Jacobum I eo semper in explorandis Legatorum recens ad se delatorum intentione atque consiliis usum fuisse, eoque referendam esse modo laudati Regis sententiam a Verulamio commemoratam, *Lingua aures ferit, gestus vero oculos alloquitur*, narrat.

p. 301.

p. 302.

Atque hoc quidem esse donum magnorum Principum ministris appri-



apprime necessarium, Aristotelem & Ciceronem jam annotasse observat, cujus complura alia, ex Romana maxime historia petita, exempla adducit. Uti autem ad mores hominum animosque pernoscendos oppido multum facere posse hanc artem tuetur: ita nullam ejus in futuris præfagiendis vim esse contendit. Imo & in moribus conjectandis eam fallere posse concedit, cum casus & consuetudo multum in lineamenta hominū possint, ita ut aliter ex illis conjicias, quam faceres, si ipsos naturæ tractus intueri daretur. Hanc autem pariter ac alias objectiones, quæ artis Physiognomicæ pretium imminuere videntur, satis apte removet. Magis prolixè tamen in explicandis variis variarum gentium corporis & animi habitibus, sibi invicem, ut ipse putat, exacte respondentibus versatur, & in causas eorum doctè & ingeniosè inquiri, quænam coeli aerisve temperies hoc vel aliud corporis temperamentum, & quales hoc animi inclinationes producere soleat, sollicitè investigans. Denique de crinibus & voce coronidis loco nonnulla observat, providentiæque divinam in distinguendis hominum vultibus agnoscit & veneratur. Epilogi vero loco sententiam suam quibusdam adhuc gravissimorum scriptorum testimoniis, luculentisque magnorum virorum (quorum facies exactè ingenio intimæque animi dispositioni respondet) a novissima Angliæ historia ei supeditatis exemplis confirmatam dedit,

p. 304.

p. 306. 324.

p. 311.

p. 333.

p. 337.

**D. AVRELII AVGVSTINI LIBRI DVO DE ADVLTERINIS**

*Conjugiis ad Pollentium, cum notis Jurisconsulti celeberrimi, quibus dogma Ecclesia de Matrimonii dissolutione illustratur.*

Jenæ apud Jo. Bielckium, 1698. in 4. Constat II plag.

**D.** Augustinus in libris, quos de Evangelico sermone scripserat, quem Salvator secundum Matthæum in monte habuit, docuerat nec permissum esse conjugibus divortium facere nisi ob fornicationem, nec qui ex hac causa a conjuge discesserit, ad alteras nuptias transire posse. Pollentius, cui mira videbatur ista Augustini privata sententia, quæ praxi Ecclesiæ & fori repugnabat, datis ad Augustinum literis dubia illi sua veluti consulendo exposuit, & in alia omnia discedens sensit, mulierem qualibet ex causa posse a marito divertere, dum

maneat innupta, & si divortio causam dederit adulterium, nuptias secundas non esse prohibitas, nixus potissimum auctoritate Pauli 1. Cor. VII. 10. 11. & ipsius Salvatoris apud Matth. V. 31. Hinc nati sunt Augustino duo hi libri ad Pollentium *de conjugis adulterinis*, quibus sententiam suam repetit & tuetur. Quum vero Pontificii juris Doctores in hac controversia ad auctoritatem Augustini provocare soleant, celeberrimus quidam Jurisconsultus, quem *Joannem Schiltgerium* Argentoratensem Antecessorem esse accepimus, in ejus argumenta duxit inquirendum, & quid iis veri falsive subsit, rectene an secus concludant, notis cuique capiti subjectis breviter nervoseque ostendit. Ac primum animadvertit, controversiam esse duplicem: alteram *de jure divortiarum*, quæ Augustinus nisi ex causa adulterii negabat esse permissa; alteram *de jure iterum nubendi*, quod Augustinus vivente altera parte concedit nemini, ne quidem ex causa adulterii nisi quod cap. VI. innuit, Christianos tantum conjuges hoc præcepto teneri; unde colligas, mulieri ab adultero non Christiano discedenti nuptias secundas minus fuisse interdictas. Pollentium vero in prioris quæstione labi docet notarum Auctor, abreptum Hebræorum Romanorumque moribus ac legibus, quibus divortiorum licentia invaluerat. In hac ergo parte triumphare Augustini facundiam & disputandi subtilitatem, licet argumentis ejus non id semper conficiatur, quod illis colligere velit. Sic locum illum Paulinum 1. Cor. VII. 10. 11. nec ab Augustino, nec a Pollentio recte capi & explicari observat. Augustinum ex præjudicata opinione mulierem, quæ discedat a viro, accipere de ea quæ ob adulterium divortat aut repudietur, atque adeo, ut Scholæ loquuntur, petere principium. Pollentium contra, quæ Apostolus in eam conditionem conferat, si fiant, pure accipere, ac si licite fieri possint, atque adeo quæ *de fallo* dicuntur, perperam *de jure* intelligere. In altera vero parte controversiæ, qua de jure iterum nubendi, si factum est divortium, quæritur, Augustinum sine causa ab apertis Christi verbis Matth. V. 32. discedere, eisque vim inferre notat; eum ea, quæ particulis exceptivis regulæ eximuntur, non in vim exceptionis, sed exempli valere velit, invito sensu communi, rectisque interpretandi regulis, ad Grammaticæ, Logicæ, subjectæque materiæ principia revocatis. Neque reliquas ejus rationes ita esse comparatas, ut nos cogant ad contortam interpretationem verborum perspicuorum

con-

confugere, evoluta cujusque argumenti paralogismo demonstrat. Hæc ferè sunt, quæ priori libro disputantur & notantur. Altero libro eadem controversia discutitur, a Pollentio denuo & luculentius exposita, novisque rationibus munita, quibus Augustinus occurrit, suamque sententiam tuetur & expolit. Doctissimus vero Schilterus & hic Augustinum *κατὰ πόδα* sequitur, & quid sit in controversia, cujus ponderis sint rationes aut responsiones allatæ, quæ inter se consentaneæ sint aut dissentaneæ, magno judicio examinat: sub finem ex Lib. 2. Retræctat. cap. 57. observans, in hac sententia ipsum sibi non satis fidere nec satisfacere Augustinum. Plura ex parvo libello excerpere non refert, quem suo quisque commodo facilius perlegere, & ex ipso fonte dulcius haurire poterit, quæ faciunt ad judicium de hac controversia instruendum, quæ hodiernum diversarum religionum fora distrahit. Unum illud addimus, notas non esse editas ab Auctore, sed delatas ad doctissimum Virum *D. Georgium Schubartum*, bono publico cum Præfatione ipsius Jenæ esse evulgatas; ut non solum vera sententia ex notis his posset cognosci, sed &, quomodo in hujusmodi scriptoribus lectores versari oporteat, hoc exemplo intelligeretur.

A SECOND VINDICATION OF THE REASONABLENESS OF CHRISTIANITY.

h. 67

REPETITÆ LIBRI DE RATIONALITATĒ RELIGIONIS  
Christiana Vindiciæ, a Libri istius  
Autore editæ.

Londini apud A. & J. Churchill, 1697. 8. Alph. 1. plag. 8.

Quæ de Religionis Christianæ rationalitate commentatus sit Vir peringeniosus, & ob alia scripta oppido celebris, Joannes Locke, in Actis nostris anno 1696 p. 463 & sq. fuse ac luculente exposuimus: ubi etiam, quam grave bellum a Viro Cl. Joanne Eduardo ob istum librum ei indictum fuerit, indicatum a nobis esse meminimus. Ultimum Eduardi scriptum, quod Socinianismi delarvati titulo inscriptum edidit, & cujus argumentum eodem loco a nobis explicatum fuit, parum quidem initio movere visum doctissimum Antagonistam ejus. Præ-

lu;

cipue cum non ultimæ existimationis inter suos Vir, clarissimus Bold, Ecclesiæ Anglicanæ Presbyter, habitum a se ad populum sermonem, ejusdem cum Lockii libro argumenti, paulo post ediderit, cui notas ad delarvatum Eduardi Socinianismum adjecerat, Lockique sententiam contra ejus objectiones defenderat. Attamen cum Eduardus illum quoque Autorem severe exceperit, Lockius ipse causam suam iteratis istis Vindiciis agere instituit. Utut enim egregie rem ab isto promacho suo, cetera sibi plane ignoto, gestam fuisse persuasum habeat, ne tamen obtundi majoribus Eduardi, in libro quodam, *Symbolum Sociniani* inscripto, triumphum ob silentium Lockii agentis clamoribus quisquam se pateretur, necessariam hanc suam quoque operam se judicasse refert.

Maxima vero harum Vindiciarum pars eo redit, ut neget doctiss. Lockius suam esse, quam Eduardus representavit, mentem: quem pessimæ fidei propterea accusat, & ut ipsis libri sui verbis affictas sibi opiniones probet, ubique urget. Sic enim quæ de unico tantum fidei admisso articulo ipsi exprobraverat, quam vana sint, solide jam in prioribus Vindiciis a se demonstratum esse ait, quibus ipsum Eduardum victum multa quidem pharmaca parum prudenti, quo usus fuerat, loquendi generi adhibuisse, & nescio quo sensu errorem de unico fidei articulo Lockio tribuisse videri velle observat, sed clarissima ejus loca adducit, in quibus sine ulla restrictione Lockium accusarit, ac si unicum tantum fidei articulum admitteret. Quam imputationem ut falsitatis eo clarius redarguat, ipsissima verba libri sui (p. 291 & 301) allegat, quibus unico illi articulo, quod Jesus sit Messias, concomitantes illum articulos de resurrectione Christi, exaltatione, & adventu ad judicium junxerit; atque distincte docet, se cum de unico illo fidei articulo loquitur, haudquaquam excludere vel negare reliquos, qui vel ex lumine rationis innotescunt, vel a Deo quoque revelati fuerunt, sed tantum dicere, Christum atque Apostolos eos, qui illum fidel articulum admiserunt, in numerum credentium recepisse. Verum quod tendimus? Rectius nos ipsos, quo minus ulterius progrediamur, continebimus: potissima enim controversiarum hic agitarum capita a libi a nobis indicata sunt; uberior vero earum explicatio & a scopo nostro aliena est, & cum aliquo tædio conjuncta foret.

PHAE-

PHÆDRI AVG. LIBERTI FABVLAE AESOPIAE, CUM  
*commentariis Marquardi Gudii & aliorum, edente* PETRO  
 BURMANNO.

Amstelædami apud Henr. Wetitenium, 1698, in 8. Constat 2 alph.

**P**lures ingenio & doctrina præstantes viri in fabulis his Phædri edendis emendandisque utilem operam posuerunt; quorum omnium doctos labores congescit, priorumque cunctarum editionum compendium fecit, uno hoc volumine præclaras omnes annotationes complexus vir clarissimus Petrus Burmannus. Celeberrimi enim viri Marqu. Gudii multorum votis expetitas in has Phædri fabulas animadversiones & notas, opera viri summi Jo. Georgii Grævii nactus; cum eas solas in lucem emittere statuisset, persuaderi sibi tamen passus est, ut aliorum etiam antea editas annotationes vel excerptas vel integras adjungeret. Fabulis igitur Phædri emendatissime excusis Tan. Fabri, Jo. Schefferi, Jo. Freinsheimii, Joh. Lud. Praschii, Casp. Scioppiii, Franc. Guyeti, Is. Neveleti, Jo. Meursii, Petri Axenii notas, & propria industria conscriptas observationes substravit, breves etiam Nic. Heinsii notatiunculas, ex codice quo is olim fuerat usus petitas, admiscuit; Conr. Rittershusii autem & Nic. Rigaltii geminas notas, priores & posteriores, ( quarum istæ A. 1599, hæ A. 1617 & iterum A. 1630 lucem adspexere in Gallia) æque ac Marquardi Gudii nunc primum editas, peculiarem in locum rejecit. Indices geminos eosque copiosos tum Phædri fabellis, tum ad istas annotationibus, addidit, qui ubertate & accurata numerorum ratione antea vulgatos multum præstant. Qualis autem futurus sit philologicus iste in Privilegio Pot. Ordinum Holl. & Westfrisiæ, quod huic libro præmittitur, memoratus Index, a Nic. Dispontino adornatus, nondum constat & dies docebit. Cæterum non notas modo celeberrimi Gudii eruditas nunc e tenebris productas debemus clarissimo Editori, verum etiam fabulas quatuor antehac a nemine inspectas, per Gudium ex manuscripto Divionensi depromtas & restitutas, eidem acceptas ferimus: unam de ægrotante milvio, alteram de leporibus vitam abrumpere sibi cupientibus, tertiam de vulpe naturæ impetum sequente, quartam de mure leoni gratiam refe.

referente, p. 325. seqq. Dolendum modo, plures Editorem e schedis Gudianis non potuisse proferre, quia autographum, ex quo quatuor istas exhibuit, in sine lacerum fuit, pluribus foliis, in quibus triginta novæ & nunquam editæ fabulæ ex Divionensi codice descriptæ extiterunt, abscisis & deficientibus.

## LIBRI NOVI.

**J**ob. Jacobi Hofmanni *Lexicon Universale. Editio absolutissima, præter Supplementa & Additiones, antea seorsim editas, nunc suis locis & ordini insertas, tertia parte, quam antebac, auctior. Tomi IV. Lugduni Bat. apud Jac. Hackium, Corn. Bontesteyn & c. in fol.*

*Manethon's Apotelesmaticorum Libri VI, nunc primum ex Bibliotheca Medicea editi, cura Jacobi Gronovii, qui etiam Latine vertit ac notas adjecit. Lugd. Bat. apud Fred. Haaring, 1698.*

*The present State of the Socinian Controversy, and the Doctrine of the Catholick Fathers concerning a Trinity in Unity. By William Sherlock. London printed for William Rogers, 1698. 4.*

*Voyages and Discoveries in South-America, by Christopher d'Acugna, Mons. Acarete, M. Grillet and Bechamel. London, for S. Buckley, 1698. 8.*

*Alcali vindicatum: Or, the Acid Opimiator not guilty of Truth. By William Coward. London for Tim. Child, 1698. 8.*

*The Doctrine of Acids in the cure of diseases farther asserted. By John Colbatch. London for Dan. Brown, 1698. 8.*

*A Concordance to the Holy Scriptures. In a more exact Method then hath hitherto been Extant, Cambridge By John Hayes, for Awnsham and John Churchhill, London, 1698. fol.*

*Jo. Clerici Opera Philosophica in quatuor volumina digesta. Amstel. apud Georgum Gallet, 1698.*

*Les Hommes Illustres, qui ont paru en France pendant ce Siecle, augmenté des Eloges de Mesieurs Arnauld & Pascal. Par Mr. Perrault. Suivant la Copie imprimée a Paris, chez Ansoine Dezallier, 1698. 12.*

\* \* \* \* \*

# ACTA ERUDITORUM

*Publicata Lipsiæ*

*Calendis Augusti, Anno M DC XCVIII.*

*VESPERÆ GRONINGANÆ, SIVE AMICA DE REBUS  
sacris Colloquia.*

Amstelædami, apud Henricum Desbordes, 1698, 8.  
Constant plagulis 30.

**E**cclesiæ Gallicanæ Reformatæ Pastores quatuor ob religionem epatria extorres, at ab Illustribus Groningæ & Ome-landiarum Ordinibus suscepti, Ecclesiæque provinciali Gallo-Belgicæ præpositi, in eam haud ita pridem sententiam convenere, ut per vices semel hebdomatim recurrentes amicum de rebus eruditis, philosophicis, criticisque ac potissimum theologis colloquium instituerent, libera illi, qui colloquentes exciperet, potestate relicta, selectam aliquam materiam proponendi, quæ exercitii argumentum esset. Et hunc quidem, qui scenam pro alterante ordinis ratione aperiret, meditata semper loqui, quæstionem formare, in utramque partem differere, difficultatem enodandam indicare, sententiasque rogare; sed, qui responderent, eos imparatos & prout ingenii vis extemporanea tulerit, proferre sua voluerunt. Accessit vero mox post primas congressiones alius e vicinia Pastor, quem quintum sibi assumere ob pietatem ejus & doctrinam illi minime dubitarunt, junctaq; sic industria per hebdomadas bene multas sua hæc colloquia per seriem non interruptam continuarunt, & fortassis etiamnum continuant. Ut ne tamen sibi solis Musisque suis canere viderentur, suafu insuper novi hujus Socii excitati, ea quæ in singulis conventibus dicta fuissent, in chartam quoque conjicere ac luci publicæ exponere decreverunt. Data ergo est eorum uni hæc pro-

Xx

vin.

vincia, ut sermones aut hæctenus habitos aut imposterum miscendos literis consignaret, Gallico, quo uti ipsis inter colloquendum placuit, idiomate in Latinum transfunderet; qui partium sibi demandatarum satagens, colloquiorum viginti hanc veluti historiam suffragiis reliquorum probatam composuit, eamque a vespertinis horis, quas exercitiis istis destinare visum fuit, sub Vesperarum Groningarum titulo vulgavit.

Quemadmodum autem ex hac totius instituti delineatione, quemvis facili negotio cogniturum autumamus, quod liber hic miscellaneas exercitationes, & eas quidem nulla ut plurimum compagine inter se connexas, sed solutas liberasque, & ad varia argumenta, prout hæc se obtulere, excurrentes sistat: ita ordinis inter differendum a collocutoribus eruditissimis observari soliti vel duo hæc specimina exhibere consultum arbitramur.

Primo loco ea afferemus, quæ ad illustrandum dictum Petrinum de bona conscientia, quæ sit *ἐπερώτημα εἰς Θεόν*, 1. Pet. III, 21. in tertio Colloquio fuere monita. Multa nempe differuit auspiciam ejusdem faciens Vir doctissimus de conscientia, quam judicium mentis de factis aut faciendis in ordine ad Dei judicium definivit, eamque deinceps in bonam & malam dispescuit. De faciendis bonam illam esse dixit, quæ judicet de bonis & malis, quo ad congruant aut discrepent a recta ratione & a regula actionum nostrarum a Deo præscripta; de factis vicissim, cum in plurimis peccaverimus, bonam non esse conscientiam dixit, nisi cum peccatum agnitum, seriatim poenitentia acta, & recursus ad misericordiam divinam susceptus fuerit, & persuasus quis sit de impetrata venia, inque hac persuasione acquiescat. Talem conscientiam esse *ἐπερώτημα εἰς Θεόν*, quæ interroget & petat, quid ad salutem obtinendam factum opus sit? Dicti ergo Petri hunc videri sensum: Baptismum non eum esse, qui maculas corporis eluat, sed in quo bona conscientia interroget, quid factum opus sit ad salutem? allusione facta ad interrogationem, quam Judæi Petri prædicatione percussit & postea baptizati ad hunc direxerint, Act. II, 37. Sicut autem interrogationem illam bonæ conscientia eam esse dixit, qua quis Deum consulat, quid ab ipso velit fieri; ita non excludi debere addidit eam interrogationem, qua peccator baptizatus interroget, quomodo Deus erga ipsum affectus sit? quaque in precibus suis Deum compellet: non-

ne



ne tu meus es pater? ubi depositis fordibus animæ conscientia de gratia Dei certior facta pacata efficiatur, unde ex sensu remissionis peccatorū bona illa conscientia nascatur, qua fretus fidelis audacter Deum interroget, annon favor ipsius per Christi mortem sibi sit conciliatus? Percepta hae expositione vix verosimile judicarunt aliqui, tam alta mente repostam mansisse apud primos Petri auditores hujus suæ interrogationis memoriam, ut inde occasionem is habuerit, diu satis post habitam primam istam concionem eos sic alloquendi. Quid? quod Petrum tunc ita percontantes varia postmodum in loca dispersi fuerint, multi etiam ex iis obierint, aliis plurimis in eorum locum aggregatis, qui Apostolum concionantem non audiverint, nec interrogationis istius primorum e Judæis profelytorum recordari adeo potuerint. Respondit autem Vir doctus, utique prioribus duntaxat illis, qui Petrum concionantem audiverint, hanc locutionem præbuisse *μνημόσυον* interrogationis olim factæ, & alios revera non intellexisse Petrinum scopum, sed hos tamen nihilofecius hoc agnoscere potuisse, quod Petrus verum salutis medium ac viam esse bonam in Deum conscientiam asseruerit. Nondum vero penitus satisfieri dubio responsione hac adstantes rati sunt, aliusque se observasse dixit, quod *ἐπερωτᾶν* æque ac simplex *ἑρωτᾶν* non interrogare tantum, sed & orare ac precari significet, unde sensus sit: Baptismum non id esse, quo salvemur, sed orationem, quam bona conscientia fundat ad Deum; & hanc interpretationem postea latius deduxit atque vindicare studuit. Attamen post primas illas *Φροντίδας* meminit, apud Hammondum similem se expositionem vocis *ἐπερωτήματα* per interrogationem legisse, quo auctore denuo perlustrato in castra Viri docti, qui colloquii hujus initium fecerat, transiit. Equidem adhuc objecit, dici quidem potuisse a Christianismi tyronibus, cum primum suam ad Christum conversionem meditarentur, quid faciemus? non autem pariter ab illis, qui jam ante plures annos tyrocinium posuerint, religionemque Christianam docti fuerint, ac proin, quid facto opus sit ad salutem, minime ignoraverint. Sed in promptu esse responsionem agnovit, a-gi de Baptismo, per quem salvi siamus, in quo omni tempore distinguī debeat baptismus aquæ, qui non salvet, a bona conscientia ex Deo quaerente, quid a nobis exigit, obsequiumque promittente, quam demum salus consequatur.

Alterum specimen depromemus e colloquio decimo, in quo de polygamia Patriarcharum, deque gradibus affinitatis & de nuptiis incestis actum fuit. Duas imprimis Quæsitores sententias retulerat, unam eorum, qui statuunt, polygamiam Patriarcharum in vitio utique cubasse, sed a Deo fuisse excusatam, condonatam, toleratam; alteram eorum, qui super polygamia a Deo cum Patriarchis dispensatum fuisse censent; se autem priori illi calculum suum adjicere professus est. Ast idem Vir doctus, quem antea primum differentem introduximus, neutri sententiæ adhærere voluit, mentemque suam sic explicuit. In matrimonio aliud constituere ejus essentiam, aliud ad ejusdem melius esse quid conferre. Prius conjunctionem vocavit a Deo factam, posterius bonam quandam conditionem, qualis heic sit bonum charitatis in genere humano fovendæ & constringendæ. Bonum hoc in generis humani primordiis non aliter quam per copulatos fratres sororesque obtineri potuisse, sed lapsu temporis & generationum sibi succedentium multiplicatione, per remotiorum advocationem potius promotum id fuisse innuit. Porro ad fomentum charitatis plurimum conferre unitatem viri & uxoris; sed commisisse tamen Deum, ut ista conditio, licet optima, abesset, dubium an recentis generis humani multiplicationi hoc indulgens, an alia de causa? Christum autem melius esse conjugii hac in parte perfectæ restituisse. Divortii insuper ignorationem per se quoque ad melius conjugii omnino facere, sed Deum pariter istius licentiam indulgisse ob Judæorum & forsan quoque aliorum ante eos populorum *σκληροκαρδία* innuit; Christum vero tanquam supremum charitatis magistrum & hoc charitatis fomentum pristinum recollectisse. Patriarchas igitur ac alios in V. T. & polygamiam & divortium sectantes nequaquam adulterii insimulandos venire, sed velut jure sibi concessio utentes considerari debere affirmavit. Sed cum objiceretur, nusquam legi, quod primæva conjugii institutio ulla ex parte relaxata fuerit; respondit, dubium haud esse, quin Abrahamum ea de re Deus monuerit & informarit. E Lev. XII, 18. objectum fuit, disertissimis ibi verbis polygamiam prohiberi. Negavit hoc Vir doctus, istamque legem potius cautionem esse dixit, n gratiam uxoris factam, quam dimittere dato illi repudii libello certis quibusdam in casibus marito integrum non fuerit. Prohibuisse namque legislatorem, ut ne vir ductam antea a se vitiatam repudi-

puđiareſ, & aliam ei ſuperinduceret, quæ ægre iſti faceret, förtemque ejus amaram redderet. Delati collocutores ad locum Deut. XXIV, f. f. diſquiſiverunt: an ob ſolam adulterii cauſam, an vero & ob alias leviores viro Jſraélitæ dimittere uxorem olim licuerit? Ubi poſt varia in utramque partem diſputata acquieverunt tandem in hac ſententiã, quod utique Judæi & ob ſolam diſplicitiam, & ob alias cauſas non adeo prægnantes, ſuas uxores dimiſerint; interdici autem heic primo marito, ne uxore mita dimiſſam poſt copulam cum alio reſumeret, non; quod hæc interim per ſubſequens conjugium adultera effecta fuerit, ſed in refrænationem petularitiæ maritorum & laxæ illius repudiorum & conjugiorum repetitorum licentiæ, & in favorem repudiatæ ſemel uxoris, ne ea denuo prioris mariti arbitrio & odio ſubjiceretur. Ulterius de conjugii inceſtuofis multa promiſcue dicta fuerunt in hoc colloquio, alio aſſerente, quod omnes nuptiæ contractæ cum perſonis talibus, quibuſcum eas contrahere non ſinat conſanguinitas affinitasve, vitium a natura & intrinſece ſecum habeant; aliõ econtra, id valere tantum in linea recta, non item in collateralali, prolixius oſtendente; tandem vero Vir ille doctus, quem collocutores noſtri ſibi acciverant, ita rem definivit: vitium nullum a natura & intrinſece, inhære iſtis matrimoniis, quæ inter proximos inſtituantur. Equidem quoad conjugia in linea recta, non legi in libris Moſaicis, ullum unquam patrem accepſiſſe in uxorem filiam a ſe genitam, aut ullam matrem nupſiſſe filio; non audere tamen ſe ex Scripturæ ſilentio argumentum contra ejusmodi conjugiorum validitatem depromere, quia nuſpiam ante Moſen prohibita inveniantur. Nec velle ſe viciffim affirmare, quod permiſſa fuerint, cum non ſatis norit, quænam ſit eorum habitudo & relatio ad Dei naturam ejusque ſanctitatem. At in aliis conjugii, quæ in tranſverſo gradu occurrant, nihil ſe deprehendere, unde concludi poſſit; illa a natura vetari, & intrinſeca quadam *avopela* laborare.

Ad modum igitur hætenus delineatum in unoquovis colloquio Viri ſolertiſſimi ſe geſſerunt, unde reliquorum argumenta breviter tantum cum benevolo Lectore adhuc communicabimus. *Primum* expendit locum Exod. IV, 24. 25. 26. In *ſecundo* tractatur quæſtio: an circumciſionis omiſſio in deſerto dita fuerit? & dicta Joſ. V, 2. & 9. illuſtrantur. De *tertio* jam plura diximus. *Quartum* in tempus,

quo Magi ad Christum accesserint, inquit. *Quintum*, quod paulo brevius est & abruptum, lucis nonnihil affert probationi resurrectionis Christi *1. Cor. XV, 13, 14.* & quaestioni: cur Christus a Magdalena tangi noluerit? itemque effato Salvatoris *Matth. XXVI, 29.* de vino novo, quod bibere velit cum Discipulis in regno Dei. *Sextum* agit de nomine, quod Christus per hereditatem accepisse dicatur *Ebr. I, 4.* *Septimum* τὰ ἐπίγεια & τὰ ἐπεράνια occasione dicti *Joh. III, 12.* considerat. *Octavum* occupatur in quaestione: utrum legi Mosis morali Christus aliquid addiderit? *Nonum* polygamiam ab ipsis Christianismi principiis prohibitam fuisse ostendit, & praecipuum Paulinum *1. Tim. III, 2.* illustrat. Post *decimum*, cujus contenta fufus retulimus, in *undecimo* quaestiones de divortio ex *Matth. XIX.* emergentes cumulantur atque resolvuntur. *Duodecimum* exegesis exhibet capitis, quod vigesimum quartum est apud Matthaeum. *Decimum tertium* verba Christi de Pharisaïs in cathedra Mosis sedentibus ex *Matth. XXIII, 3. 4.* perpendit. *Decimum quartum* de fideli non morituro agit. In *decimo quinto* post novum de divortio locum *Marc. X, 11.* s. alius quoque ex *Matth. XVI, 22.* ubi ad Christum Petrus ait: ἰλαῶς σοι Κύριε, explanatur. *Decimum sextum* Pauli verba *Ebr. VIII, 9.* cum dicto *Jeremiae cap. XXXI, 32.* locumque *Ebr. X, 38.* cum *Hab. II, 4.* confert. *Decimum septimum* de angelo, cujus meminit *Psaltes Ps. XXXIV, 8.* & de angelorum respectu fidelium superioritate vel inferioritate; *decimum octavum* de sensu *Psalmi octavi*, itemque de significatione vocum *Θησαυρὸς, σῆς. βρώσις*, occasione moniti *Matth. VI, 19.* disceptat, ac sub finem de versu ejusdem capitis vigesimo septimo observationes quasdam suppeditat. *Decimum nonum* in fronte gerit quaestione: quid significet ἵνα & ὅπως, cum citatur Scriptura Veteris Testamenti his verbis: ἵνα vel ὅπως πληρωθῆ &c. & quomodo Scripturae impleri dicantur? tandemque *vigesimum* vim testimoniorum Veteris Testamenti ad probandum, Jesum esse Messiam; & applicationem vaticinii *Esaiani* e capite ejus septimo *v. 14.* a *Matthaeo cap. I, 22. 23.* factam vindicat.

**LEXICON PHILOGICUM, PRÆCIPUE ETYMOLOGICUM**

& Sacrum, auctore MATTHIA MARTINIO &c.

Trajecti ad Rhenum, apud Antonium Schouten, 1697. fol.

Alph. 21.

Mat-

**M**Atthiæ Martini, quod hic exhibemus, Lexicon Philologicum jam dudum adeo innotuit omnibus, ut de eo vel verbum dicere supervacaneum fuerit. Itaque tantum, quæ novæ huic utilissimi operis editioni accesserint, paucis indicasse suffecerit. Primum Auctoris vita ab Anonymo composita adjecta est, in qua narratur, ut natus Martinius Freienhagæ in Comitatu Waldeccensi A. 1572 fuerit: ut post absolutum studiorum in illustri Scholâ Herbornensi cursum, Dillæam primum, arcem Comitum Nassoviorum, A. 1595 ad Concionatoris Aulici munus vocatus fuerit: ut A. 1596 in Herbornensi Schola Professoris spartam subierit: ut ab Ermdanis A. 1607 ad Ministerium verbi fuerit adscitus: ut denique A. 1610 Rectoratum illustris Scholæ Bremensis susceperit, magnoque studio, nec sine insigni Scholæ incremento administraverit, donec A. 1630 in pago Kirchtimmeke ad quartum fere ab urbe Brema lapidem, quorsum corpore jam languidior ad capiendam recreationem excurrerat, catharro suffocante extingueretur. Synodo eum Dordracenæ magna cum auctoritate interfuisse, a Senatu Bremensi una cum Henrico Isselburgio & Ludovico Crociø delegatum, ex Actis Synodi constat; nec ignotum, quam strenuum Reformatae Religionis adversus Lutheranos promachum se exhibuerit. Illud operæ pretium fuerit monuisse, quod auditoribus suis commendavit assidue, ut ad Fœderis leges atque ritus Dei Oeconomiam dirigerent: unde, cum inter discipulos ejus etiam Johannes Coccejus fuerit, licet utcunque originem Coccejanæ de Fœderibus methodi intelligere. Unicum addimus, etsi id tanti forte non est, studiis incubuisse eo, quem proximo mense in Blondello & Cujacio notavimus, more, humi nempe stratum, media inter librorum hinc inde sparsa volumina. Alterum, quod Philologico Lexico adjungere Editori visum fuit, ejusdem Etymologicum est, seu Cadmus Græco-Phoenix, liber *Johannis Georgii Grævii*, Viri celeberrimi, qui ut denuo typis describeretur auctor fuit, judicio doctus & studiosæ juventuti perutilis, paucisque hætenus notus. Ast maximum novæ editioni decus Grævius ipse conciliavit, Glossario Isidori, quod toties in Etymologico esset laudatum, nec reperiretur nisi in Isidori operibus, in Glossarum Scripturis a Bonaventura Vulcanio editis, & in Corpore Auctorum Latinæ Linguae Dionysii Gothofredi, eoque in paucorum esset manibus, annexo; sed cum emendasset ante, & Annotationibus eruditissimis, quæque solæ

solæ emptores novæ Martiniani Lexici editionis, etiam eos, qui veteri jam instructi sunt, allicere poterunt, illustrasset. Cæterum cum in Dedicacione Glossarii Isidoriani ita exornati ad Fratrem suavissimum Gothofredum Grævium, Senatorem urbis nostræ & hoc tempore Syndicum gravissimum, Grævius indicaverit, molitum se jam olim editionem Glossariorum suorum manuscriptorum, cum Fasciculo aliorum Scriptorum ἀνεδότων utriusque linguæ studiis servientium; rogamdum publice meritissimum de bonis litteris Virum censemus, ut institutum illud ne abiciat, vitamq; illi & otium ad illud feliciter exequendum merito apprecamur. Denique & Viri Clarissimi *Theodori Jansonii ab Almeloveen* Auctarium ac Variorum Collectanea in Glossarium Isidori sub calcem totius operis subjiciuntur.

SAGGIO DELLA SCIOCCHEZZA DI NICOLO MACHIAVELLI.

h. e.

*SCRUTINIUM STULTITIÆ MACHIAVELLI SOLO ETIAM discursu naturali sic detecta, ut pateat, axiomata ipsius præcipua communi quoq; orbis terrarum utilitati atque commodis repugnare; auctore JO. LAURENTIO LUCCHESINIO, S. Jesu, S. Congr. Rituum Consultore.*

Romæ, typis R. Cameræ Apostolicæ, 1697, in 4. Alph. 1. plag. 22.

POST Anton. Possevinum, Innocent. Gentilletum, Thom. Bozium, Ribadeneiram & alios Machiavelli antagonistas, præfens quoque harum Lectionum, quæ Illustri *Magliabecchio* curante ad nos nuperime pervenerunt, Autor celeberrimus, flagitiosa ejus dogmata, quibus civilem doctrinam corrumpit, aggressus est. Cujus quidem institutum eo tendit, ut non tam, quod cum pietate maxime atq; divini verbi sancitis *Φορτικὰ* isthæc ἀξιώματα pugnent, quod a plerisque factitatum hætenus, quam quod noxia eadem quoque sint, atque privatum cujusque Principis commodum (quod Interesse vocant) evertant, ne hæc etiam specie pluribus dehinc imponant, demonstret. Eam rem ut feliciter expediret, Salomonis Proverbia, veras quippe illas regnandi artes

artes & normam continentia fundamenti voluit esse loco, quorum capitis I versus XII priores ita exposuit, ut Salomonis consilia promovendis non minus hujus vitæ commodis inservire, & quemadmodum ab iisdem longissime recedant Machiavellica deliramenta, sic non posse non damnosa eadem existere, & perniciem afferre auscultantibus ostendat. Sic Lectione II occasione verborum S. textus v. 2. 3. 4. *ad sciendam sapientiam, intelligentiam &c.* quales optimæ sint Imperantis dotes & virtutes, & quæ vera illa Status ratio sit, explicatur, & caput XVIII *Principis Machiavelli* simul impugnatur. Sic Lectione XVI occasione verborum v. 7 *Timor domini principium Sapientia*, ejusdem alterum impium assertum, quod idololatria Romanorum magnitudinem & fortitudinem bellicam promoverit, evertitur. Singula vera themata exemplis illustrantur ex sacra divini codicis atque profana quoque historia depromptis.

**ACCESSIONUM HISTORICARUM TOMUS II. CONTINENS**  
*potissimum Chronicon Alberici Monachi trium Fontium, diu desideratum & e Manuscriptis editum a G. G. L.*

Hannoveræ, apud Nic. Försterum, 1698, 4. Alph. 4. pl. 21.

**P**ROsequitur institutum suum, de quo mense hujus anni Martio pag. 149 diximus, Illustris Accessionum Historicarum Editor, *Godefridus Guilielmus Leibnitius*, jamque *Albericum*, Ordinis Cisterciensis in coenobio trium fontium, quod ad Leodiensem Dioecesin spectat, monachum, Chronici a mundo condito ad annum usque Christi 1241 producti auctorem, e tenebris in lucem publicam protraxit. Etsi enim, versatum Chronicon illud dudum fuerit doctorum virorum manibus, cujus auctoritatem jam suo tempore passim sequi se professus est Chronici magni Belgici Scriptor, idemque Canonicus quondam Regularis prope Nussiam, & e recentioribus tum viri alii clarissimi, tum Jo. Jacobus Chifletius in primis magni æstimarunt; editionem etiam illius Andreas Quercetanus, ut Aubertus Miræus in Auctario Scriptorum Ecclesiasticorum memorat, molitus fuit: hætenus tamen, quod sciamus, typis illud excusum nusquam comparuit. Itaque optime de Orbe Literato meritus est celeberrimus Leibnitius, dum integrum, antiquum & membranaceum illius codicem nactus, omnium usui Chronicon

nicon hoc exposuit, vel eo nomine merito commendandum, quod indigerendis illustrium Familiarum genealogiis magna in eo diligentia eluceat, qualem in aliis istorum temporum Scriptoribus, si unum nondum editum, qui seculo XI floruit, & Leibnitio nostro teste, cognationes familiarum nobilium studiose itidem explicuit, excipias, frustra quænaveris. Tametsi nec quoad ipsam rerum gestarum historiam sterile adeo Chronicon est, quin in eo recensentur alibi non obvia (quale e. g. est, quod non nisi in eo, & ex illo in Chronico magno Belgico se legisse Leibnitius testatur, Fridericum nempe Barbarossam, cum primum in Italiam tenderet, in frequenti Procerum Germaniæ conventu constituisse, ut si forte tunc extingueretur Suevica sive *Wibelingiadum* adoptivorum familia, Imperium in Henricum Leonem *Guelfum* transferretur) & in eodem selectiora librorum, qui dudum periire, loca conservantur, imo & editi nonnulli Scriptores, quorum verba hic illic recitantur, emendari ex illo possunt. Sed de his ipsam Illustris Editoris præfationem, inque ea elegantissimam de Hugone a S. Victore, qui Saxonix & Blanckenburgensium quidem Comitum familiæ vindicatur, digressionem, nec non Annotata præfationi prioris Accessionum Historicarum voluminis adjicienda, ab unoquoque legi malimus. Nos vero non nisi aliquod Præfationis hujus velut supplementum, ab ipso celeberrimo Editore, ut in Actis nostris publicaretur, transmissum hic annectemus.

*Absentia Editoris a typographicis operis & festinationis necessitas ob nundinas imminentes effecere, ut nonnulla in præfatione exciderent aut transponerentur. Addere scilicet opera pretium fuisset, Johannem Parisinum, Canonicum apud S. Victorem, qui in Memoriali Historico Hugonem a S. Victore Saxonem genere & ortu præpotenti parentela fuisse scripsit, extare in Scriptoribus Francicis Duchentianis. Et ubi refertur Gl. Paulinum Meibomio seniori tanquam primo auctori deductionem Hugonis ex Blankenburgiis Comitibus tribuere, adscribendum erat, idem tamen jam ante diserte haberi in Manuscripto Chronico Halberstadtensi Winnigstadii, celeberrimo Meibomio nepote etiam testante. Et cum pagina sequente hinc verba, quibusdam nescio quo casu omissis, post hæc verba: avunculum quo simul Halberst. Archidiaconatum tenuisse, addendum: quorum ratio commode reddi non potest; quibus deinde subjiciendum, nisi Reinhardo Episcopo fundatori aut vicinis aut cognatione*

pro-



*propinqua junctos fuisse ponamus. Pag. proxima, qua est* )( . 2, *verba ex conjectura opinor Viri docti referenda erant ad id quod dicitur de diœcesi Catalaunensi, tanquam in ea sit Monasterium trium fontium, quod habet codex Claramontanus manu recentiore scriptus ex conjectura opinor Viri docti & Bibliotheca Cisterciensi Caroli de Viseb. Nam diœcesis Leodiensis in codice meo membranaceo, pariter ac recentiore Gvelfebetano, disertis verbis nominatur. In Leodiensi certe diœcesi vixisse. &c. &c.*

*Spharmata etiam nonnulla ob dictas causas, in extrema praesertim parte operis, incorrecta mansere. Ita sub initium Variarum Lectionum ponitur, unum tantum prioris partis Alberici frustum affuisse, pro quo legi debet Miltum. Et anno 1214 p. 473 in literis qua ibi dicuntur Amphibologica, omittenda erant commata; & ann. 1220 pro Bononia civitate Anglia, leg. Italiae, & ann. 1224 pro Vernoitb, forte Vernoilh, id est Verneuil; & anno 1226 pro Benbinhusen leg. Bebinhusen, & ann. 1239 p. 571 pro Romani leg. Comani.*

**EVANGELIUM MEDICI, SEU MEDICINA MYSTICA, DE**

*suspensis Naturæ legibus, sive de miraculis reliquisque en trois siècles mémoris, qua Medica indagini subijci possunt.*

*Auctore BERNARDO CONNOR, M. D. e*

*Regia Societate Londinensi, nec non e Regali Medicorum Londinensium*

*Collegio.*

Londini, apud Samuelem Briscoe, 1697. 8. plag. 19½.

**C**Um multi sint, qui in dubium vocant commemorata in sacris literis miracula, hac potissimum ratione moti, quod mente concipere non possint modum, quo illa fuerint producta, hos ut refelleret doctissimus Auctor, in libro praesenti demonstrare suscepit, non magis arduum esse conceptu, quomodo infinita Numinis potentia miracula, in homine praecipue, operetur, quam quo repetit indies neglecta naturæ phaenomena. Hunc ergo in finem primum de statu corporis praesertim organici secundum naturam agit, tres statuens hominis partes, spiritum nempe seu substantiam cogitantem, corpus, h. e. partium solidarum seriem & fabricam, & animam seu fluida corporis; harumque posteriorum partium oeconomiam & usum breviter explicat. Hinc ad statum corporis humani praeter naturam pergat, qui in deprava

vata aut perturbata partium solidarum & fluidarum dispositione consistit, qua omnia vel aliqua corporis seorsim, aut animi, vel utriusque simul munia læduntur, aut quædam abolentur, & de morbis nonnulla commentatur. Tandem ad statum corporis humani supra naturam transit, inculcans, supremum rerum Opificem, qui solus sit unica & immediata effectuum omnium causa, etiamsi per motus leges, quas ipse sancivit, omnes naturæ effectus ut plurimum hæcenus produxerit, posse tamen pro arbitrio vel easdem leges abolere penitus, vel suspendere aliquandiu, prout ipsi libitum fuerit, & suspensis illis legibus diversos effectus vel novos creare. Cum enim motus sit effectuum omnium unica causa, ipseque unice & immediate a Deo solo procedat, adeoque materia, ejusque figura & moles, quæ vulgo naturales seu secundæ causæ dicuntur, veræ causæ non sint, sed tantum passiva quædam, apta tamen instrumenta & occasiones, quæ summum Opificem ad producendos, secundum leges a se latas, effectus determinant; manifestum esse putat, immensam Dei potentiam, etiam sine ulla motus lege & naturæ auxilio, varia in corporibus admiranda efficere. Quoniam autem tres præcipuæ sunt motus leges, nimirum (1) Corpus, quod movetur, ab alio movetur; (2) Corpus in motu positum obviis corporibus, si molis non sint ingentis, motum communicat; (3) Corpus in motu positum in motu semper consistit, donec motum alteri corpori communicaverit: Auctore judice, hæc leges ita suspendi possunt, ut (1) Deus moveat corpus, sine occasione alterius corporis irruentis; (2) data corporis irruentis occasione, Deus non moveat impulsus corpus; (3) Deus corpus in motu positum subito sistat, non communicato eodem alteri corpori. Primæ autem legis suspensione facta, cum corpus tripliciter moveri possit a Deo, ut scilicet vel motu totius uniformi & cum tota sua mole moveatur; vel singulæ minutissimæ ejusdem particulæ non tantum communi toti, sed etiam proprio motu agitentur; vel singulæ exilissimæ particulæ non tantum moveantur, sed etiam figuras deponant & novas recipiant: juxta primum ex his modis plane concipi posse censet experientissimus Auctor, quomodo aspectabilis hæc Mundi materia in tam diversas partes, in tam miras formas disposita sit & coagmentata; quomodo rursus in pristinum suum chaos reduci possit; quomodo corpora sine naturali impellente per aërem ferri, maria removeri, nec non aquæ abyssi supra terræ

terræ superficiem evehi & terram inundare possint : juxta secundum autem movendi modum, qua ratione homo, ex motus intestini in fluidis corporis defectu mortuus, restaurato principiorum sanguinis motu, ad vitam revocari; quomodo materia morbida in toto sanguine vel aliqua corporis parte latitans subito auferri, vel intus corrigi possit, ut cæci videant, surdi audiant, muti loquantur &c. contra vero nervorū canaliculi aliena materia infarcti & obturari, ut homines surdi, muti, cæci evadant, imo tota sanguinis massa corrumpi & inquinari, latentes morborū fomites suscitando, & novas figuras iisdem imprimendo, ut homines peste, lepra, aliisque morbis corripantur: juxta tertium denique illorum modorum, quomodo (cum corpora inter se non discrepent, nisi quoad molem, texturam, figuram & proportionem molecularum, ex quibus constant) aqua in vinum aut sanguinem, corpusque humanum in salem possint commutari. Porro si secundam motus legem suspensam ponamus, poterit corpus humanum famelicis sævientium beluarum rictibus expositum illæsum persistere, & vita frui ceti ventriculo conclusū; poterit rubus coacervatis in vorticem flammis non comburi; poterit homo fieri immortalis, & in æternum vivere sine alimentis, dum principiorum attritio & transpiratio præpeditur, ut nullum eorum fiat dispendium. Tertia denique lege suspensa, poterit flumen ad mare properans in cursu sisti, Solis motus inhiberi, singularum, ex quibus fluida constant, particularum motus intestinus coerceri, ut ex fluido fiat solidum corpus, & mare in parietes hinc inde divisum solidescat, possitque humanum corpus aquæ aut aëri inambulare.

Quibus generatim explicatis, specialia quædam miracula declarare aggreditur Auctor, qualia sunt corporis humani ortus miraculosus ejusdemque resurrectio. De his ita disserit, ut primo recenseat modum, quo generationis opus, secundum statutas naturæ leges, perficitur. Cum autem generatio aliud nihil sit, quam staminum in semine seu ovo muliebri contentorum debita expansio & rarefactio, a fermento maris prolifico facta, idque causa tantum sit occasionalis hujus motus a Deo producti, hinc efficit, Deum sine ullo fermenti virilis appulsu aut miscela, stamina, quæ ipse jam dudum solus in debitam seriem & ordinem disposuit, expandere & ita disponere posse, ut ovulum in uterum virgineum delapsum incrementa sumat, & in em-

bryonem foetumque paulatim turgescat. Nec difficilius explicatum censet, quod Deus, eadem lege motus suspensa, hominem ex informi gleba, seu certa terræ, salis, aquæ & sulphuris portione condiderit, cordiq; & fluidis partibus impresserit motum, aut ex costa viri foeminam formarit, ita ut vel pauca virilis costæ materiæ, tanquam stabili basi, nova superaddita sit materia, ut foeminæ statura viri staturæ pro generanda prole responderit, vel foemina primum cum pusillo formata corpore, ex assumtis Indies alimentis ad debitam muliebris corporis magnitudinem, puellarum more, paulatim adoleverit. Quod ad resurrectionem corporum demortuorum attinet, vel illorum partes solidæ adhuc integræ sunt, vel in minimas moleculas hinc inde dispersas resolutæ. In priori casu Auctor facile concipi posse censet, quod resuscitari possint corpora, si suspensa lege motus prima, cessans fluidorum motus restauretur, vel effusus sanguis venis restitatur: in posteriori autem ita requirit, suspensionem legis motus primæ, ut Deus colligat non solum particulas, quotquot ad idem corpus constitutum sufficiunt, sed easdem quoque illis figuras imprimat, apteque disponat; si vel maxime ponamus, easdem a se invicem longissime esse distitas, & post tot annorum orbis, figuras & naturam suam sæpius deposuisse, ut v. g. quod corpusculum olim sulphur fuit, nunc fortasse salis naturam induerit, & quod terræ quondam, nunc aquæ sit indolis. Ut enim idem corpus resuscitetur, necessarium esse judicat, ut non solum adsit una eademque numero materia, & una eademque terræ, aquæ, salis & sulphuris proportio, sed etiam partes illæ eundem servent situm, quem antea habuerunt, prætereaque ut partes, quæ nunc sunt sulphuræ, aquæ & terræ, eadem sint, quæ olim fuerunt salinæ, sulphuræ, aquæ & terræ; neq; tamen opus esse censet, ut tota eadem materiæ moles & quantitas, & idem elementarium particularum numerus, iterum sibi aptetur & resurgat; cum ut aliquod idem sit corpus organicum, non necesse sit, ut habeat easdem omnino dimensiones, aut molem, aut pondus, sed ut habeat eandem materiam cum eadem organorum fabrica, situ & numero. Ex quibus porro colligit, corpora hominum non resurrectura cum tota illa materia, cum qua moriuntur, nec cum tricenarii hominis statura, sed cum eodem corpore & cum eadem materiæ quantitate, cum qua primo nata sunt, imo forsân cum qua in utero generata sunt, dum illis spiritus cogitans conjunge-

jungebatur, ita ut omnes homines futuri sint ejusdem magnitudinis, Credibile quoque existimat, corpus nostrum resurrecturum cum iis duntaxat partibus, quæ ad vitam constituendam & conservandam omnino necessariæ sunt, cariturum autem organis, quæ præparando chylo & secernendis a sanguine humoribus, vel etiam respirationi sunt destinata, cum nullum olim futurum sit spirituum aut sanguinis dispendium, neque partium solidarum a sanguine nutritio, sed una eademque, quæ renata est, sanguinis, spirituum & partium solidarum quantitas incorrupta semper, juxta secundæ legis motus suspensionem, perduratura; ita ut corpus redivivum non solum tota post ortum advena materia, sed etiam ab omnibus fæculentis partibus expurgatum, & superfluis organis tanquam exuviis spoliatum, ad minimam molem reducat & volumen, nec tamen desinat esse totum & integrum corpus humanum, quia omnibus partibus in hoc statu ad vitam necessariis constat. Unde concludit, fore ut homines, qui cum naturali seu ponderoso & crassiori corpore olim obierunt, cum spirituali quodam microsomate seu pusillo corpusculo, passerum forsan, imo fortassis & muscarum instar, leves maxime, agiles, & summe mobiles renascantur. Porro Auctor, an multiplex esse possit corporis humani præsentia, disquirat, affirmans, quamvis omnia argumenta, quæ hactenus allata sunt, ut multiplex corporis nostri præsentia probetur, non tantum rationi, sed etiam corporis cujusvis, præcipue organici, naturæ & structuræ penitus repugnent, se tamen post diuturnum per devias naturæ salebras scrutinium, dum forte de exilibus embryonis staminibus, & de diversis nutritionis gradibus cogitaret, clare tandem & perspicue concepisse, quod suum vel Theobaldi corpus, operante Numinis potentia, novo quodam sed unico tantum modo, & in peculiari quodam sensu, ita vere multiplicari possit, ut integrum & vivum possit esse in plurimis distitissimisque locis, in eodem temporis momento, non tamen cum solita magnitudine; concipere autem haut potuisse, hominem totum, seu corpus ejus cum anima, posse esse duobus in locis simul, in eodem instanti: neque tutum tamen aliis, nec sibi congruum visum fuisse, enodatum hocce problema promulgare, quod quidam ex amicis veriti fuerint, id novis inter literatos litibus, bellis intestinis, & nescio quibus tumultuosis erroribus, originem daturum. Cæterum cum non in humano solum corpore, sed etiam anima rationali miracula

cula producta legantur, hæc quoque illustraturus Auctor primum agit de statu animæ secundum naturam, questus animam describi satis non posse, cum non plane sciatur, quid spiritus sit, & fortassis anima constet ex sui generis materia, subtilitate, agilitate, & pluribus aliis proprietatibus ætherem longe superante. Deinde exponit, quis usus sit animæ humanæ in corpore, quem, cum anima non sit causa motuum vitalium, in eo reponit, ut sensus sit auctor & liberi motus arbiter, hoc est, ut ideas habeat & conceptus de suo corpore & de omnibus circumstantibus, tam nocivis quam salubribus corporibus, corpusque in motum agat, ut noxia corpora fugiat, & proficua complectatur, corpusque adeo nostrum juxta rationis normam gubernet & conservet. Quomodo autem anima & corpus in se mutuo agant, id quidem fateatur Auctor nullis posse mechanicis legibus explicari, sed ad Deum omnino confugiendum esse, qui dum illas diversæ naturæ substantias connubio quodam associavit, leges quasdam & quasi pacta conventa inter utramque statuerit, quarum prima sit, quod juxta peculiare in humano corpore motus, peculiare in animo excitari debeant ideas; altera, quod secundum diversas animæ cogitationes & affectus, peculiare in corpore motus debeant produci. Quibus legibus suspensis a Deo, exoriatur animæ status supra naturam, ut (1) anima possit cogitare, sine ulla facta in organo sensuum impressione; (2) hac facta, anima possit non cogitare; atque adeo prioris legis suspensione facta, homo quivis sine ullo studio, sine ullis præceptis, & sine ullo profuso animi labore possit, quæ ante multa secula evenerunt, certo dijudicare, quæ post multa secula futura sunt, certo vaticinio prædicere, & aliis sub aptis diversorum sonorum & linguarum vocabulis exponere, latentemque somniorum, aliarumque mysticarum rerum sensum cocco-caliginis vel tectum explicare, & in apertam lucem proferre; quoad secundæ tandem legis suspensionem, possit homo, etsi toto corpore sanus sit, & nullo somno, yeterno, aut apoplexia correptus, in claro meridie adstantes homines, aut aliud quoddam obvium corpus, apertis oculis non videre. Quæ quidem omnia maturo Auctor eruditorum judicio emendanda subjicit, nec non probis & sagacibus rerum sacrarum præconibus fidei mysteriis, patefacto jam itinere, applicanda relinquit. Nos vero exponere hæc more nostro volumus, i. e. historice, censura Lectoribus relicta; quibus num ea, quæ para-

paradoxa in iis sunt, omni ex parte se sint probatura, non sine causa forte dubitamus. Subnexæ huic libro sunt duæ Auctoris epistolæ, in quarum prima ad nobilem virum D. Eduardum Suthwell S. R. Socium scripta, suam de secretionem animali sententiam dicit, rejectisque aliorum hypothesibus, affirmat, veram rationem, cur bilis v. g. in hepate fecernatur, non esse, quod similis sit pori & humoris figura, sed quia integrantes succi biliosi partes seu moleculæ, ex peculiari suorum elementorum proportione, atque ex consimili textura & figura, sibi ipsis facilius uniri possunt, quam moleculis lymphæ, urinæ, aut alterius liquoris, ac proinde bilis per glandulosos acinos, quoniam per ipsos primo post foetus conceptionem in utero filtrari cœpit, ad vitæ terminum cribrari non desinit; perinde ut per chartam bibulam oleo imbutam, si eidem aqua cum oleo commixta affundatur, oleum tantum, non aqua, transmittitur. In altera epistola ad literatum quendam Cantabrigiensem data, Sciagraphia exhibetur Oeconomix animalis, demonstratæ Oxonii primum A. 1695, deinde Londini, & tandem Cantabrigiæ A. 1696.

*BATH MEMOIRS: OR OBSERVATIONS IN THREE AND  
forty Years Practice &c.*

h. c.

*OBSERVATIONES THERMALES QUADRAGINTA TRIUM  
annorum, seu Curationes in orborum thermarum usu tam exter-  
no quam interno perfecta, benedicente Deo, dirigente  
ROBERTO PEIRCE, Doct. Medico & Socio  
Collegii Medici Londinensis.*

Bristolii, apud H. Hammond, 1697. 8. Alph. i. plag. 4.

Qui literis Historias has Medicas consignavit experientissimus Auctor, ab anno 1653 usque ad annum 1697 perpetuus urbis, quæ a thermis nomen habet, incola fuit, illasque solum consignavit, quarum ipse fuit testis, non sectatus incertas aliorum relationes. In Præfatione inter hypothesas, ex quibus declarari solet thermarum calor, illam, quam Henricus Rochas commentus est, maxime probabilem iudicat, quod scilicet ex conflictu variorum salium aliorumque mineralium & metallorum constans ille calor progeneretur, non vero ab actuali

igne supposito ducat originem; cum aqua ad ignem maxime fervescita calorem non retineat ad 17 horas, id quod tamen facere solent aquæ thermarum. Cæterum historias illas in duos digessit libros Cl. Auctor, quorum primus de usu thermarum externo, secundus de interno agit, quorum hic dudum intermissus, ante paucos annos denuo introductus fuit. Singula librorum capita peculiari morbo sunt destinata, a quo thermis usi (qui plerumque suis designantur nominibus) convaluerunt. Et in primo quidem libro comparent dolores vagi & fixi, malum ischiaticum, stupor artuum & paralysis, arthritis, morbi cutanei, morbi que mulierum & infantum. Secundus complectitur (post usum aquæ potionis in genere explicatum) morbos pectorales, palpitationem cordis, hydropem, diabetem, cachexiam, stomachi infirmitates, morbosque viæ urinaris. Ex quibus exemplis omnibus concludit, aquas thermales debellando maximo morborum numero pares esse; sicubi autem noxam aliquam ægro attulerint, eam non thermis, sed pravo, & sine medici consilio suscepto illarum usui esse adscribendam.

**Die älteste Deutsche so wol allgemeine, als insonderheit Elsäzische und Straßburgische Chronick.**

Hoc est:

**VETUSTISSIMUM CHRONICON GERMANICUM UNIVERSALE & ALSATICUM JACOBI de KONIGSHOFEN, nunc primum editum ex manuscriptis, & Observationibus Historicis illustratum a D. JOH. SCHILTERO.**

Argentorati, apud Josiam Städelium, 1698, 4. Constat alphab. 7. plag. 12. & aliquot fig. æn.

Jacobus de Königshofen, cui & Tvingeri cognomen a nonnullis tribuitur, nobili stirpe apud Argentoratenses ortus, & Præbyterorum urbis patriæ ordini adscriptus, seculo post natum Christum decimo quarto inclaruit, nominique suo famam posthumam conciliavit, scripto lingua Germanica Chronico, quo res inde ab orbe condito gestas, & historiam præ cæteris Alsatiæ, ac primariæ ejusdem urbis Argentinensis illustrare studuit. Nec medio-



diocrem opus hoc applausum apud eruditos consecutum est, qui istud olim *ἀνωρύμωσ* sub titulo, *Chronick uff unser Frauen Haus*, a loco, ubi manuscriptum asservabatur, frequenter allegarunt. At nemini haec integrum fuit typis istud publicis exscriptum legere; quamobrem circa haustas ex eodem narrationes fides adhibita iis, qui manu exarata illius exemplaria se evolvisse testati sunt. Prout autem haec non potuerunt non a describentibus variis interpolationibus modo augeri, modo minui, modo alias corrumpi: ita vel eruditissimos quosq; ad incerta de hoc Auctore testimonia edenda seduci passim contigit, quos inter celeberrimus etiam Gerhardus Johannes Vossius non depravatum modo ejus nomen suo de Historicis Latinis tractatu inferuit, Kongelshovium eundem nominans, sed & circa solam Argentinam haestasse laborē ejus innuit, atq; hunc insuper ad annum 1400 protractum affirmavit, cum tamen & universalem ille Historiam persequatur, & in anno 1386 jam tum desinat. Dudum equidem est, quod Franciscus Guilimannus, a quo sub Latino Regiovillani nomine citatur, editurum se Auctorem hunc promisit; fidem vero suam, incertū qua de causa, nunquam is exsolvit. Sibi ergo relictam arbitratus hanc provinciam *Schiltzeriu* Illustris, optime non de Auctore solum isto, sed & de inclyta Argentoratensium urbe mereri per accuratam illius editionem voluit. Et hanc quidem ita adornavit, ut textum ante omnia ipsum, cum variis bibliothecarum qua publicarum qua privatarum codicibus probæ notæ manuscriptis collatum exhibeat, ne apice quidem ullo uspiam mutato, tamen dialectus istorum temporum loquendi consuetudinem, secuta alicui paulo horridior apparere possit. Sua namque utilitate haud carituram ejus lectionem sibi penitus persuasum habuit, cum ea mediante in sensum veterum vocabulorum non ita aliunde cognitorum penetrare liceat. Id quod statim in præfatione nobili quodam exemplo manifestum reddit. Vocem nempe *Glese*, in antiqua Imperii matricula sæpius occurrentem, a nemine Actorum ante Goldastum exponi potuisse ait; quem tamen ipsum circa eam humani quid fuisse, passum ostendit, dum per Germanicum *Lanze*, quod equites quatuor designet, interpretandam autumat. Notasse hunc illius errorem Ericum equidem Mauritium observat, sed ita tamen, ut alium errorem in istius locum substituerit, vocem isthanc reddens per *peditem*, cum sane equitem potius eadem innui e Chronico præfenti pateat,

ubi inter alia Cap. II. §. 198. memoretur *ein Heer von 1500 Glefen und 30000 Fuszgöngere*, h. e. exercitus equites 1500, peditesque 30000 continens. Varias deinde lectiones ad marginem adjungit, inque hoc non minus ac in fine paginarum, Auctores alios, apud quos historiae in Chronico hoc enarratae itidem leguntur, nominat, ac notulas quandoque breviores superaddit, quibus praeter allatas in medium illustrationes textus alias, antiqua maxime vocabula praeter caeteris obscuriora explanat. Insuper cum Latinum quoque Chronicon Königshofius concinnare instituerit, ex eo nonnulla subinde cum Germanica narratione confert; quamvis Latinam istam scriptionem pro imperfecta se habere non dissimulet, eamque operis majoris apparatus modo quendam continere opinetur. Praecipuam vero Editor doctissimus industriam contulit in unam & viginti observationes Historicas prolixiores, quae absolutum demum opus Königshofianum integrum excipiunt, ac pro occasione nobilissimorum ejus lemmatum, discursus solida & varia eruditione refertos complectuntur.

Caeterum non est, ut ex Chronici hujus contentis multa in praesens decerpamus. Sequi Auctorem ubi vis deprehendas Hieronymianum Eusebii Chronicon, Martinum item Polonum, Vincentium Bellovacensem, & quosdam id generis Scriptores alios, qui, cum non raro fabulas venditare pro historiis consueverint, & Nostro ansam a veritatis tramite non semel aberrandi suppeditarunt; ac proinde narrationes aliquot confictas facile quis ei condonabit, si praesertim istud, quo scripsit ille, seculum his talibus valde omnino delectatum fuisse cogitaverit. Seria interim & jocos nonnunquam haud illepidi temperat, velut ubi mox ab initio quaestionem inspergit: cur foeminae viris ut plurimum loquaciores sint, ac in societatem coeuntes confabulandi modum vix tenere valeant? Et ejus rei causam inde derivat, quod Adamum ex humo, Evam vero ex costa condere Creatori placuerit; jam ossa in vase quodam gyrata strepitum nunquam non majorem edere infert, quam si humi particulas eidem ingestas circumagitaris.

Magis vero sibi nos postulant utilissimae, quas Editorem addidisse diximus, observationes, quae praeter plurima diplomata antiqua, actaque & observata ex Archivis omnium rarissima (in quibus subministrandis facilem admodum se praebuisse Illustrem Obrechtum gratus

pro-

profitetur, ) varia quoque alia, eaque ad eruditionem imprimis historiam spectantia, non citra insignem Lectoris fructum pariter ac voluptatem accumulunt. Nos igitur in specimen nonnulla hinc depromere consilium arbitramur.

Observatione *prima* literas non a Mose demum inventas, sed statim a mundi exordio a Deo angelisque hominibus commonstratas fuisse probat, ac deinceps ad vexatissimam de inventione typographiæ quæstionem excurrit, latius evincere satagens, quod istius gloria non nisi Argentoratensibus debeatur. In *tertia* de festis diebus in honorem B. Mariæ Virginis institutis erudite differit. In *quarta* Bullam Clementis VI angelis mandantem examinat, eamque allegatis Baluzii argumentis pro ficta habendam venire innuit. In *quinta* fabulam de Francis originem suam Trojanis debentibus considerat, eamque post indagatum ejus ortum explodit. Catalogum Episcoporum Argentinenfium, ab Erkenbaldo Latiniſ versibus comprehensum, ex Chronico Königshofii Latino pleniorē, quam vulgo hæcenus comparuit, in *sexta* legendum exhibet. In *septima* originem Majorum Domus in Gallia inde a temporibus Ansberti & Blithildis derivandam esse probat, eumque in finem carmen istud antiquissimum de origine & exordio gentis Francorum, quod A. 1644 primus edidit Aquinas a S. Joseph, quodq; sententiam modo memoratam affatim corroborat, una cum schematē genealogico ad istius ductum formato subnectit. *Oitava* observatio genus atque vitam S. Attalæ, primæ cœnobii S. Stephani Argentinenfis Abbatissæ, latius persequitur, & e reliquiis ejusdē, quæ hodiernum monstrantur, abscissam a fure quodam jussu Verntrudis, Abbatis Hohenburgensis, manum æri incisam repræsentat, & verba, quæ lapidi pretioso eam continenti inscripta sunt: GOTHE FRIT GOTHEFRIT. CIDE LERE DÖ DA, ita exponit: *Gottes Fried, Guter Fried; Zeiten Lebre tödret*, h. e. Dei pax, bona pax; seculi dogma occidit. Argentoratum non a Clodovæi demum ævo, sed inde a temporibus longe antiquissimis Monasterium (*das Münster*) habuisse, istamque Ecclesiam semper cathedralem fuisse, adversus Oseam Schadæum observatione *nona* demonstrat, ac ejus varias mutationes & accessiones enarrat, ornamenta insuper, raraque & pretiosa, quibus superbit, cimelia, nec minus epitaphia quædam antiquissima commemorat, tandemque in horologio ejus artificiosissimo definit, cujus de-

scriptionem a Conrado Dasipodio ( qui istius una cum Davide Wolckensteinio constructorem egit, ) conceptam apponit. Argentorati nomen, post urbis hujus antiquitatem, observatione *undecima* indagat, primo; istud Argentoractus pronunciatum fuisse existimat, composito hoc ex acty & argentarius vocabulo, & appellatione ista loco huic eam ob rem indita, quod ex indultu Romanorum Imperatorum argentarii in armis argento vestiendis occupati actus suos ibi exercuerint. Situm vero ejus primum non minus ac primam ejus amplificationem in adjecto schemate ichnographico spectandum sinit, atq; in sequenti *duodecima* antiquissimum illius regimen describit: ubi ad leges tunc receptas delatus, veterem Alamannorum legem temporibus Lotharii Augusti latam ex MSto optimo Latinam primum, & postea ex sua versione Germanicam notis peculiaribus stipatam adjungit; ut veteres illius civitatis articulos, Lotharii & Philippi privilegia, aliaque istiusmodi monumenta, quæ heic itidem publicantur, taceamus. Observatione *decima septima*, qua de bello ab Armeniacis A. 1439 & 1446 concitato (*dem armen Gecken Kriege*) agit, ex Archivo Argentoratensi acta atque annotata plurima rerum tunc gestarum seriem apprime illustrantia producit. Monumenta, quæ ad factam Argentorati in Judæos nequissimos A. 1349 flammis feralibus animadversionem, gentisque hujus A. 1369 subsecutam in urbem receptionem pertinent, in observationem *decimam octavam* constipantur. Trebetam, Nini Assyriorum Regis filium, primum urbis Trevirorum conditorem fuisse, atque in Argentoratenses quoque dominium suum exercuisse, allatis observatione decima nona multis argumentis penitus inficiatur. Afflictionis illius, quæ sicut ante alibi locorum, ita A. 1418 & in Alsatia plurimos ex utroque sexu homines miro impulsu adegit ad saltationem, ob miseros hos ad S. Viti ædem tunc ablegatos, vulgo *Veitz-tanz* dictam, observatione *vigesima prima* meminit, & providam Senatus Argentoratensis circa istos curam e literis quibusdam tunc in eorum gratiam exaratis celebrat.

Quod superest, in peculiarem adhuc appendicem congestit Editor solertissimus diplomata quædam & monumenta, quæ in antecedentibus observationibus suo loco commode inferere non potuit, idonea tamen, quæ passim ibidem dicta confirmarent, reputavit. Quinimo post duos Indices locupletissimos, quorum alter vocabula anti-  
qua

qua in Chronico Könighshofiano obvia, & in notulis observationibus explicata, alter vero historias & res in universo opere tractatas complectitur, brevius aliquod Chronicon ad exemplar MStum Archivi Reipublicæ Argentoratensis expressum comparet, in quo Auctor anonymus origines & fata civitatis *Friburgensis in Brügovia*, usque ad Maximiliani I. Imperatoris mortem, annumque adeo 1519 progressus, enarravit.

*PHILOSOPHIA MENTIS ET SENSUUM SECUNDUM Utramque Aristotelis methodum pertractata, Metaphysice & Empirice, a JOANNE BAPTISTA PTOLEMÆO, Soc. Jesu.*

Romæ, ex typographia R. Cam. Apost. 1696, in fol.

Alph. 8. pl. 6. & fig. æn. tab. 4.

Augustæ Vindelicorum, apud Jo. Casp. Bencard, 1698, fol.

Alph. 9. pl. 12. & fig. æn. tab. 4.

**P**hilosophiæ Peripateticæ adeo hætenus adversa fata fuere, ut à paucis æstimata, plurimis etiam prorsus fuerit despectui. Nimirum vel ipsa illi antiquitas nocuit, vel interpretum ignorantia, quippe quos passim, spretis vel minus intellectis utilioribus, palæas legisse tantum; indeque inanes quasdam contentiunculas confinxisse constat. Sed videtur & Aristoteli obfuisse discipulorum pertinacia, qui quæcunque ejus præcepta, quantumvis absona maxime (qualia multa comprehenduntur in Physicis) acerrime propugnare, quam vel latum unguem a Magistro discedere maluerunt. Quod cum probe advertisset Vir Clarissimus, *Jo. Baptistæ Ptolemæus*, novo habitu Philosophiam illam prodire voluit; si quisquam alius, felicissime Aristotelem cum recentioribus committens. Ita enim hoc Opere sectatur Aristotelem, ut mathematica eaque facillima methodo utiliora ejus præcepta exponat, & præterea novos Philosophos tantum abest ut fastidiat, ut potius in consilium sæpius advocet, & recens inventorum, quæ jactant, pleraque Aristotelem haud latuisse doceat. Lectores vero suos admonet, ut primo maximi momenti negotium esse putent philosophari, ac proinde strenua diligentia dignissimum; deinde ut sibi persuadeant vel fingant, hætenus se nihil novisse de rebus philosophicis, atq;

atque adeo remotis præjudiciis cuncta animadvertant, nihilque veluti obvium & tritum negligant aut aspernentur. Ita enim futurum sperat, ut cuncta paulatim iis pateant, factoque a facilioribus initio ad sublimia sensim ordine, quo ipsa gaudet natura, felici9 detur ascendere. Ut autem de methodo, quam Auctor doctissimus sibi proposuit, Lectori benè volo utcunque constet, (universam enim œconomiam accuratamque membrorum singulorum connexionem hoc loco repræsentare, operosum nimis foret,) in tres partes præcipuas totum opus distribuendum videtur, Logicam, Physicam, & Theologiam Naturalem. Et *Logica* quidem iterum tribus partibus absolvitur, *Logico-Grammatica*, elementa Philosophiæ seu linguæ Philosophicæ institutiones complexa, in qua termini primum, quorum in Philosophia usus est, explicantur, ac de propositionibus inde variisque earum affectionibus, de propositionibus item illativis, ac denique de syllogismo agitur: *Logico-Physica*, in qua tum de scientia in genere, tum de tribus sciendi artificiis, definitione, divisione & argumentatione accurate differitur: & *Logico-Metaphysica*, prima & generalissima humanæ mentis objecta exhibente, quippe in qua de impossibili & ente rationis, de possibili, de ente & ejus attributis, de ente relativo & absoluto, de substantia & accidente disquiritur. *Physica* seu naturalium rerum Scientia similiter tres partes complectitur, *Physico-Metaphysicam*, quæ circa magis abstrusa & secretiora occupatur, & de corporis naturalis idea & essentia, de corporum naturalium ortu & mutatione, de ente & non ente, de modis, loco, tempore & quantitate rerum exponit: *Physiologiam generalem*, qua varia Philosophorum de principiis corporis naturalis systemata, expendantur ac inter se comparantur, simulq; de causa efficiente, de motu item & impetu, variisque ejus generibus, nec non de qualitatibus & qualificationibus corporum disceptatur: & *Physicam particularem*, in qua de mundo, & quomodo operè sex dierum fuerit conditus, atque speciatim de globo terraqueo, mundo subterraneo, atmosphæra & meteoris, corporibus cœlestibus; tum de elementis, aëre, igne, aqua, terra; de mixto inanimi, salibus, fossilibus, lapidibus, metallis ac mineralibus; de corpore animali, vitaque plantarum nec non brutorum, de vi interna sentiendi, de appetitu sensibili & passionibus, de motu animalium spontaneo ac naturali, de sensibus externis eorumque objectis justo studio differitur. In *Theologia Na-*  
*turali*

*turali* denique seu scientia de Spiritu & incorporeis, videas de Spiritu in genere præmitti quædam, inde existentiam Summi Spiritus seu Dei demonstrationibus moralibus, physicis ac metaphysicis asseri; proponi deinde essentiam & attributa Divina, omnipotentiam inprimis tum in se tum quoad exercitium, adeoque Deum ut creatorem, ut conservantem, ut concurrentem & omnia immediate cooperantem, ut præmotentem & prædeterminantem physice; agi porro de Intelligentiis & Angelis, postremoque loco de Anima ejusque immortalitate.

Nam hic quidem editio Romana desinit. Non dissimulandum tamen, in editione Augustana Theologiæ Naturali subjunctam insuper esse *Ethicam*, in qua de Voluntate ejusque objecto Bono, de Passionibus, Virtutibus, ultimoque Fine hominis erudite atque eleganter differitur.

**INAUGURATIO ACADEMIÆ FRIDERICIANÆ POTENTISSIMI Principis FRIDERICI III Marchionis & Electoris Brandenburgici &c. serenissimus auspiciis natali ipsius die Calendis Julii 1701 XCIV dedicata, nunc sacro Ejusdem mandato a CHRISTOPHORO GELLARIO conscripta.**

Halæ Magdeburgicæ, typis CH. A. Zeitleri, 1698, fol.  
Constat Alph. 2. plag. 4.

**U**T Principum res gestæ in obscuro latent, nisi litterarum studiis & ingeniorum monumentis illustrentur: ita nihil illi præclarior, nihil immortalitate dignius agunt, quam cum litterarum studia in majus meliusque provehant. Propria hæc Europæ Gentium gloria est, in quibus Germani cum ceteris certant, & in Germanis (ut de Saxonibus nunc taceamus) Brandenburgici sibi hanc laudem adserunt singularem. Quorum potentissimus Elector *Fridericus III*, sapientissimus Princeps non contentus gloria Majorum, qui illustres litterarum sedes juxta Oderam & in Borussia condiderant: neque accessione Duisburgensis Academiæ, quam gloriosus Pater *Fridericus Wilhelmus Magnus* addiderat; nisi & ipse, pro summo in bonas litteras amore ac indulgentia, novum Templum ornandis & augendis Musarum sacris dedicasset. Cui vicinam Hallensem urbem, in Ducatu Magdeburgico sitam, elegit, Gentilis sui *Alberti* vestigia secutus, Archiepiscopi Mag-

deburgici, & Electoris Moguntini, nec non Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, qui de eadem civitate idem cogitaverat. Impetratis ergo ab invictissimo Imperatore privilegijs, tanto apparatu tantaque magnificentia Calendis Julijs, natali Electoris, cō I DC XCIV dedicata est Academia Fridericiana, ut parem splendorem, in litterarum studia collatum, non facile quisquam, vel nostra vel patrum etiam memoria observaverit. Digna res visa, quæ posteritati commendetur, quia raro contingit, ut tanto honore studia liberalia adfiantur. Quam curam serenissimus Elector Christophoro Cellario, elegantiorum litterarum in Academia illa Professori clarissimo, mandavit, qui impigre obsecutus, *Historiam Inaugurationis*, quam recensemus, hoc ordine consignavit.

Præfatus de Romanorum gloria, qui barbaras nationes litterarum studiis mitigaverint, Germanos sero hujus boni participes factos ostendit, quia diutissime Romanis repugnassent; & cum vix tandem commercium admisissent, omnem humanitatis cultum in Italia æque & in provincijs inundatione barbararum gentium penitus fuisse extinctum. Ortu autem beatoris sæculi cum restitui cœpissent litteræ, Brandenburgicos Electores ac Marchiones in primis fuisse, qui in laudis illius societatem venirent. Qui ut bona illa ad plures propagarent, instituerint novas Academias, quæ vero cupiditati Friderici Electoris non suffecerint, qui, alieno quamvis tempore, inter belli flammæ sacrarium Musis & bonis artibus dedicavit. Expositis deinde initijs, quæ tanquam fausta auspicia maturaverint opus, in eo Auctor est clarissimus, ut apparatus ejus rei, dignum tanto Principe, eumque tam in Aula quam in Academia, describat. Hinc ad ingressum Electoris in Hallensem urbem, pridie Calend. Jul. summo splendore ac plausu celebratum, procedit, & inde ad ipsam Inaugurationis solennitatem, cujus pompam admirabilem, quam ne verbis quidem possit adsequi, vel solius progressus mora, ex Collegio in templum Arcis, quæ brevis via sit, intra duas horas vix absoluti, ostendit, utrumque arctante multitudine, ut sæpe consisteretur, donec submota turba esset. Ipse nunc sequitur Dicationis ritus, ab illustri viro Paulo Fuchsio, Electoris Oratore & Consiliario intimo, peractus, quem plausus & gratulationes exceperint, & deinde epulæ regales, Professoribus Electoris mensæ adhibitis, quotquot aderant, etiam qui spectandi



di causa ex circumjacentibus Academiis advolaverant, liberalissime omnibus exceptis. Ex quo Auctor ad Honores progreditur, altero die, præfente iterum Electore, pluribus quam quinquaginta Candidatis Academico more collatos. Delineantur etiam Nummata, in solennitatis hujus memoriam obfignata, & Comitibus, qui studiorum causa in Academia erant, ac Professoribus eodem tempore distributa. Et hæcenus Historia Inaugurationis: quam Additamenta varia commitantur, quorum primo loco sunt Privilegia Pontificia, auctoritate Clementis VII, Pontificis Maximi, per Cardinalem Campegium, Legatum de latere, pro Hallensi Academia Alberto, Magdeburgensi Archiepiscopo anno d<sup>o</sup> 1<sup>o</sup> XXXI data: quibus Cæsarea junguntur, ab augustissimo Imperatore LEOPOLDO 1<sup>o</sup> XCIII mense Octobri liberalissime concessa: post quæ Electoralia exhibentur, quæ multas & insignes immunitates & Professoribus & Studiosis adolescentibus indulgent. Programmatæ succedunt, unum Electoris nomine, alterum a Directore Academiae, Samuele Strickio IC. celeberrimo editum. Vtroque Inauguratio indicata, & invitati quibus commodum esset vel spectare dedicationem, vel uti etiam doctrinis & privilegiis Academiae inaugurandæ: cujus cives etiam admoniti, ut se dignos tantis beneficiis præstarent, & serenissimum Fundatorem devota reverentia modestiaque exciperent. Adjecta est Epistola, qua Hallensis Academia tres cæteras Brandenburgicas, sorores suas, ad dedicationem invitavit; cum singularum Responsionibus. Deinde referuntur tres Orationes, prima sacra Benjaminis Ursini, Theologi Electoralis Brandenburgici, ex Esa. XLIX. 23 habita: altera summi viri, quem laudavimus, Pauli Fuchsi, qua Electoris sui auspiciis & jussu Academiam disertissime dedicavit: tertia Christophori Cellarii, qua munificentissimo Conditori, Academiae nomine, gratias agit. Quod reliquum est hujus libri, gratulationes continet, quibus præmissa est consummatissimi viri Ezechielis Spanhemii ad clarissimum Morellium Epistola, qua immortalis operis, Dedicationis Academiae, laudes est persecutus: post quam celeberrimi viri Jo. Georgii Grævii de eadem re ad serenissimum Electorem est gratulatio, Epistolæ habitum elegantissimum induta. Subsequuntur Poetarum Belgicorum Acclamations, Joannis Mensingæ, Petri Francii, Jani Broukhufii, singulæ ingenio auctoris sui dignæ: quibus subjungitur tandem Ode Teutonica, quam inter nocturnos con-

centus Studiosi Juvenes Academiae Fundatori devotionis suae documentum obtulerunt.

*M. TULLII CICERONIS EPISTOLARUM AD DIVERSOS (Familiares vocant) libri XVI. CHRISTOPHORUS CELLARIUS recensuit, & Adnotationibus illustravit, Indicesque plures adjecit.*

Lipsiae, sumtu Jo. Friderici Gleditsch, 1698, 8.  
Constant Alph. 2. plag. 12.

**M**arci Tullii Ciceronis Epistolas ad Diversos in usum familiarem, scholarum maxime, clarissimus Editor nova forma atque facie adornavit. Vidit nempe, & longo usu expertus ipse fuerat, nullam fere editionem esse, quae adolescentium cupiditati satisfaciat, praeter meritissimorum de Cicerone Pauli Manutii & Johannis Georgii Graevii, ut uberis doctrinae, ita majoris molis & pretii volumina. Adolescentes autem & libilem & vilioris pretii librum desiderare, & hunc quoque claris notulis illuminatum, sine quibus tenebrae legentibus tam in historia plerumque, quam saepe etiam in Latinitate offundantur. Quam ob causam hanc omnibus commodam parabilemque editionem apparavit. Praefatione ostendit, sibi minus illorum indultiam placere, qui Ciceronis Epistolas ex ordine, quo Tiro libertus, ut creditur, disposuerat, emovere, ac secundum tempora collocare conati fuerint. Praeterquam enim, quod plures sint Epistolae, de quarum anno nihil quidquam constare possit; novitate ordinis & veterum omnium, & recentium plurimorum allegationes conturbari & inutilis fieri demonstrat; nec vetustum ordinem sine ratione esse, quo ad eundem scriptae Epistolae jungantur, quod sane lucem rebus adferat, quia plerumque ad eundem similes & cognatae sint, quae se mutuo interpretentur. Argumenta Epistolis praeposita neque plane vetera, ab aliis suppeditata; neque omnino nova adhibuit: sed ubi visum erat satis commoda esse, servavit priora; aliquando nova dedit; saepius adjectis, demtis, mutatis, vetera ornatiora, & intelligendis Epistolis idonea magis reddidit. Textum Ciceronis emendatissimum exhibuit, usus opera excellentium Criticorum, maxime quos honoris causa nominat, Petri Victorii & Jo. Georgii Graevii. Adnotationibus

ribus, quæ singulis Epistolis aut pagellis subjiciuntur, cum historiam rerum illustravit, tum Latinitatis ostendit elegantiam; & nihil inexplicatum reliquit, quod interpretatione indigeat. Præmissa est Vita Ciceronis, breviter, novo modo, ex libris ejus excerpta, cum Consulatum factis, qui per vitam illius rempublicam gesserunt: quod intererat non ignorari, ex quorum ordine notitia rerum non mediocriter illuminetur. Epistolæ in sectiones minores sunt divisæ, ut Indices quasi digito commonstrent, ubi unumquodque facillime inveniatur. Sunt autem plures Indices subjuncti, I. Eorum, ad quos sunt scriptæ. Epistolæ a Cicerone: etiam a quibus nonnullæ ad Ciceronem: II. Rerum notabiliorum: III. Verborum & Formularum: IV. Utriusque Ordinis Epistolarum, antiqui & Siberiani, ut inter se, si opus sit, conferri possint.

*CHRISTIANI DAUMII EPISTOLÆ LATINÆ AD JO.  
FRID. HEKELIUM scriptæ, a JO. ANDREA  
GLEICHIO editæ.*

Dresdæ, apud Jo. Jac. Winckler, 1697, in 8.  
Constant plag. 14.

**O**Mnino probandum eorum studium, qui clarorum virorum epistolæ colligunt easque faciunt juris publici. Cum enim in iis familiariter scribere ad amicos soleamus multa, quæ scire ipsorum tantum interest, nec ideo statim in vulgi notitiam perferenda; inde fit evidens, exemplisque compluribus patet, recte ex Epistolis peti arcana litterariæ rei, variorum etiam consiliorum & diversa doctorum instituta. Quamvis simul idem hoc admonet, quod temere committendæ typis & evulgandæ non sint tales epistolæ, quæ & auctori & editori possint esse damno, præsertim cum viventium, ut Vellejus Paterculus ait, uti magna admiratio, ita censura difficilis sit. Insons autem studium censendum est Editoris harum doctissimi Daumii, Scholæ Cynæ seu Zuiccaviensis Rectoris, epistolarum, quæ neminem bonum lædunt, nec asperius de quoquam judicium aut sententiam adversam continent, varia tamen ad rem literariam pertinentia tradunt, e quibus nonnulla speciminis loco proferemus. Th. Reinesii mortem d. 23. Febr. 1667. sibi nunciatam luget Daumius p. 2, Historiam ecclesiasti-

eam Gothanam, quæ auctores habet Vitum Lud. Seckendorffium & Jo. Henr. Bœclerum, laudat *p. 5. & 11.* Sententiam de Gregorii IX. P. M. Decretalibus epistolis summorum Pontificum exponit *p. 14.* Ex Scaligeri Conjectaneis ad Varronem observat, *dapatica & dapatilia* veteres vocasse omnia opipara *p. 27.* De duplici *svel fs* criticam exercet *p. 30. 31.* Erasmi operum catalogum ab ipso editum anno 1523 quovis ære sibi comparari expetit *p. 38.* Casp. Barthii animadversiones manuscriptorum in Bell. Palæstini Scriptores necdum editas, unquam prodituras esse dubitat *p. 40.* Ant. Riccoboni de historia commentarios laudat, cum primis Venetam eorum anni 1568 editionem *p. 48.* Theophylactum schismati, quo Spiritus S. processio a Filio negatur, accessisse ait *p. 50.* Adversariorum C. Barthii libros *ἀνενδοξίας* inter ignorantium hæredum manus strangulatum iri vere ominatur *p. 61.* Marii Victoris Massiliensis copiam sibi adimi per Nic. Heinsium dolet *p. 61.* Epistolas doctorum hominum Erasmi, Melancthonis, Camerarii, Fabri, Stephani, Rittershusii, Lingelshemii, Putschii, Casauboni, Gruteri, Bongarsii, Heinsii, Salmasii, Neandri, Hœschelii, Chytræi, Scaligeri, Barthii, Cornarii, Haloandri, Taubmanni, Gronovii & aliorum sibi suppetere indicat *p. 96. 97.* quas se etiam editurum esse promittit *p. 111.* & similes Hekelium possidere memorat *p. 132. 133. 136.* Judicia doctorum, quæ de ipso Daumio ferant, inque scriptis suis exponant, diligenter a se annotari profitetur *p. 103.* Scholasticos labores plenos tædiū depingit *p. 109. 127. 129. 150.* Henrici Pauperis Septimellensis editionem sibi propositam, & ab Ant. Magliabechio ac Marqu. Gudio juvari narrat *p. 88. 92. 96. 105. 119. 135. 139.* De gravi suo a scala lapsu queritur *p. 140.* Ratisbonenses viros doctrina & officiis claros enumerat *p. 142. 143.* Naudæum 4. Non. Febr. 1601 natum, d. 4. Cal. Sextil. 1653 mortuum esse tradit *p. 144.* Locum ex Virgilio Culice explicat *p. 148.* Bonum virum describit *p. 152.* Literas seu epistolas Latinas senio confectum se invitum, potius Germanicas scribere indicat *p. 154.*

Epistolis Daumianis insertæ sunt etiam aliorum præstantium virorum nonnullæ ad Daumium datæ *literæ*; videlicet Casparis Alexandri *p. 50.* Georgii Matthiæ Königii *p. 56. 59.* Casp. Barthii *p. 62. 63. 64.* Nic. Heinsii *p. 88.* Jobi Ludolfi *p. 75.* (qui locum quendam Ciceronis in Catone cap. 15. emendat.) Jo. Petri Lotichii *p. 78.* Sub finem annexa est Jo. Fr. Hekelii ad Joach. Fellerum epistola, in qua eum

con-

consolatur super obitu Daumii, cui epitaphium adjecit, e quo discimus, natum fuisse Daumium d. 29. Mart. 1612, mortuum d. 15. Dec. 1687. Subjunctæ etiam sunt Benedicti Hopferi binæ epistolæ p. 43. 44. memoratæ, quas ad Königium anno 1674 exaravit, quando cum Ducibus Wurtembergensibus per Galliam, Angliam, Belgium, Daniæ & Sueciam peregrinatus fuit, doctorum virorum & eorum operum, quæ sub manu habebant, cum eos accederet, indices; evulgatæ jam anno 1687 in appendice Epistolarum Rol. Marefii Lipsiæ recusarum.

NOUVEAUX MEMOIRES SUR L' ETAT PRESENT DE LA  
CHINE &c.

i. 6.

NOVI DE STATU PRÆSENTI CHINÆ COMMENTARIJ,  
auctore P. LUDOVICO LE COMTE e Soc. Jesu, Ma-  
thematico Regio.

Amstelodami, apud H. Desbordes & A. Schelte, 1698, 12.  
Alph. i. pl. 8. cum fig. æn.

**T**ertia hæc est utilissimi libri editio, etsi prima vice is Patifis anno demum 1696 prodierit. Ex quo cuius conjectare in proclivi est, non sine applausu, etsi de Sinensium rebus tot jam extent commentationes, exceptum fuisse. Et Auctor quidem ejus est Ludovicus Le Comte, unus ex sex illis Patribus Jesuitis, quos Ludovicus Galliarum Rex ante hos tredecim annos in Regnum Siamense, & inde ad Sinas, provehendis ibidem studiis mathematicis, præcipue vero curandæ (ut vocant) Missioni Evangelicæ convertendisque paganis, ablegaverat. Hic suo munere ibidem hucusque perfunctus, itineris Sinensis superati commoda, incommoda; fata in dicto Imperio objecta, secunda, sinistra; labores pro amplianda religione Christiana susceptos, eorumque discrimina & successus, cum rationibus catechisandi, & impedimentis tantum non insuperabilibus negotio convertendorum infidelium intercedentibus; tum eximium Imperatoris Sinensis erga se & commilitones suos favorem; persecutiones Christianorum, præcipue Missionariorum, nuperas; indultam denique memorati Mon-  
ar-

archæ gratia Christianis securitatem, & libertatis circa amplectendam religionem Christianam, lege publica Sinensibus promiscue inco-  
 llis concessæ historiam, editis per modum Epistolarum, ad diversos  
 Regni Gallici Proceres & Cardinales, Illustrissimas etiam, Nemoro-  
 siam & Bullionensem, Ducissas scriptarum, Commentariis concinno  
 stylo exposuit.

Sed & præterea Sinense Imperium, per omnia, quæ ad geo-  
 graphiam ejus historicam, physicam & politicam spectant, momenta  
 tam curiose, supraque genium & consuetudinem aliorum Scriptorum,  
 quos idem argumentum occupatos pridem habuit, testis scilicet ocu-  
 latissimus, descripsit, ut vereamur, ne vitio vertatur nobis, quod tar-  
 de nimis recensum libri sumus aggressi. Et nunc etiam tam copio-  
 sam variamque materiam nobis offerri deprehendimus, ut aut non-  
 nisi nomenclatoris subeundæ nobis partes sint, summis rerum capitibus  
 indicatis; aut unicum solummodo argumentum, ex quo specimen de  
 reliquis capi queat, studiosius paulo sit prosequendum. Quis enim  
 vastissimi hujus Imperii partes & limitanea, fertilitatem & terræ na-  
 scentia, saltim nobis Europæis peregrina; tot naturæ miracula, circa  
 fluvios, montana & sylvas passim obvia: quis gentis Sinicæ origi-  
 nem, antiquitatem & chronologiam; incredibilem populi multitu-  
 dinem; fandi scribendiq; indolem & modum; mores, studia, victum,  
 vestes, nuptias & matrimonia; urbes, urbiumque structuras concin-  
 nas & magnificas, templa & ædificia: quis regiminis formam & con-  
 ditionem, jura Imperatoris majestatica, cultum & concilia splendida,  
 officia domus regnatricis & amplissima regni ministeria, regiã ejusq;  
 inclita palatia; obventus ærarii immensos, ejusque & monetæ, tem-  
 poris item & festorum; viarum & postarum publicarum ac itinerum;  
 rei literariæ, forensium judiciorum, medicinæ, mercaturæ, agricultu-  
 ræ, & piscatus rationes: quis deniq; religionis Sinensium primæ, ejusq;  
 veræ, succedentis deinceps, ejusq; idololatricæ momenta, hujusq; na-  
 tales & sectas; Christianismi etiam fata statumque Ecclesiæ Sinensis  
 Christianæ digne satis compendio exponat? Itaque missis aliis, cum  
 politica inprimis Sinensium prudentia, formaque regiminis, præ aliis  
 elucefcet, Auctorque ipse hoc argumentum diligentissime pertracta-  
 rit, non ingratum Lectori benevolo futurum speramus, si quæ Auctor  
 de Sinensium præclaris institutis, quibus tanti Imperii moles sustine-  
 tur, in litteras retulit, sola nunc hoc loco repetamus.

Inter

Inter universas, quas Antiquitas sibi finxit, regiminis species, nulla fortassis est, cujus exemplo formata sit monarchia Sinensi excellentior. Primi enim Status hujus florentissimi legislatores, eundem suo jam ævo ad id fere fastigii evexere, in quo hodie conspicitur: adeo, ut cum alia Imperia, communi sorte rerum mundanarum, infantia velut imbecillitatibus obnoxia sint; in formia primo nascantur, adolescent deinceps, & cæteris ætatis gradibus successu temporis superatis, sensim ad perfectionem aspirent: Sinensè ex adverso, tanquam summo sapientissimoque rerum moderatore architecto ejus unico, primam structuræ suæ faciem, quasi legibus politicis incongruam, exuere necesse nunquam habuerit. Prima ejus, ante annos circiter quater mille cœptæ, forma monarchica, primis Noæ nepotibus (cujus fidem indubiam facit chronologia Sinensis verior, Sapientibus ipsorum, interque eos principi illorum Confutio recepta, & Sacris Pandectis non uno argumento conformis) summa cum innocentia, nec minori utique prudentia usurpata, in hunc usque diem perstitit illibata. Adeo ut tam longo seculorum decursu, ne nomen quidem aut idea regiminis aristocratici pluriumve capitum, genti huic innotuerit: frustra conatis Batavis auspicia autoritatemque Reipublicæ suæ commendare Sinensibus, cum ante 40 annos circiter commerciorum libertatem, solenni legatione in Sinas destinata, aucuparentur. Rempublicam sine Rege nihil aliud esse credunt, quam monstrum plurium capitum, turbarum tempore, ambitione, seditionibus & corruptelis ingenii humani conceptum.

Utcunque autem alieni sint a regimine aristocratico, tyrannico tamen imperio longe vehementius offenduntur: id enim nequaquam a summa potestate, sed ab incontinentia Principum, quam nec ratio nec divinæ leges ferant, oriri; eorumque facultatem moderato potentia suæ usu non imminui, sed geminari philosophantur: non secus ac summus Mundi Imperator nihilominus potens æstimari debeat, utut a maleficio tam procul absit, ut ne malefacere quidem possit.

Cæterum autoritas illimitata legibus Sinensibus Principi conciliata, & necessitas illi simul injuncta ejusdem non temere usurpanda, duæ illæ columnæ sunt, quæ a tot seculis grande ædificium Sinensis Monarchiæ hucusque sustinent. Summa Principis veneratio ad usque

cultum adorationis procedens, primus est sensus, quo subditi imbuuntur. Salutatur filius coeli, dominusque mundi unicus. Mandata ejus sancta; dicta loco oraculorum habentur: conspectus ejus rarus; nec nisi submissis genibus compellatio. Ipsi Aulæ Magnates, & Principes regiae domus, coram ipso, quin statim diebus coram absentis throno, ad terram usq; incurvati, subjectionis submississimæ cultum exhibent.

Tanta adversus Principem religioni non exiguum pondus accedit a beneficiis, quorum spem sibi quisque ab ejus gratia, pro conditione sua meritisque concipit; tanquam a cujus arbitrio, quamprimum Imperii fasces capeffivit, res suæ prosperæ adversæque pendeant unice.

Summi hujus axiomatis Imperatorii inter partes primas est, de officiis regni absolute disponere, eaque nullo pretio venalia habere, sed ex merito, pro scientia, probitate, longa rerum experientia, morum gravitate & concinnitate ambientium diribere; eadem rursus ex levi offensa, munerisque neglectu, in digniorem transferre. Sola frons porrectior in concilio publico Præfectum civitatis officio privavit, viliorem hac oris sui inconstantia Principi judicatum, quam qui locum suum tenere, personamque referre debeat. Expugnata muneribus justitia, primarium Status Ministrum, ætate venerabilem, animique dotibus eximium, gregarium effecit militem, pro palatio regio cum vilissimis quibusque excubantem.

Enimvero severitas ista Principes etiam domus regiae aliquando percellit. Certamen gallorum gallinaceorum, in quo Orientis populi non exiguam oblectationem quærunt, in deliciis quotidianis Monarchæ consanguineo habitum, nihil proficientibus monitis, refractarium prærogativa natalium, comitatu servorum, pensionibus annuis, omnique cætera dignitate spoliavit. Quin sola multitudo horum Principum indies major, metusq; ne pravi quorundam mores successu temporis universos contemptui promiscuæ plebis exponeret, decretum Monarchæ, qui rerum hodie potitur, extorfere, quo nemini eorum titulum natalium usurpare permittitur, sine expresso Imperatoris indultu, eundem solius virtutis expertæ præmium relinquentis.

Jus vitæ & necis, quod & adversus consanguineos exercet, adeo ipsi proprium est in cæteros subditos, ut in criminalibus nec pene-  
nes



nes Proreges aut Concilia, Senatufve ullos fit, sententiam latam exsequi. Processu enim in quoque loco aut provincia eousque perducto, eadem judicio Imperatoris subjicitur, cujus deinceps est, inferiorum magistratum placita, quod ipsi, sed imminuta ut plurimum poena, factum est, confirmare, aut rescindere.

• Nec minor ipsi facultas imponendis, si e re publica visum fuerit, populo tributis extraordinariis. Ea tamen hactenus Principum moderatio fuit, ut nunquam fere suo hoc jure usi fuerint. Sive quod sumptibus in bellum cum finitimis populis gerendum vires ærarii sufficiant: sive quod civilibus motibus periculosum ducatur, subditorum animos intestinis malis exercitos, intempestivo insuper subsidiorum extraordinariorum onere ad turbas concitare.

Quod enim attinet redditus Imperii publicis legibus definitos, eorum summa tam immanis est, ut si provinciæ Sinenses minus essent fertiles, & indigenæ minus industrii ac sunt, tantum Imperium nihil aliud futurum esset, quam coetus mendicorum & sentina ærumnosorum; quæ facies est cæterorum fere regnorum Indicorum. Ingentes hi census, qui subductis quantum potest exacte rationibus, annuatim plus nonaginta & sex milliones uncialium nostrorum conficiunt, ad tantum potentiæ fastigium Principem attollunt, idoneumque reddunt perpetuo alendis numerosissimis exercitibus, totque populis in officio retinendis,

Belli pacisque negotia ab ejus arbitrio pendent unice: in quibus tamen majestatem imperii summo studio & circumspeditione, tuetur. Mandata ejus cætera plane sunt irrevocabilia, nec supremis Curii aut Præregibus, ad quos destinantur, publicationem eorum & relationem in commentarios publicos tantillo differre momento licet.

Singularis porro character majestatis Imperatoriæ est liberissima successoris electio, quem ex plebeja æque familia ac domo regia fortiri Principem jus fasque sinunt. Et fuere olim, qui in stirpe regia, ut cunq; numerosa, dignitati Imperii parem non inveniendes, hæredes scripsere mediocrium natalium, sed eximie virtutis animiq; dotibus illustres: professi, non solum publico Status commodo procurando id sibi constitutum esse, verum etiam ut honori consulant propriorum liberorum; quibus scilicet pro indolis ingenii que sui mediocritate satius sit, privatam vitam agere, quam in solio constitutis censuræ aut

etiam opprobrio & execrationi vulgi exponi. In paucis tamen ejusmodi exempla consistunt: plerique Principum suam rationem habuere familiarum, neque tamen semper maximum natu filiorum cæteris præhabuere. Qui hodie tanta cum prudentiæ laude imperium tenet, secundogenitus est; fratre natu majore in sorte sua non minus acquiescente, ac quoque ex plebe minimo: ut adeo, quæ Principatibus Europæis nunquam non formidabilis est Principum regni domus multitudo, nihil Sinensibus faceat negotii; nec a morte extremi Imperatoris, cum eorum ultra bis mille per omnes provincias sparsi numerarentur, quicquam tranquillitati publicæ intercesserit. Cujus causa alia esse non potest, quam summum erga Monarcham obsequium, qui in Sina quantovis Principum numero non difficilius moderatur, quam alibi Reges promiscuæ multitudini.

Tanta insuper Imperatoris est autoritas, ut in mortuos non minus juris exerceat, quam in vivos: illos enim jam probro, jam honoribus afficit, ornandis puniendisve eorum sive personis sive familiaribus. Exornat bene meritos singularibus honorum titulis, declaratque eos sanctos. Interdum templa ipsis extruit, & pro meritorum magnitudine ad cultum aliquem, eorum Diis debitum, iis exhibendum plebem obligat. Ab ipsis enim Imperii primordiis Imperator caput religionis habitus est, cui soli etiam conveniant publicæ sacrificiorum oblationes, propitiando supremo cœli Domino instituendæ.

Tandem etiam peculiare jus eidem competit, non levis utique momenti, dum eidem abrogare licet characteres linguæ veteres, & in locum horum substituere novos; mutare nomina provinciarum, civitatum, familiarum; abdicare usum certorum terminorum, alios effingere, atque in conversationem, scripturam & libros invehere. Adeo ut loquendi mos, de quo Europæorum tantæ sunt querelæ, & cui infringendo omnis Græcorum Romanorumque potentia impar fuit; quem rigidum, levem, injustum tyrannum jure meritoque salutamus; compulsus sit cervicem quasi submittere legibus Imperatoris Sinici, quasunque refractario huic præscribere placuerit.

Ut cumque vero tanta tamque illimitata Imperatoris potestas idonea videri possit pessimis in Republica effectibus producendis: legibus tamen Imperii tam prudenter cautum est salutem reipublicæ, ut quan-

quantumcunque Princeps suis se permittere velit affectibus, sive circa abusum dignitatis suæ, morumque licentiam, sive circa proprium ut vocant interesse, non facile diuque ipsi genio suo indulgere liceat. Ut enim præcipuos obices commemoremus, quotum objectu muneris sui innocentiam caste illibateque tueri compellitur: primo antiquis legislatoribus ab incunabulis statim hujus monarchiæ, tanquam princeps regiminis auspiciati axioma statutum est: Principes patres esse populi, non dominos super throno ideo collocatos, ut a subditis tanquam mancipiis servitia accipiant. Inde est, quod frequentissime Avus salutetur, titulo inter omnia honoris officia acceptissimo. Atque is de Principe sensus magistratibus æque ac vulgo adeo fixus est, ut ab amore subditorum omnem laudandi ejus materiam capessant; ex adverso a praxi hujus regulæ tantillo recedentem, utcunque cætera civilibus bellicisque artibus & prudentia regnandi insignem, nihili æstiment.

Deinde cuique Officiali regni (Mandarinis idioma te suo nuncupant,) liberum est Imperatorem nævorum suorum certa ratione arguere. Si cui enim de Principe quidpiam innotescat, reprehensione aut emendatione dignum, supplici libello in aulam misso, in eoque enixissimum obsequium & venerationem erga Majestatem Principis præfatus, eandem humillimis obtestatur precibus, ut ad veteres sanctiones, sanctaque prædecessorum exempla ne dedignetur respicere: indicio deinceps ejus, quod Principem dedeceat, quam moderatissime factò. Libellus iste una cum aliis, quos Principi quotidie offerri moris est, supplicibus chartis in mensa, iisdem recipiendis destinata, reponitur, Principi, ut leges volunt, deinceps cognoscendus. Si monitor nihil profecerit, par querela per hunc aliosve Mandarinos, pro zelo aut fiducia eorum, usque dum Princeps ad sanio rem mentem redeat, repetitur. Id genus animadversionis plurimum in usu, eoque nihil efficacius fuisse Principi in orbitam virtutis, a qua deflexerat, revocando, annales testantur Siniæ: ut ut periculosa subinde fuerit magistris ista dominorum suorum correptio.

Arctius adhuc vinculum cupiditati Principum injiciunt leges, ad quarum præscriptum historia Imperii Imperatorumque singulorum adornanda est. Injungunt enim certis doctoribus, commodo suo minime studentibus, ut summo studio singula Principis dicta factaque

in dies singulos adnotent. Unusquisque horum divisa, nec cum cæteris communicata opera, sibi animadversa, simplici recte secusque factorum recensu, in chartam conjicit, quam per foramen certo conclavi, custodiendis istis commentariolis parato, immittit; quod ne spes timorve partes suas hic agere valeant, nec vivo Principe, nec familia adhuc Principis regni gubernaculis hærente aperitur. Iisdem demum in alteram familiam translatis, postquam omnes hæ schedæ cognitæ invicemque collatæ fuerint, earum suffragio Imperatoris uniuscujusque historia sincere conditur: ut posteritati exemplo sit, ubi laudabiliter, censuræ vero & abominationi publicæ, si partibus suis turpiter sit defunctus. Quod si ergo Principem vel modica tangat famæ nominisq; sui cura, modum mediumq; toto regiminis sui tempore facile tenebit, ne severos istos censores, qui odii adulationisque causas procul habent, post fata publicos gestorum indices experiatur, quæ fastis suis nunquam debilem aspergere queant ignominiam.

Omnium autem tenerrime animum Principis tangere necesse est exemplum subditorum, ad exemplum ejus in perniciem utriusque certissime se componentium. Isto enim prævis affectibus in transversum abrepto, bonique publici parum sollicito, de suo quisque civium protinus remittere discit officio. Mandarinî, in sua quisque provincia aut civitate, jure se potitos arbitrantur, pro lubitu decernendi, ex quo supremum magistratum justitiæ & æquitatis migrasse limites intelligunt. Ministri regni officia indignis vendunt. Proreges in tyrannos degenerant. Præfecti jus pro sua quisque libidine intorquent. Vulgus oppressum & exhaustum levi impulsu in seditionem concitatur. Latrociniis infestantur viæ publicæ, agminatim acervatis prædonibus: iisque in locis, ubi magna vis est incolarum, momento fere ingentes coeunt exercitus, occasionem sub prætextu specioso captantes tranquillitatem intervertendi publicam,

Ex funestis his principiis decumanos identidem fluctus inundasse Sinam, novisque eandem subjecisse dominis, diligenter animadversum est. Ita ut vel hinc certum sit, Imperatoris solium nullo firmiori suffulciri tibicine, quam intemerata legum observantia, quarum vis & præstantia experimento quadraginta seculorum explorata est.

Hæ porro leges vel formam regiminis adornant, ejusque  
 varia

varia Concilia & Curias, quibus singulis peculiare partes sunt & cognitiones, quarumque decreta supremi Principis iudicio subiecta sunt; vel iudiciis & causis forensibus limites constituunt, secundum quos, pro varietate circumstantiarum, unicuique jus suum reddere oportet.

Hæc Concilia, Curias & Tribunalia eorumque munia sigillatim hic recensere fors præter rem fuerit, cum de illorum numero, ordine, momenti & autoritate ex aliis jamdum constat autoribus: quæ ratione tamen corpora ista tam valida coercantur, quo minus aut Principis officiant autoritati, aut contra statum publicum sinistri quid machinari valeant, vel omnino fines præscriptos excedant, ex Autore breviter repetere lubet. Unum ejus est remedium, negotia summorum Tribunalium ita partiti, ut nullum illorum ab unius solius pendeat arbitrio, sed cætera in consortium curæ & laboris simul adhibeantur: cavendis hæc ratione fraudibus & prævaricationibus, tutius alioqui faciliusque exercendis, ubi conspirantium communitas est infrequentior.

Altero, uniuscujusque Tribunalis collegis Mandarinis adjungitur, cui, quid in quoque ejus confesso agatur, probe attendendum est. Hic extra numerum Assessorum constitutus, conventibus tamen singulis interest, actisque recognoscendis operam navat: Inspectorem nos fortasse diceremus. Muneris ejus deinde est, secreto Aulam de gestis instruere, aut palam accusare officiales secus admissorum, non solum in administratione officii, verum etiam privatæ vitæ momenti. Ipsorum actiones, dicta, mores censuræ ejus subsunt, nec quicquam est quod virgulam ejus effugiat. Quoque minus profopolepsiæ vitio obnoxius sit, neve aut favore eorum, quorum peccata dissimulasset, meliorem sperare; aut vindicta iuste accusatorum pejorem metuere fortunam possit, in eodem perpetuo retinetur officio.

Præter supremas, quarum mentio hucusque facta est, Curias, quæ Imperatori in regia Pequino præsto sunt; singulis provinciis suis præsunt Proreges, diversæ fortis, amplissimæque potestatis: quibus & ipsis, uti Imperatori, suæ sunt Curia, supremis Curias ita subordinatæ, ut ab illis ad has provocetur. Singulis præterea civitatibus certi Præfecti constituuntur, cum Mandarinis aliis: qui omnes prædictis sub.

subiunt Præregibus. Horum speciale munus est, coactis provinciæ suæ Mandarinis præcipuis, explorare mores probos improbosque, Præfectorum aliorumque ministrorum provincialium, secretis deinde codicillis ad Curias supremas deferre, quod nosse Principis interest, delatis sive ab officio removendis, sive ad dicendam causam in aulam accersendis.

Cæterum Proregum autoritas, Imperatoriæ similis, libratur potentia aliorum magnorum Mandarinorum; omniumque maxime lege publica, qua permittitur populo male habito aut oppresso, de injuriis a Prorege acceptis ipso Principe coram conqueri, aliumque efflagitare: quod ipsum etiam respectu cæterorum Præfectorum ipsi integrum est. Verum enimvero quia privatis non semper in exposito est, ad Aulam se conferre, & justæ populi querelæ ad aures Principis nonnunquam penetrare nequeunt; quod hic loci non infrequens est, ubi Præfecti superiores Mandarinos, hi Curias supremas sæpius ære corrumpunt: suetum est Imperatori, secreto personatos ablegare Inspectores, viros spectatæ integritatis & prudentiæ, qui universas circumeunt provinces, agrestes, plebem, mercatores, quodcumque genus hominum, quomodo magistratus se gerant, quam diligentissime percontantur. Ubi secretis relationibus, aut quiraro imponere solet, rumore publico, certiores redditi sunt maleficiorum ab hoc illove perpetratorum; larva protinus deposita, a Principe se delegatos declarant, fontibus manum injiciunt, tractosque in forum ac criminis convictos meritis pœnis subjiciunt.

Hoc inquisitionis artificium olim in officio continuit iudices; occupato vero, nostra adhuc memoria, a Tartaris toto Sinensi imperio, in usu ferme esse desuit: quod quidam horum Delegatorum, mandato munere abusi, pecuniam aucuparentur, cum a nocentibus, quos præter fas absoluebant, tum ab innocentibus, quibus injustas accusationes minarum fulminibus intentabant.

Hujus loco Princeps hodiernus, erga subditos suos tenerrime affectus, ipse regni provincias, ut citra ulla fraudum strophas & ludificationes uniuscujusque querelas cognoscere coram possit, obire instituit: id quod eo civium solatio applausuque perfecit, ut ab eo tempore veluti alter Titus, amor & deliciæ generis humani salutatus fuerit.

Omni-

Omnium vero maxime memorabilis est illa ratio coercendæ Proregum Præfectorumque libidinis, de qua, similive ejus, dubium an ulla respublica, aut legislator, utcunque perspicax aut severus, unquam cogitaverit. Illorum quilibet tenetur identidem errores suos, secreto publice in officio commissos, humili scripto sincere consignare, consignatosque in Aulam deinde mittere: quod ipsum tam molestum est noxiis, quam periculosum. Ex una enim parte grave est, seipsum accusare criminis, quod Princeps plane impunitum esse non finit; quanquam moderata sit ejus animadversio: ex altera parte longe adhuc periculosius est, idem dissimulare. Quod si enim contingat, secretis Inspectorum, quorum supra mentio, libellis ipsum reum deprehendi, munimus defectus temere occultatus capite luendus est. Ut adeo consultius sit admissa integre confiteri, quam formidine peregrini indicii, pœnæque tanto asperioris confici. Et est omnino ratio hujus veluti torturæ non mediocri quidem Sinensibus supplicio, salutaris tamen medicinæ instar, quæ in vitia proclives circumspectos reddit, & vel ingratis suis virtutum studiosos.

Circa ordinanda judicia, leges Mandarinis inferioris ordinis indulgent, ut non expectata partium imploratione, ipsis ultro cognitionem auspiciari, & secundum jus fasque pronunciare liceat; consuetis fori nostri formulis hic plane non receptis. Ubicunque contingat noxium ab ipsis deprehendi, in vicis, viis publicis, domibusque, extemplo prompta illis est fustigatio, qua per unum alterumque comitatus sui reo probe depexo, Mandarinis ad destinata sua tam serenus est reditus, tanquam hæc expeditio ad ipsos nihil pertinuisset.

In ordinariis vero causæ cognitionibus, actor prima instantia coram Mandarino quocunque superioris ordinis persequi jus suum potest, præteritis inferiorum ordinum magistratibus: causaque coram superiori agitari cœpta, inferior cognitionem ejus sibi vindicare nequit, nisi Judicis primo implorati mandato ad ipsum devolvatur. In magni momenti negotiis, a Proregibus ad Curiam supremam, cujus eorum negotiorum cura est, appellatur, ejusque sententia, Ministris Status prius communicata, Principi offertur; qui exactius aliquando causæ scrutinium exigit; sæpius e vestigio decernit: decretumque per Curiam prædictam Proregibus renunciat, propter executioni mandandum.

Ccc

Tam

Tam vasti Imperii innumeris pene causis dirimendis, prope fidem superat Principem sufficere posse. Enimvero, præterquam quod bellorum cum vicinis gentibus necessitudines, & negotiationes extera, quæ in Aulis Statuum Europæorum potissimam partem consiliorum conficiunt, Sinensium Imperatorem parum exercent: causæ civiles ipsum interpellantes ad normam sanctionum publicarum adeo exactæ sunt, ut facillime, unoque velut ictu oculi, ob summam legum simplicitatem liqueat, in quam partem sententia inclinanda sit. Quæ dicalicæ facultatis felicitate, vel bihorium quoque die satis est uni Principi ad ordinandam suis auspiciis rempublicam, cui regundæ plus triginta aliis opus foret, si legum tam exacta, tamque cauta non esset determinatio.

Cæterum tranquillitas publica, quæ anima est rerum publicarum, cujusque conservatio tanto evadit difficilior, quanto amplioribus illæ terris & provinciis constant, in Imperio Sinico tribus potissimum custoditur præsidiiis. Primum in certis consistit principiis moralibus, Sinensis populi animis penitissime infixis. Alterum in axiomaticis politicis, momenta Imperii præcipua circumscribentibus. Tertium in præfinita ratione disciplinæ politicæ, quæ per omnes partes concinna est & expolita.

Præceptorum moralium primum familiæ sanctitatem attinet, liberisque enixissime & super omnia commendat amorem, obsequium, & reverentiam erga parentes; nec indigna liberorum tractatione, nec quacunquæ dignitate eorundem, aut ætate provectiori, vel minimum temeranda, aut ex animo delenda. Primus hic naturæ pietatisque sensus ad quam perfectionem in his terris provectus sit, enunciari credique vix potest. Nihil subjectionis est aut officii, ad quod liberi parentibus non teneantur. Obligatio eorum est, parentes toto vitæ decursu alere; defunctos amarissimis continuisque prosequi lachrymis; iusta eorum funebria solemnibus ceremoniis profusoque sumtu celebrare; in luctu per triennium perseverare, totoque hoc tempore nullo publico fungi officio: adeo ut Ministris Status Mandarinisque tum necesse sit, renunciare suo muneri, ut privatis in ædibus lugubri huic officio tanto vacare possint liberius. Pater contra amplissimo jure adversus liberos utitur. Si nequitiam unius ex liberis ad magistratum deferat, nulla indicii probatione tenetur: pro certo enim

habe-



habetur, culpa non vacare prolem, a qua pater alienum se gerit. Quin patria hæc potestas eousque fertur, ut patri continua filii contumacia magistratus opem pluries implorare compulso, capitis eundem accusare liceat. Autori nostro hoc rigore perculso, Sinenses reposuere: cui quæso melius quam parenti prolis suæ mores perspecti esse possint? qui eandem educavit præceptis vitæ morumque imbuit, cuique a tot annis omnes ejus actiones exploratæ sunt. Et rursus: estne qui sinceriori ac magis composito in eam feratur affectu, atque parens? Quod si ergo, qui eandem intime novit, tenerrimeque erga eam affectus est, judicio eam suo condemnat, qua fronte quoque merito excusare aut absolvere queamus? Instanti, intercedere aliquando inter homines naturalem aliquam antipathiam, quam inter parentem etiam & sobolem locum habere nihil vetet; regessere: homines neququam immaniores esse posse belluarum ferocissimis, quarum nulla tamen in proprios foetus sæviat; & si vel maxime id monstri inter homines existat, proli tamen ejus convenire, obsequio, blanditiis, servitorumque; illecebris efferati animum demulcere. Quod si eo proterviæ impietatisque filius abripiatur, ut contumeliis incessat parentes, aut necem iis intenet: tam horribili scelere universum Imperium, præcipue provincia, in qua commissum est, commovetur. Ipse Princeps sententiam mortis in reum pronunciat. Omnes vicini magistratus, & imprimis civitatis ejus, officio dejiciuntur. Consanguinei ejus, ob neglectum debitæ animadversionis, severissime puniuntur: cum, judicio omnium, necesse fuerit, tam pravam indolem pluribus experimentis se dudum prodidisse; nec prolapsus ad abominandum hoc facinus, nisi per nequitiae complures gradus fieri potuerit. Tandem nullum tanto sceleri supplicium par esse credentibus, jam frustillatim conciditur, jam igne concrematur; ædes, quæ mansionem impio præbuere, funditus diruuntur, vicinis etiam circumcirca subversis, excitatis etiam hinc inde monumentis, in memoriam execrandi hujus flagitii.

Altero præcepto populo commendatur reverentia erga Mandarinos, par cultui, qui Principi, cujus personam referunt, exhibetur. Cujus gratia Mandarinum in publicum non nisi amplo cum comitatu prodeunt, eaq; oris specie, quæ venerationem incutiat intuentibus; leætica insuper vecti splendida, præcedente toto Tribunalis sui ministe-

rio, circumdatique omnibus dignitatis suæ insignibus. Iisdem viſis, populus submiſſe conſiſtit, & ad latera recedit, ne qua tranſitu impediatur: jus pro tribunali dicentibus, partes ſubmiſſis genubus coram mandata præſtolantur. Iter facientibus univerſi vicorum, per quos tranſitus eſt, incolæ catervatim occurrunt, ſua offerentes ſervitia, eosque ad territorii ſui conſinia deducunt. Jam quando de provincia ſua, munere ex voto incolarum probe perfuncti decedunt, tantis honoribus afficiuntur, qui vel ſtupidum percellant. Statim atque in proſpectu ſunt itineris, omnis multitudo viam publicam per intervalla in ordines diſpoſita occupat, ad duo vel tria ab urbe quaque milliaria. Toto hoc tractu menſæ elegantiffimæ inſtrata viſuntur, bellariis ſaccharo conditis onuſtæ, potuque theæ. Preces inde detinentium, atque ut appoſitis frui ne dedignentur, modeſte invitantium; a quibus ubi ſe expedivere, mox alii paribus inſtant flagitationibus; ut adeo illis abſceſſus inter vota plauſusque populi conſiciendus ſit: evergetas alii appellunt; conſervatores alii, patresque populi. Jacturam eorum plurimi deplorant; ut ferreos eſſe oporteat Mandarinos, qui tam profuſæ pietatis ſpectaculo immoti lachrymis populi ſuas non miſceant.

Præter ſummam hanc liberorum erga parentes, populi ergo Mandarinos reverentiam, cui præcipue quies, tam publica provinciarum, quam privata cujuſque familiæ procul dubio debetur: moraliſ ipſorum philoſophia docet, maxime rei publicæ intereſſe inter cives illibatam ſervari morum civilitatē, modeſtiam, certamque elegantię formam, aptam conciliandis emolliendisq; animis. Hoc ipſum homines a brutis, Sinenſes a cæteris populis diſtinguere contendunt; ferocitatemq; quæ apud certas nationes offenditur, rei publicas certiffime perturbare perſuaſum habent. Animos enim, qui cœco impetu ferri ſueverunt, domeſticis contentionibus innutritos, nullius perſonæ rationem habentes, aſſuetudinis vitio turbones eſſe & ad defectiones proclives, pronuntiant. Cum ex adverſo homines, qui alter alterum humanitate officiisque antevertunt; qui ſufferre, diſſimulare, dolores ſupprimere docti ſunt; qui ſolicite obſervant diſcrimina, quæ ætas, dignitas & merita ſanxere; genii ſui indole boni ordinis cuſtodes ſint, nec citra notam violentiæ moderationis ſuæ limites tranſiliant.

Operæ pretium foret, quibus humanitatis legibus,  
&c

& quo ceremoniarum ambitu, juxta hoc præceptum, officia in communi vita præstanda, præsertim circa salutationes mutuas, congressus & convivias, modumque conscribendarum epistolarum exequantur, latius exponi: ea etiam, quæ circa axiomata Sinensium publica, eorumque profundas rationes; circa instituta civilia, dignitatum ordines, Principum Mandarinorumque conditiones, & fortunas; urbium harmonicas dispositiones, & quæ cætera legibus publicis formæ externæ Reipublicæ Sinensis concinnandæ sancita sunt & introducta, ab Auctore edisseruntur, memorari uberius. Sed limites instituti nostri jam dudum videmur nobis supergressi, ac prolixitate abunde compensasse recensiois tarditatem.

*PETRI POTERII OPERA OMNIA PRACTICA ET CHYMICA, cum Annotationibus & Additamentis utilissimis pariter ac curiosis. FRIDERICI HOFFMANNI, Filii, Hallensis, Medici Elector. Brandenburg. Philosophi & Professoris Medicina Primarii in Academia Fridericiana. Accessit nova doctrina de Febris, ex principiis Mechanicis solide deducta, cum Indice locupletissimo.*

Francofurti ad Moentim impensis Frider. Knochii, 1698, 4.  
Constant Alph. 5. plag. 1.

**T**antum apud eruditos applausum invenerunt scripta *Poterii*, ut post duas illorum editiones, quarum altera Lugduni A. 1653, altera Francofurti 1665 in 8. prodiit, etiam tertia, ob exemplorum defectum, maximopere expeteretur. Precibus itaque multorum permotus Excellentissimus *Hoffmannus*, qui fama sua meritisque in Medicinam egregiis resuscitat patrios cineres, curam in se suscepit novæ editionis operum *Poterii* adornandæ, quo & publico prodesset & bibliopolæ simul desiderio satisfaceret. Non occupabimur in recensione & commendatione ipsius *Poteriani* operis, ne vino vendibili hederam suspendere videamur, quandoquidem istud plurimorum versatur manibus, & ubique magni æstimatur: saltim, quod nostri est officii, paucis indicabimus, quid novi & commodi novæ huic editioni accesserit.

Celeberrimus, quem laudavimus modo, Hoffmannus ut magis aptaret Philiatrora lectioni scripta Poterii, loca in illis obscuriora Additamentis & Annotationibus curiosis non minus quam utilibus illustravit, emendanda modeste castigavit, defectus supplevit, morborum causas & varios medicamentorum effectus e principiis Physico-Mechanicis solide deduxit, non omissis observationibus, cautelis & historiis notabilioribus, quas ipsi, praxia medicam exercenti, suggestit experientia. Insuper familiaria sibi, & comprobata toto die in Praxi remedia, eorumque compendiosas præparaciones passim adjevit; e quorum numero tantummodo unum atque alterum, speciminis loco, huc transferre sufficit. V. g. in *Annotat. ad Observat. Centur. II. cap. 39. p. 185.* describit *Elixir balsamicum*, quo maxime cum emolumento per plures annos in gravissimis viscerum obstructionibus morbisque chronicis usum se esse testatur, si ejus usus per aliquot menses continuetur, assumendo bis omni die 60 ad minimum guttulas: R̄ herb. scord. manip. iij. fl. centaur. minor. manip. j. myrrh. elect. ℥̄ss. croci zj. succini, zedoariæ, nucistæ, ana ziiij. ligni aloës z̄iij. cort. aurant. ℥̄ss. olei cardamomi & caryophyll. ana gutt. x. Sp. Vini tartarisati mensur. j. Sp. Salis Ammon. ℥̄j. Fiat extractio. *Annotat. ad Pharmacop. Spagy. Lib. I. Sect. IV. p. 437.* ex ligno Aloës triturato, beneficio aquæ pluvialis, addita s. q. salis communis, præviaq; digestionem, se obtinuisse testatur *aquam odoratissimam* cui superpatasset *oleum crassum*, quod instar camphoræ in frigido coagularetur, *Juavissimi odoris*. Hoc promte dissolvi in Sp. Vini rectificato, qui cum ipso transeat in *Essentiam* saluberrimam in capitis affectibus nervorumque debilitate oximiæ virtutis, atque odoris & saporis gratissimi. *Subsequente pagina 440.* docet, quomodo ex *balsamo Peruviano*, cum sale tartari probe trito ac digesto, mediante spiritu vini purissimo eliciatur *Essentia*, quæ, si destilletur ad siccitatem, *spiritum* præbeat *balsamicum fragrantissimum*, virtutis summæ ad roborandos nervos, medicamentum, quod omnes Medici commendatum sibi habeant. Tacemus varias observationes circa simplicium, (mineralis præsertim regni) medicamentorum naturam, præparationem & usum, pari eruditione & industria consignatas passimque intersperfas. Hoc tam silentio præterire non possumus, Virum Excellentissimum locoque Annotationum ad *Poterii Libros de Febris*, subjunxisse *integrum de hac*

hac materia *tractatum*, in quo perspicue demonstrat, febres non consistere in intemperie sanguinis cordisve calida, secundum veteres, aut ebullitione seu fermentatione p. n. sanguini & humoribus inducta, juxta Willisium, sed potius, ad mentem recentiorum quorundam, in turbata sanguinis mixtione cum ataxia & perurbatione spirituum; quod ipsum pluribus iisque ponderosissimis argumentis declarat. Hisse principiis therapiam febrium superstruit, ostendendo, quæ & quonam ex fundamento in febribus vel profint vel noceant. Venæ sectione; purgantia & vomitoria caute, & non, nisi plethora adsit, vel ordinariæ evacuationes suppressæ fuerint; aut ventriculus & intestina humorum vitiosorum saburra turgeant, in usum vocanda esse judicat. Inter antidota febrium imprimis extollit *diaphoretica*, quod illa, cæteris paribus, decenti nimirum dosi, tempore, ordine & forma exhibita, omnis generis febres non solum mitigare, sed etiam perfecte profligare soleant: sudorifera vero fortiora, item refrigerantia vulgo sic dicta, tam interna quam externa, nec non acida, plus noxæ quam commodi febricitantibus afferre censet. Præmissis ita generalibus, præcipuas febrium species recenset, earumque originem, causas, symptomata & curam ordine concinno exponit, quæ singula principiis solidioribus mechanicis collustrat.

Cæterum *Poterii arcana* quod attinet, ingenue profiteretur. Nobilissimus Autor noster, ex asse illa se non nosse; quantum tamen conjectura ex collatione locorum & circumstantiarum metiri licuit, ex quibus & qua ratione præparata fuerint, tradidit, & quæ si non majoris, similis tamen effectus medicamenta, sibi nota, substitui queant, manifestavit; qua de re Lectorem benevolum paucis admonere necesse esse duximus.

**COMPENDIUM HISTORIÆ UNIVERSALIS AB INITIO**

*Mundi ad tempora Caroli M. Imp. conscriptum a*

**JOANNE CLERICO.**

Amstelodami, apud Georgium Gallet, 1698, 8.

Constat plagulis sedecim.

**J**Am ante duodecim annos in usum studiosorum adolescentum doctissimus Clericus opusculum hoc conscripsit, animusque ipsi  
 præ

prius fuit, aliquando, si otium nancisci posset, studiosius id expolire, perpetuoque velut commentario illustrare. Sed cum deinceps hoc aut nunquam forte, aut non nisi post annos demum aliquot futurum intelligeret, Bibliopolis ea de re certioribus factis libellum denegare noluit. Sicut autem solcite se conatum fuisse profiteretur, ut in hoc duo illa obstacula vitaret, quæ alias impediunt, quo minus ex ejusmodi compendiorum Historicorum lectione sperati fructus colligi possint, nimiam nempe prolixitatem atque brevitatem: ita plurimarum rerum, quæ patrum nostrorum ævo non satis commode traditæ deprehendantur, rectiorem hæc narrationem se exhibere, & in momentis maxime ad Historiam sacram & ecclesiasticam pertinentibus multo accuratius & verius aliis exponere testatur. Nam cum plerique Scriptores quasi ex compacto laudent quidem ac probent per omnia eos, quibus res ex voto ceciderint, contra vero omnia ferme damnent in iis, qui numero suffragiorum victi fuerint; ipse vicissim nec absolvere nec damnare se hæc quenquam dicit, nisi quos res ipsa manifesto absolvat aut damnet; quamvis ut plurimum etiam duntaxat rem narraverit, non, quæ dogmata falsa aut vera sint, sed quæ vere contigerint ac facta fuerint, inquirens. Scriptorum recentiorum, ex quibus plenior cognitionem variarum rerum, quarum breviter meminit, haurire liceat, indicium ubique insperat. In ordinandis numerandisque temporum articulis, Dionysium Petavium sequi consultum reputavit, quem accuratissimum Chronologorum appellat, quemque non omni equidem peccato carere, sed minoribus tamen, quam eos, qui ante illum scripserunt, laborare existimat. Ad istum ergo modum compendio hoc complexus est, quicquid a mundi initio ad Caroli Magni imperium contigit: hæc enim finem antiquæ historiæ statui posse censet, quando quidem circa hæc demum tempora Imperium Romanum funditus perierit, & nova in Asia atque in Europa regna exorta sint. Quæ quidem *ὡς ἐν πλατείαις* capienda esse facile deprehendent, qui norunt, quanto ante Carolum M. tempore, & Romanum in Occidente Imperium (nam in Oriente aliquot post Carolum M. seculis stetit) cum Momylo Imperatorum ultimo funditus perierit, & in provinciis, quæ subjectæ illi fuerant, nova regna (velut in Gallia Francorum, Vis Gothorum in Hispania, Saxonum & Anglorum in Britannia, in Italia ipsa Herulorum, Ost-Gothorum, Longobardorum) fuerint enata.

\* \* \* \* \*

\* \* \* \* \*

# ACTA ERUDITORUM

*Publicata Lipsiæ*

*Calendis Septembris Anno M DC XCVIII.*

**COLLECTANEA MONUMENTORUM VETERUM ECCLESIAE**  
*Græca ac Latina, quæ hætenus in Vaticana Bibliotheca delituerunt.*  
**Tomus primus. LAURENTIUS ALEXANDER ZACAGNIUS, Va-**  
*sicana Bibliotheca Præfectus, e scriptis codicibus nunc primum*  
*edidit, Græca Latina fecit, notis*  
*illustravit.*

Romæ, typis Congregationis de propag. fide, 1698, fol. min.  
 Alphas. 9.

**E** minori, qua dudum defunctus fuerat, ad majorem Bibli-  
 othecæ Vaticanæ præfecturam evectus doctissimus Zaca-  
 gnus, non mediocre calcar currenti sibi additum promo-  
 tione hac fuisse ostensurus, totum se ad protrahenda in lu-  
 cem, quæ in illustrissima illa Bibliotheca adhuc latent, mo-  
 numenta *ἀνεκδοτα* convertit. Talia namque ab interitu sedulo vin-  
 dicanda esse, prævio etiam exemplo Henrici Canisii, Petri Stevartii,  
 Lucæ Dacherii, Philippi Labbei, Jo. Mabillonii, Joh. Baptistæ Cote-  
 lerii, Stephani Baluzii, Jacobi Hommey, aliorumque in antiquis lu-  
 cubrationibus edendis occupatorum edoctus, scripta a nemine hæte-  
 nus vulgata, sed sua tamen utilitate nequaquam caritura, abscondi  
 amplius intra unius Bibliothecæ cancellos noluit, ac visus sibi est hoc  
 pacto refarcire jacturam, quam in abrupta post mortem doctissimi  
 Leonis Allatii Symmictorum ab eo congestorum ulteriori editione  
 Orbis eruditus passus est. Exorsus igitur a Sanctorum Patrum lucu-  
 brationibus, sacros postea canones, tum rituales libros, rerum por-  
 ro sacrarum historias, ac deniquè ecclesiastica cuscunquæ generis

D d d

fcri-

scripta distinctis a se invicem Tomis aliquot e manuscriptis codicibus exhibere instituit.

Inter hos primus, qui nunc in lucem prodit, quatuor Scriptores vetustos sinit, & *ARCHELAUM* præ cæteris, celeberrimum in Mesopotamia Episcopum, cujus, *cum Manete hæresiarcha Disputationem* Latino delineatam sermone exhibet. Narratur in ea, ut profugus in Mesopotamiam Manes de viro quodam ob raras suas virtutes non apud Carrhas modo, qua in urbe degebat, sed & passim alibi decantatissimo, cui Marcelli nomen, inaudiverit, ac de eo hæretica sua pravitate inficiendo cogitaverit, scriptis etiam ad ipsum literis præsentiam suam pollicitus. Tum concessisse huic adventandi copiam Marcellus perhibetur, qua usus ille mox ad suscipiendam cum Archelao disputationem, præsentibus e numero Gentilium quatuor Philosophis, arbitratorum vices subituris, se adactum vidit. Hanc igitur necessitatem, nulla ratione devitare valens, sua palam exponere dogmata occœpit, quæ tamen ab Archelao adeo fortiter prostrata fuerunt, ut universa, quæ in domum Marcelli confluxerat, audientium multitudo horrendam eorundem indignitatem manifeste perspexerit, ac impium hæresiarcham urbe excedere, non citra vehementes motus, ipsiusmet Archelai auctoritate sedandos, coegerit. Recepit ille se in vicum longius ab urbe modo memorata distantem, Diodori appellatione insignitum, cujus Presbyter, & ipse Diodori nomen gerens, sparforum ab eo dogmatum foeditate percussus, quam iis ratione obviam eundum sit, peculiari epistola ad Archelaum exarata percontatus fuit, qui nihil in se desiderari passus, non argumenta solum, quibus ante ad incitas eum redegerat, per literas subministravit, sed & mox ad vicum ipsum pergens, disceptationem cum hæresiarcha pertinacissimo renovavit, felicitateque eadem, ac in priori illo congressu usus, acto in exilium antagonista, causa sua palam cadente, universam hæreseos hujus historiam, inde a primordiis suis repetitam, coram populo exposuit, animosque præsentium adversus eam solide obfirmavit.

Quinam acta hucusque enumerata scriptis consignaverit, inter Epiphanium, Hieronymum & Heraclianum non convenit, dum illi Archelaum ipsum, hic vero Hegemonium quendam officio hoc fuisse functum autumant. Sed Noster in præmissa huic Tomo præfatione rem ita defini posse credit, ut statuamus, Archelaum Syriaca  
 primum



primum lingua ea, quæ coram delectis iudicibus adversus Manetem protulerat, divulgasse; Hegemonium vero, quæ ab Archelao jam descripta fuerant, meliori non solum ordine digessisse, verum etiam exordio, epilogo, aliisque nonnullis locupletasse, ut omnibus numeris absoluta celebris illius disputationis acta ad posteros transmitterentur. Et hunc quidem Græco idiomate usum fuisse suspicatur, de Latino autem interprete, cujus versionem heic exhibet, plura sibi non liquere asserit, quam quod Hieronymo fuerit posterior, sed ante septimum tamen æræ Christianæ seculum vixerit: hoc enim vel inde colligit, quod in laudandis Sacræ Scripturæ locis vulgatam editionem non sequatur. His prælibatis, urbem in qua habita disputatio, non Carchar aut Caschar, sed Carrham fuisse probat, & in investigando ejus tempore occupatur, tutissimum fore ratus, si intra Julium atque Decembrem anni 277 istud collocaveris. Equidem ipsum Archelaum in sua Disputatione asserere observat, quod trecentos & amplius annos a Christi morte Manes advenerit. Verum ad exaggerandam ejus stoliditatem, qua se Paracletum Spiritum a Christo promissum temere affirmavit, annorum numerum in disputationis æstu eum auxisse respondet, ut clarius ostenderet, ipsum longo adeo post Christi mortem tempore emergentem, Paracletum esse non posse, quippe quem Dominus post suum in cælos ascensum illico Apostolis se missurum affirmaverit, & quem reapse post quinquaginta ab ejus resurrectione dies ab ipso missum fuisse, Apostolorum Acta diserte testentur. Sicuti autem in horum Actorum antiquitate ac sinceritate demonstranda multus est: ita fragmentorum ejus editionem antea factam commemorat, ut nempe ea ab Emerico Bigotio sibi commissa in calce suarum notarum ad Socratem & Sozomenum exhibuerit Henricus Valesius; prout & idem Bigotius apposito Græco Epiphaniæ textu cum Palladio eadem recudere cogitaverit, sed postea tamen curam hanc iis relinquere satius duxerit, qui novam operum S. Epiphaniæ editionem essent aggressuri. Se vero Latinum hunc textum e codice sexcentorum & ultra annorum, in Bibliotheca cœnobii Casinensis reperto, descriptum heic cum Eruditis communicare asserit, ac de cætero nequaquam dissimulat, ipsa hæc Acta nondum integra, sed pluribus in locis a veteri librario mutilata videri. Cyrillum certo Hierosolymitanum, in Catechesi sexta quædam Manetis argumenta cum Archelai responsionibus recitare, quæ in hac editione

non reperiantur; nec dici posse, Cyrillum dictorum modo sensum, non ipsa Archelai verba laudasse, cum simile quidpiam in nullo editionis hujus loco legatur, ac præterea verba illa, quæ Cyrillus referat, ita concepta sint, ut ab ipsomet Archelao prolata credi debeant. Ne tamen vel minimum Actorum Disputationis istius omitteret, fragmentum ex hac Cyrilli Catechesi desumptum corollarii loco Græco-Latinum subjunxit. Præterea cum inter Regio-Alexandrinis Vaticanæ Bibliothecæ codices reperisset apographum vetusti cujusdam codicis, excerpta quædam ex Actis Disputationis Archelai a capite quinquagesimo primo usq; ad quinquagesimum quintum continentis, operæ pretium censuit, in appendice totius Tomi varias ex eo lectiones accumulare; quemadmodum & similes e codice Bobiensi atq; aliunde petitas, una cum notulis quibusdam brevioribus, textui ipsi passim substravit. Quali autem fundamento nitatur, quando Archelaum pleraque Romano-Catholicorum dogmata illustrare atque confirmare tradit, aliis dijudicandum relinquimus.

Disputationem hanc excipiunt S. *EPHRÆMI SYRI* Orationes asceticæ duæ non adeo prolixæ, quarum altera *de Resurrectione & Judicio, deque Regno cælorum ac de munditia anime*; altera *de Agone seu de luctaminibus hujus sæculi* inscribitur. Has Latine tantum ex antiqua versione, cum Græcum exemplar hæcenus impetrare non potuerit, clarissimus Editor exhibet, & ex per vetusto Vaticano codice transcriptas ad alium Casanatensis Bibliothecæ codicem collatas præsentat, ast præter variantes utrinque lectiones de suo nihil superaddit.

Sed spatium multo amplius occupant, diligentiamque Zacagnii majorem testantur nonnulla, quæ has sequuntur, *GREGORII NYSSENI* opera, ex folis Vaticanis codicibus eruta, cum eorum exemplar aliud in urbanis Bibliothecis reperiri haud potuerit. Ex his autem primum locum occupat ejusdem *Antirrheticus adversus Apollinarem*, ex septingentorum circiter annorum codice depromptus. Et hunc quidem genuinum Gregorii factum esse, non ex styli solum, sed & e sententiarum ab eo alias prolatarum congruentia, patere existimat. Quid? quod & Leontius Byzantinus, ex Scholastico seu Advocato Monachus in Laura S. Sabæ prope Hierosolymam, qui Justiniano imperante floruerit, & Synodus sexta generalis, & Euthymius Ziga-

Zigabenus, & Jo. Damascenus excerpta quædam ex hoc Antirrhético referant, quæ suo loco in notis studiose Noster indicat. De tempore, quo opus istud composuerit, nihil certi ex illius lectione colligere se potuisse profitetur; medio tamen inter annum 373 & primam Synodum Constantinopolitanam spatium factum hunc conceptum, vix dubitat. In Synodo namque Alexandrina, paulo post Constantii mortem A. 362 sub Joviano Imp. habita, damnatum quidem Apollinaris errorem, sed ejus nomini adhuc parcitum fuisse; præterea nec Athanasium Alexandrinum, qui primus omnium Apollinaris hæresin scripto confutarit, nec alium quempiam, antequam Basilius Cæsariensis Ecclesiæ præficeretur, hæretici eum loco habuisse; at paulo post Basili Episcopatus initia, hæreseos eum palam accusatum, quin & annis mox sequentibus ab Ecclesiæ consortio exclusum deprehendi memorat. Gregorium igitur Nyssenum eo tempore scripsisse colligit, quo manifestam Apollinaris hæresin quilibet agnovisset, cum ejusdem librum *de Incarnatione Verbi ad hominis similitudinem facta*, in Antirrhético hoc suo sic confutet, ut istum modo Arius & Eunomio parem faciat, modo eosdem impietate superasse contendat. Deinde cum in eodem libro nulla mentio iudicii in Apollinarianam hæresin a Damaso vel a Synodo œcumenica secunda lati habeatur, nec ita solos Apollinaris asselas Auctor redarguat, quemadmodum in epistola ad Theophilum Alexandrinum multis post Apollinaris obitum annis directa fecerit, sed adversus ipsummet scribat, eumque hæresin deponere optet; inde haud inani conjectura colligi, quod ante secundam Synodum œcumenicam, & ante Apollinaris obitum, quem circa A. 380 accidisse putent, Antirrheticum suum Gregorius Nyssenus elucubraverit. Quod attinet ad locutiones ab eo hec adhibitæ, non equidem inficiatur Editor, tales nonnunquam occurrere, quæ a veritate catholica alienæ videri queant iis, qui in Nysseni scriptis adeo versati non fuerint. Sed ex genuina hujus mente quicquam a fide orthodoxa recedens adstructum reperiri, totus pernegat, ac proin, licet hypostaticam divinæ & humanæ naturæ in Christo unionem *μῖξιν* quandoque appellarit, & *σύμμιξιν* ac *σύγκρασιν*. Eutychianæ tamen naturarum confusione ipsum favisse non admittit; ut ut etiam de Christi gloria post ascensionem in cœlos adeo magnifice loquatur, ut ipsum nullam humanæ carnis substantiam ac proprietatem in glorificato Christi corpore agnovisse

uisse quispiam fortassis suspicari valeret, & ab hac tamen opinione eum, revera abhorruisse, multis modis evincere satagit, ad alia ejus loca contrarium penitus asserentia provocans, & morem Patribus interdum receptum urgens, quo ad accuratissimas Theologiæ regulas verba sua non semper exegisse eos constet, quippe qui in id incubuerint, ut, quam maxime fieri posset, sublimes de divina Majestate notiones legentium animis imprimerent.

Post Antirrheticum Gregorii Nysseni, sistuntur in Tomo hoc ejusdem S. Patris *delecta quadam Testimonia ex Veteri Testamento*, quæ ille *adversus Judæos* urget atque roborat, & ea quidem concernunt, mysterium sacrosanctæ Trinitatis, adventum Domini in carnem, nativitatem ejus ex illibata virgine, miracula ab ipsomet edita, passionem, crucem, resurrectionem, ascensionem, gloriam item Ecclesiæ, Evangelium, incredulitatem Judæorum, gentium vocationem, baptismum, & articulos quosdam alios, quos veluti primarios Christiani profitentur, quosq; Judæi vicissim acriter sueverunt impugnare. Hæc Testimonia Latine tantum ex Laurentii Sifanii versione olim prodire, nunc vero eadem Græce quoque cum sua translatione nova Noster publici usus facit, ac pro libello hoc ipsi Nysseno utique tribuendo felicite pugnat. Sunt sane, qui in alia omnia abire malunt, ea ratione freti, quod sub Testimoniorum horum finem quædam ex Chrysostomo, post tempora demum Nysseni florente, mutuata legantur. At verba illa in codice Græco Vaticano non extare, adeoque pro panno huic operi affuto habenda venire, Noster regerit. Neque tamen iis adversaturum se testatur, qui opusculum hoc quosdam interpolasse credant, cum in eo laudari nonnulla videat, quæ in sacrorum Bibliorum textu haud appareant; quemadmodum & ejus exordium totidem verbis apud Basilium in libro de Spiritu Sancto repererit.

Mox duæ ejusdem Orationes comparant, quarum prima *Laudatio altera S. Stephani Proto-Martyris* inscribitur, quamque se primum Græce & Latine dare Editor solertissimus innuit; qui etiam non in festo die Stephano sacratio, sed in sequenti potius eam recitatam censet, cum pauca de S. Stephani laudibus præfatus, statim ad celebrandos Petrum, Jacobum & Johannem, Apostolos, Gregorius digrediat. Hinc insuper manifestum reddi sibi persuadet, Eccle-

siæ,

fiæ, cûi Nyssenus præerat, & fortasse totius Cappadocum gentis instituto, una eademque die, quæ Stephani solennitatem proxime sequitur, Apostolorum modo nominatorum festum celebrari consuevisse. Magnificas autem totius Apostolici coetus laudes, easque imprimis & Petro tributas, speciminis in locum ex hac oratione decerpit, ac maxime comendat. Secunda oratio de *Spiritu Sancto* agit, & in *Pentecosten* fuit habita. Hanc superiori jam tum seculo Franciscus Zinus imprimi curavit, sed Latine tantum; nunc vero Græcam quoque ac nova versione ornatam evolvere heic possumus. In ejusdem calcæ mantissæ loco annectitur exiguum supplementum textus Græci *Orationis* ejusdem Nysseni *adversus fornicarios* compositæ, quod, quia in appendice operum illius a Jac. Gretsero vulgata desideratur, adderò hoc in loco non incongruum Noster existimavit.

Nondum tamen operum Nyssenianorum satis est: nam *quatuordecim* adhuc illius *Epistol.* Græco-Latinæ conspectui se nostro sistunt. *Prima* harum ad Eusebium quendam perscripta versatur in reddendâ causâ mystica, eur nocte ad longitudinis summum proventa Christus nasci voluerit, ac tunc, cum noctes diebus æquantur, e mortuis resurrexerit? Occasionem ei præbuisse Editor existimat vetustum illum morem, juxta quem in Paschatis ac Natalis Dominici solennitatibus munuscula quædam sibi invicem Christiani, mutuam benevolentiam ut testarentur, miserint; qua de causâ & hanc summa pietate refertam epistolam muneris loco Nyssenus ad Eusebium ablegaverit. *Secunda* ad Sebastonos directâ est, quibus suspecta erat Nysseni in aliquibus fidei capitibus sententia, quam tamen hic egregie defendit & ab impacto heterodoxiæ crimine liberat. *Tertia* honorem illum & varias lætitiæ significationes, quibus post reditum suum ad Ecclesiam ab auditoribus suis exceptus fuerit, describit; unde eam Editor vel post primam Synodum CPtanam, vel eo tempore, quo ab exilio redierit, exaratum putat. *Quarta* nobilem juvenem, consanguineum suum, capitalis criminis reum actum, Cynegio, Præfecto Prætorii in Oriente; & *quinta* eidem Alexandrum quondam commendat. *Sexta* ex eremo, & *septima* ex exilio, dubium ad quos, missæ Editori videntur. *Octavam* senex admodum Nyssenus ad eruditum quendam juvenem Cappadocem, vel in Cappadocia commorantem, qui istum peregre agentem patri commendaverat, perscripsit. *Nona* Cappadocem aliquem in  
Ponti

Ponti quodam loco agentem ad Paschatis celebrationem accersit, deq; morum, qua laborent Cappadoces, asperitate queritur. *Decimam & undecimam* pro responsoriis Noster habet ad literas Libanii Sophistæ, quem S. Basilii magistrum fuisse pluribus in præfatione ostendit, cumque inter Libanii epistolas adhuc ineditas, quarum plus quam duæ chiliades in Vaticana Bibliotheca servantur, nulla Gregorio Nysseno inscripta deprehendatur, non omnes certe epistolas ab eximio hoc Rhetore profectas, in antiquissimis earum collectionibus adhuc dum superesse, exin colligit. In *duodecime* ad incertum aliquem tendentis initio excusat se Nyssenus, quod libros suos adversus hæresin ob librariorum penuriam citius haud miserit; id quod non de Antirrhético illius, quippe non admodum prolixo, sed de tredecim adversus Eunomium libris capiendum Zacagnius existimat, idemque *decimam tertiam* Nicomediensi Ecclesiæ pastore orbata, & idcirco in plures factiones discissæ destinata conclusit. In *decima quarta* de misero vitæ suæ statu, de adversariorum suorum insidiis, deque perveris suorum temporum moribus prolixè queritur; unde ei exilium, in quod Valens Imperator Nyssenum abire jusserit, ansam suppeditasse, Noster haud præter rem fortassis conjicit. Has igitur Epistolas Græcæ & Latine uti primus jam legi publice facit Zacagnius, ita notis etiam quibusdam criticis illustrat, quin imo in tribus pōstremis lacunas aliquot ex suo ingenio supplet. Etenim his deturpatum deprehendit Vaticanum exemplar, non veteris quidem librarii culpa, sed quia in alio codice, ex quo ante quingentos annos Vaticanus transcriptus fuerat, nonnullas paginas in extrema parte vetustas consumserat; quem defectum adeo accurate codicis Vaticani scriptor repræsentavit, ut desideratorum verborum numerum, relicto nunc majori, nunc minori spatio, diligentissime designaverit. Noster ergo, ne tot hiatus in textu conspicerentur, ratione habita majoris minorisve intervalli in codice illo denotati, eas complevit, sed ita, ut conjecturas suas semicirculis incluserit, ne forsan eas quispiam Nysseni verba esse reputet.

Quartus Scriptor, cujus labores Tomus hic in scenam producit, est *EUTHALIUS*, quem Chalcedonensis Concilii tempore Alexandriæ Ecclesiæ Diaconum egisse, quicquid contra videatur aliis, Zacagnius opinatur, eumque postmodum Episcopum Sulcensem factum dicit, in ea forsan urbe, quæ  $\Psi\epsilon\lambda\chi\eta$  appellata & Syeni Thebaidis civitati

vjtati celeberrimæ propinqua fuerit, quamque Strabo commemoret, & Ptolomæus  $\Psi\epsilon\lambda\lambda\omega$ , alii Pselcim appellant. Episcopali autem isthac dignitatẽ eum claruisse illo ævo, quo Athanasius Junior, cognomento Celetes seu Herniosus, Petro Moggo A. 490 succedens, Alexandrinam Ecclesiã rexit. Rogavit hunc Euthalium quidam, cuius nomen ipse reticere voluit, Pater, ut Prologum in universas Pauli epistolas concinnaret, inque eo admirandorum ejus gestorum historiam texeret. Hic ergo non istud modo accuratissime est executus, verum etiam singulas epistolas in lectiones divisit, & versibus distinxit, testimonia etiam Veteris Testamenti, aliaque a Paulo allegata in unum collegit, adjectisque capitulis ab antiquo Patre hodie ignoto excogitatis, absolutissimam undiquaque epistolarum illarum editionem concinnavit, atque hanc manu sua descriptam ad Patrem illum, qui id operis ipsi injunxerat, transmisit. Elapso deinceps aliquo temporis spatio, ad mandatum forte Athanasii, Archiepiscopi Alexandrini, cujus mentionem modo injecimus, eandem diligentiam reliquis epistolis Catholicis & Apostolorum Actis impendit, profectusque ad Cæsaream Palæstinæ urbem, secundum exactissima exemplaria, quæ adhuc ibidem in Bibliotheca a Pamphilo martyre & Eusebio Cæsariensi constructa asservabantur, divinorum istorum scriptorum textum excussit, atq; juxta ea laborem suum informavit. In Actis nempe Apostolorum & in Epistolis Catholicis, post emendata librariorum errata, textum in lectiones, capita & versus accurate distinxit. Lectiones modo unum caput, modo plura, non tamen æqualis numeri aut quantitatis, complectuntur. Capita duplicis sunt generis, majora alia, alia minora. Illa integrum aliquod argumentum continent, sed quia illud nimis interdum prolixum est, hæc insuper adhibuit, ut, qui argumenti primarii partem aliquam nosse cuperet, integri prolixiq; capituli lectione haud indigeret. Præter hæc capita, omnium locorum, qui ex Veteri Testamento aliisque tum sacristum profanis libris citantur, duplicem catalogum texuit, in quorum primo Sacræ Scripturæ & aliorum etiam auctorum libri quot vicibus laudentur in textu, describit; in secundo vero singula loca iisdem, quibus concepta fuere, verbis recitat. Eundem quoque ordinem servavit in Epistolis Paulinis, nisi quod alia quædam his propria opportunis in locis immiscuit; velut ubi ante omnia prologum confecit amplissimum de S. Pauli gestis ejusque epistolis, in cu-

jus sine antiqui Patris, qui has epistolas in capita divisit, brevem de Pauli martyrio prologum subdidit, una cum appendice, in qua, quot anni ab ejusdem passione tunc præterierint, ipse rursus supputavit. Post lectionum & testimoniorum elenchos, loca etiam, unde data, & quorum nomine conceptæ fuerint hæ epistolæ, exposuit, ut alia industriæ haud vulgaris specimina taceamus.

Lectionum vero aliquoties hucusque dum meminimus, ad Editorem nostrum merito benevolam Lectorem ablegamus, qui in præfatione eas esse has pericopas affirmat, quas Euthalii tempore Ecclesia Alexandrina festis diebus legerit, aut quas ipse in publicis ejusdem Ecclesiæ synaxibus legendas Athanasio, Alexandrino Episcopo, proposuerit. Qua occasione doctam de sacrarum lectionum antiquo usu atque numero commentationem inspergit.

Euthaliani de cætero operis partem primus dedit Franciscus, Cardinalis Ximenius, in Bibliorum editione Complutensi; plura autem ex eo comparent in Oecumenii & aliorum veterum Patrum commentariis in Apostolorum Acta, inque Catholicas & alias D. Pauli Epistolas a Gisberto, Veronensi Episcopo, Græce evulgatis, nec non in Novi Testamenti editionibus quibusdam celeberrimis, quas solcite enumerat Noster: neminem tamen ante se opus istud integrum adhuc publicasse monet, hujusque rei culpam in librarios rejicit, qui, cum in hujus Auctoris prologis & programmatibus nonnulla esse viderent a suorum temporum usu abhorrentia, & præcipue ex tot numerorum atque elenchorum laboriosa transcriptione magnum sibi incommodum oriri sentirent, non omnes ejus lucubrationes, sed quas magis necessarias judicant, illis, quos manu exaraverint codicibus, interdum indicato, sæpius suppresso Auctoris nomine, inseruerint. Ipse igitur ex Regio-Alexandrino Bibliothecæ Vaticanæ codice integrum opus cum plurimis optimæ notæ manuscriptis aliis collatum Græce protulit, Latinaque versione exornavit, omissis tamen argumentis tum Actuum Apostolicorum, tum Catholicarum Epistolarum, quæ capitulorum elenchis in omnibus codicibus præfigi equidem agnovit, sed non Euthalii, verum recentioris cujusdam auctoris esse, & a librariis ejusdem operi inserta fuisse statuit. Codicem deinceps jam laudatum, circa Acta Apostolorum & septem Catholicas Epistolas, contulit cum Argentoratensi Novi Fœderis editione a Jo. Henrico Boeclero A.



1645 adornata, & A. 1660 recusa; in epistolis vero Paulinis cum eo Novi Testamenti exemplari ipsum comparavit, quod Jo. Morinus Romanae Septuaginta Interpretum editioni subjunxit. Imo & varias Regio-Alexandrini codicis lectiones cum iis contulit, quæ ex eo in Anglicanis Bibliis Polyglottis sacro textui substernuntur, & obvias variationes ubivis sedulo annotavit. Porro & eam lectionum certis diebus in Missa recitandarum seriem, quæ in codicis Regio-Alexandrini margine continetur, addidit; sed cum in hoc istarum tantummodo initium ac finis, nulla dierum, in quibus recitandæ, mentione facta, infinuatur, idcirco alios codices Vaticanos in subsidium advocavit, ut suos quosque dies singulis lectionibus apponere nosset. Præterea huic Lectionario alios lectionum liturgicarum indiculos superaddidit, ab iis, quibus nunc Græci in Missarum celebratione utuntur, parum diversos; ne tamen, ubi hi ab hujus ævi Græcorum Lectionariis discrepent, notare omisit, istoque pacto quatuor Ecclesiarum Orientalium Lectionaria variis ex Regio-Alexandrino codice lectionibus immixta, ac præterea in appendice adhuc aliud ex initio codicis sæpe nominati descriptum, temporibusque, quibus vixit Euthalius, posterius quidem, sed ad novum tamen seculum referendum, suppeditavit.

**JO. CHRISTIANI ITTERI DE HONORIBUS SIVE**

*Gradibus Academicis liber.*

Francofurti ad Mœnum, sumptibus Frid. Knochii, 1698. in 4.  
Constat alph. 4. pl. 8.

**S**olennes titulos in Academiis publica auctoritate & certis ceremoniis collatos, privilegiisque ornatos, nemo accuratius eruditusque scrutatus est, & ex optimis scriptoribus exposuit, quam viginti quasi ante annos doctissimus Itterus, inauguralis dissertationis argumentum isthoc sumens, quod dein latius explicavit justo de honoribus sive gradibus academicis edito libro. Hunc recensitum, plurimisque ex partibus auctum nunc denuo publici juris fecit, servato eodem ordine & numero capitum, quos in priori adhibuit editione; singulis tamen capitibus ita interpolatis & locupletatis, ut novus omnino & eximius censeferi debeat liber, e quo pauca delibabimus notatu quæ digniora

gniora sunt visa. Boetii Eponis Jcti Frisii commentarium *de bonorum academicorum titulis, eorumque origine, progressu atque usu*, a Val. Andreae in Bibliotheca Belgica memoratum, non repertum sibi ait, ullibi *p. 7.* Philosophiæ Magistris *Doctorem* titulum non abjudicandum *p. 20.* Licentiatos publice non renunciatos haud quaquam gradus istius dignitate gaudere, ex sententia Argentoratensium *p. 28.* Sibi gradum Licentiati Gieslæ anno 1678 collatum fuisse *p. 38. 450. 557.* Juris *utriusque* nomine non modo Canonicum & Civile, verum etiam Divinum & humanum comprehendi *p. 41.* Canonici juris recte etiam in Belgio creatos Doctores dici, invito licet Paulo Voetio *p. 48.* Gradus honorum in Academiis receptos, improbatos esse Carolstadio *p. 62.* neutquam Lutherò & Melanchthoni *p. 64.* aut Camerario, etsi is ritus, quibus isti hodie solent conferri, reprehenderit *p. 66.* Sinenses in conferendis iis admodum rigidos esse, & quotannis inquirere in profectus eorum, qui gradus sunt consecuti, hac lege, ut si non profecerint, gradu iterum excidant *p. 84.* Lombardum non a gradu collato, sed quod auctor Sententiarum fuerit, *Magistri* titulum tulisse *p. 89.* Honorum titulorumque academicorum collationem seculi tertii decimi initio usu esse receptam, nec ante ullibi creatum fuisse Doctorem, *p. 100.* Originem graduum istorum quosdam Gallis, alios Anglis, nonnullos Italis, aliquos etiam Hispanis adscribere *p. 104.* Ad Germanos seculo decimo quarto, cum Academiis, morem etiam tribuendi eruditionis exploratæ testimonia esse derivatum *p. 105.* Ab Imperatore aliisque liberis Statibus condi posse academias & conferri gradus, nulla Pontificis Romani ejusque concessionis aut confirmationis habita ratione, *p. 118.* Neque enim academias esse corpora ecclesiastica, nec Cancellarios earum ex ordine sacro esse oportere *p. 121.* Potestatem conferendi academicas dignitates non ad jus sacrorum referendam, sed nothetico annumerandam esse *p. 134.* Reservata Cæsarea vix posse enumerari aut demonstrari *p. 140.* Collationem dignitatum academicarum pertinere ad Reservata ista *p. 143.* ac proinde a nullo alio Imperii Statu jus esse involandum, ac ne in territorio quidem gradus hos conferentis vires id habere, ab eove renunciatos Doctores privilegiis cæterorum frui *p. 148.* quod etiam de Rege Romano *p. 153.* Vicariis Imperii *p. 154.* & Camera Imperiali sentiendum *p. 158.* Immediate a Cæsaribus, ut Poetas *p. 159,* ita & Doctores creari, exemplis Maxima-

miliani I. p. 160. & Friderici III. p. 161. patere. Regem Sueciæ Gustavum Adolphum p. 163. & Daniæ Fridericum III. p. 164. & Magnum Ducem Moscovjæ p. 165 Doctores creasse. Frid. Staphylum jussu Pontificis Pii IV per Salisburgensem Archiepiscopum Doctorem esse renunciatum p. 166. Archiduces Austriæ facultate creandorum Doctorum gaudere p. 167. Comites etiam Palatinos eandem auctoritate Cæsarea esse consecutos p. 169. ut Theologiæ etiam Doctores creare possint p. 171. in ipsis quoque academiis p. 173. In academiis gradum conferri posse ab eo, qui ipse gradu isto quem confert, non gaudeat p. 183. Casus posse intervenire, ut in alia academia Licentiati, in alia Doctoris gradus assumatur p. 192. quod duobus insignibus Ph. Nicolai & Jo. Scherbaumii exemplis p. 194. ostenditur. Gradum, quo aliquis jam ornatus est, in alia academia repeti non debere p. 208. non obstante Petri Martyris exemplo p. 209. Cæcos academicis gradibus ornari posse, exemplo Nicasii de Werda patere p. 216. nec foeminas iis excludi, exemplis quibusdam esse manifestum p. 217. Judæos tamen ad eosdem gradus non admittendos p. 224. uti nec atheos & a religione Christiana alienos p. 229. aut facinorosos p. 231. qualis Jo. Christophorus Castricius ob furtum Tubingæ virgis cæsus, & ob istud iteratum Rostochii laqueo strangulatus *ibid.* & spurios p. 233. si non fuerint legitimati p. 238. Licetorum & apparitorum filios academicorum honorum esse capaces p. 242. minus eos, qui servi sunt aut homines proprii p. 244. vel certo Religiosorum ordini addicti p. 245. Dignis & eruditione eos merentibus esse conferendos gradus p. 248. nec profundendos in indignos honores istos p. 251 *f. 99.* Ætatem p. 266. aut annos studiorum non posse definiiri consecuturo academicos gradus, cum ingenia modo tarda sint, modo præcocia, p. 273. Examina seu *δοκιμασίας* eruditionis, antequam gradus conferantur, non esse omittendas p. 280. cujus generis examen *vesperiarum* nomine veniat p. 285. Juramento solere obstringi hos, qui honore initiantur academico p. 305. Cancellarii interventu eos in quibusdam academiis conferri, in aliis eum non esse necessarium p. 308. Ordinem candidatorum observari varium p. 314. Vallaradi autem in Academia Complutensi octavum inter competitores locum nacti, idque ægre ferentis, anxietas notatur p. 315. Ritus in promotionibus usitati, evocatio in superiorem cathedram, libri apertio & occlusio, birreti impositio, ejusque color, annuli aurei collatio, osculi

osculi infixio, explicantur *p. 317*. Plerosque Pontificum Romanorum  
 cuidam deberi *p. 323*. nec omnes esse absolute necessarios *p. 325*. Absen-  
 ti gradum posse conferri *p. 330*. Altorfinæ Academiæ jus creandi Docto-  
 res Theologiæ anno 1697 fuisse a S. Cæs. Majestate concessum, ab ea-  
 que exercitum *p. 343*. Constitutionem Friderici III. Imp. Jureconsultis  
 iniquam, non fuisse receptam, & autorem ejus esse incertum *p.*  
*355*. Jureconsultos immerito laborare multorum odio *p. 363*, cujus quæ  
 sint causæ, edisseritur *p. 369*. Ordo Facultatum in Academiis, & jus præ-  
 cedentiæ ex impetratis gradibus competens *p. 378. seqq.* excutitur. Do-  
 ctiores vere esse Nobiles *p. 396. seqq.* & gradus academicos ab illustri-  
 bus hominibus non fuisse spretos, exemplis recentioribus Regis An-  
 gliæ Wilhelmi III, Electoris Palatini Caroli, Oliv. Cromwelli, Ducis  
 Hanoverani, Albretani & aliorum patere *p. 408*. Nobilibus tamen præ  
 Doctoribus præcedentiæ tribui *p. 412*. Doctoribus non jus quidvis  
 docendi conferri *p. 427*. Responsa Jctorum quam & olim habuerint  
 & hodie habeant auctoritatem, *p. 430*. Armorum seu gladii gestandi u-  
 sum Doctoribus competere, *p. 439*. insignium item cum apertis galeis  
*p. 444*. & vestimentorum istis quæ nobili genere nati gestant non in-  
 feriorum *p. 448*. Patriam autem potestatem gradu academico non  
 solvi *p. 464*. Exemptionem ab oneribus isto ornatos consequi *p. 466*.  
 Sumtus in gradus impenfos filium non teneri in hæreditate conferre  
*p. 471*. Doctorem opifices cum strepitu artem exercentes ex vicinia  
 posse expellere *p. 474*. Doctores provocatos ad duellum non teneri  
 comparere, unde ortum traxerit hoc ineptum dogma *p. 482*. istud  
 item de privilegio competentæ *p. 485*. Nudam Doctorum promissio-  
 nem juramento non æquipollere *p. 491*. Ab incarceratione quatenus  
 iidem sint immunes *p. 493*. & a tortura *p. 499*. ac graviore pœna *p. 504*.  
 Bullatqs Doctores, seu a Comitibus Palatinis creatos, iisdem privile-  
 giis cum Academicis frui *p. 512*. nec a Cameræ Imperialis officiis esse  
 exclusos *p. 530*. Licentiatos iisdem frui privilegiis quibus Doctores  
*p. 548* Per Doctores & Professores in Jure Justiniano intelligi solum  
 ex Doctoribus hodiernis eos, qui docendi munus sustinent *p. 566*. Do-  
 ctores cum militibus & nobilibus non iisdem gaudere privilegiis *p. 561*.  
 Collatos gradus academicos contra temeratores asseri in judicio &  
 vindicari posse *p. 570*. Probatorum eorum varios modos esse *p. 279*.  
 Tempore necessitatis cessare privilegia doctoraliæ *p. 599*. Exui dignitate  
 do-

doctorali hos, qui supplicio capitis afficiuntur *p. 597.* non æque imperitos & ignavos *p. 601.* Procuratoris, Secretarii, & similia officia non obfuscare dignitatem doctoralem *p. 603.* nec mercaturam *p. 609.*

Libro huic tres appendices adjecit Auctor, quarum *prima* ex Academia Giesfensis statutis eos titulos exhibet, qui promotiones academicas spectant; *altera* doctissimi viri Erii Mauritiï orationem de origine honorum academicorum, Kilonii A. 1666 habitam, cum sub inaugurationem Academiae istius supremum Doctoris gradum Rachelio, Martino & Pellicero conferret, sistit *p. 27.* in qua, primam graduum originem Galliae ac Parisinae academiae, & seculo decimo tertio, ejusque inter 1223 & 1231 interjectis annis, deberi asserit; *tertia* Gotlibii von Hagen, (nam hoc nomine auctorem vocari in libro suo Iterus innuit *p. 396.*) Equitis Megapolitani discursum de natura ac statu veræ Nobilitatis & Doctoratus juris, Hamburgi ante complures annos editum iterum profert, cum nonnemini hinc inde adjectis stricturis; e quibus quid contra Hagenum istum, qui Doctorum nobilitatem professæ opera impugnat, clarissimus Ittorus disputet, & quibus in locis eum refellat, cognoscitur.

**MARSUPIALIS AMERICANI ANATOME, IN COLLEGIO GRES-**  
*bamensi exhibita ab EDUARDO TYSON, M.D. Collegii Medicorum*  
*ac Societatis Regiæ Socio, & Anatomia apud Chirurgos*  
*Londinenses Professore.*

Excerpta e Philosophicis Actis (Transactions) Anglicis Mensis  
 Aprilis 1698. N. 239.

**A** Nimalis hujus exotici, quod e Virginia Londinum vivens non modo adductum, atque a Will. Bird, Equite, Illustrissimæ Societati Regiæ Anglicanæ oblatum, sed & ab hac aliquamdiu enutritum fuit, varia prius commemorantur nomina, quam *auctor Clarissimus* ipsam ejusdem conformationem, tum externam, tum internam describere exactius aggrediatur. In Brasilia namque, testibus Marggravio & Pifone, a littoralibus *Cariguyca*, a mediterraneis *Jupatiima* vocatur; Franc. Hernandez cum Indis *Tlaquatzin*. Anton. Herera *Taquatzin*, & moderni Hispani, ex Nierenbergii annotatione, corrupte *Tlaquacum* illud appellant; Maffeo & Barlæo *Cerigo*, Sarigoy Lerio, Stadio *Servoy*,

*Servoy*, Cardano & Oviedo *Chiurca*, in Virginia *Opossum* vel *Opassum*, Rajo cum Anglorum nautis *Possum*, Gesnero *Semivulpa*, & *Vulpi-Simia* Aldrovando idem audit. Nostro tamen Anatomico dexterrimo *Marsupialis Americani* nomenclatura inprimis arridet, quod a ventris infimi marsupio, quo catuli ejus ab omni periculo defendendi recipiuntur, ex eoque pro lubitu rursus emittuntur, tanquam parte animali huic profus peculiari, desumatur, alioque insuper epitheto limitari queat facillime, si diversæ fortassis animalium ejusmodi crumenatorum reperiantur species.

Quod a Wilkino & Raio canibus, gliribus autem a Pisone annumeratur animal, cum Cardano *Autor* e genere potius mustelino seu vermineo esse reputat, certo nihilominus tum demum determinaturus, quando marem itidem observandi fuerit occasio; præsens enim subjectum, depingendum nunc æque ac describendum, foemella existebat. Scilicet cum nulla apud Autores hujus animantis occurrat figura vitii omnis experts, *Noster* ad vivum delineari (Fig. 1.) illud curavit, cujus a naso ad caudæ usque extremitatem dimensio triginta pollices & unum; caput sex pollicum longitudinem; cauda unum pedem, ac periphæria corporis quindecim pollices cum dimidio adæquare deprehendebantur, licet vivum ac sanum majorem præ se tulerit crassitiem. Crura anteriora sex pollices, posteriora vero crura quatuor tantum pollices ac dimidium notabantur longa; crassities caudæ juxta radicem trium erat pollicum, in extremo autem pollicem solummodo unum attingebat; caput circa aures latissimum conspiciebatur, in synapite ab una aure ad alteram tres obtinens pollices, successive hinc nasum versus decrescens, sicque porcelli magis, quam vulpis caput referens; palpebrarum rima haud lata, nec horizontaliter, sed in linea recta ab auribus ad nasum excurrerebat. Aures unum circiter pollicem ac dimidium longæ erant, non acutæ, sed rotundæ; rictus oris ab unius lateris angulo ad extremum usque nasum duos pollices cum dimidio continebat.

Sicuti autem Marggravius circa crura aberrat, dum anteriora horum breviora posterioribus asserit, ita pariter nec ea, quæ de quinque pedum digitis instar manuum profert, autopsiæ udiuque respondebant. Pedum quippe anteriorum quinque digiti longæ æqualiter inter se locabantur, in extremitate unguibus curvis instructi; sed posteri-

TAB. X.

TAB. X

Fig. 2.

Fig. 1.





Fig. 4.



Fff

ter-

1935

1935



steriorum quatuor tantum digiti unguibus incurvis armabantur, quintus vero pollicem humanum perfecte æmulabatur, ceu brevior ac in aliqua distantia a reliquorum digitorum ordine positus, nec non tenui & plano ungue, qualem *Figura 1. & 4. lit. a. a.* exprimit, coopertus. Quæ crurum & unguium conformatio multum omnino animali confert, ut pro captandis avibus, quibus præter alia vescitur, incredibili pernecitate arbores, ex Historiæ Mexicanæ aliorumque observatione, possit scandere, in quantum manibus quasi crurum posteriorum atq; quatuor digitorum unguibus aduncis melius amplecti arbores, anterioribus autem cruribus longioribus longius progredi, ramisq; interventu curvorum ac robustorum unguium, firmiter inniti valet; præterquam quod cruribus posterioribus, in modum manuum efformatis, ramus arboris istius, cui animal circumvoluta cauda se adpendit ac in quem denuo se elevare nititur, commodius apprehendatur, quam ubi pollices desint.

Digiti isti, pilis denudati ac cute rubicunda stipati, unum excedebant pollicem, quem pollices inferius locati fere æquabant. Palma ubivis, præsertim dilatata, uti scandendum inter, lata existerat, apta tamen etiam, quæ inter ambulandum contraheretur. In hac circa cujuslibet digiti radicem securitatis ergo protuberans aliquod carneum & ferme cartilagineum occurrebat corpus. Quæ alimentâ assistit, in os pedibus anterioribus, cercopithecæ vel sciuri adinstar, ingerit.

Cauda non minus, ac digiti, carebat pilis, modo parvum spatium prope radicem ejusdem excipitur; successive autem a radice apicem versus decrescens regulari quodam squammularum albicantium & oblongo hexagonarum ordine tegebatur, quæ colubrinis quidem, juxta Historiam Mexicanam persimiles, non tamen æque, ac in viperæ cute, sibi incumbebant, sed singulæ potius integræ una cum tantillo cutis sive membranæ, cui insiguntur, apparebant intermedio. Et ratione harum squammularum ipsa etiam cutis, coloris in se obscurioris, magis albicabat.

Uti digiti & cauda nudi, ita auriculæ pariter glabræ existebat, & juxta Historiam Mexicanam, tenuissimæ mollissimæq; ac pene translucentes, coloris & substantiæ intuitu membranam alarum vespertilionis referentes, erectæ nihilominus, neutiquam vero acuminatæ seu in apicem

terminantes, prout a nonnullis describuntur, sed circularis magis si-  
ve ovalis figuræ. Tanta siquidem teneritate ac mollitie gaudebant  
auriculæ, ut similis substantia cartilaginosa, qualis plerumque in alio-  
rum animalium auriculis habetur, nulla hic perciperetur, quasi vel ex  
duplicata solum membrana tenui, vel saltim ex cartilagine simul mul-  
to delicatiori, quam in reliquis animantibus, essent contextæ. Con-  
cha seu transitus ad meatum auditorium satis notabatur capax; rima  
vero auriculæ tunc, quando animal male se habere incipiebat, aliquan-  
tum contractior advertebatur, & cum moriretur, tam corrugata, ac si  
penitus exaruisset, li mbumhaud lævigatum, sed ferratum constitu-  
ens.

Maxilla superior longitudine inferiorem paulo superabat; nares, annuente Marggravio, cernebantur patentes; oculi nigri, parvi, vividi & exerti, cum viveret, sed in mortuo multum collapsi; cervix brevis, ac pectus latum; barbam alebat felinam; pellis faciei contractior & candidior erat reliqua corporis. In dorso & circa la-  
tera pellis cinereo gaudebat colore, seu pilis nigris in areas digestis, cum albis interspersis, speciatim in dorso, cingebatur; in ventre co-  
lorem magis fuscum, quemadmodum in cruribus obscuriorem, ob-  
tinebat. Longiores pili, qui & crassiores, trium pollicum longitu-  
dinem æquabant, circa extrema candidi, secus ac Historia Mexicana  
& Hernández tradunt, pilum longum & candidum, sed circa extrema  
fuscum & nigrum memorante.

Verum partes inter externas, hætenus indigitatas, & internas, mox lustrandas, medium quasi locum occupabat singularis illa, quæ in  
alia animantium nondum deprehensa fuit specie, *bursa* videlicet in  
ventre imo ad catulos tuendos mirabiliter extructa, *Marsupii* titulo  
a *Nostro* insignita; quemadmodum *Mantica* a Pisone, *Crumena* a Car-  
dano, *Ventrale Marsupium* ab Oviedo, a Joh. de Laët *Ascus sub ventre  
pendulus*, *Pellicenus saccus* a Fr. Ximenez seu hujus Translate, a Jul.  
Cæsare *Scorcum subventrale*, a Petro Martyre *Uterus exterior*, a Benzo-  
ne *Venter alcer &c.* consuevit appellari. In medio enim abdomine in-  
ferius circa posteriora crura notabatur rima (Fig. 2. & 3.) duos pol-  
lices longitudine excedens, majoris tamen extensionis, ubi digitis di-  
latabatur, etiam in vivo animali capax. Hocce nempe bursæ os ita  
claudi, ut non appareat, nisi duobus digitis ab invicem distendatur,  
Marg-

Marggravius æque vere innuit, ac quando generalem ipsius marsupii descriptionem sistit: *Mirum autem animal, inquit, nam in infimo ventre prope crura posteriora pellis ejus dupla est, & exterior rima duos & semis digitos longa, facitque quasi Bursam, quam Brasiliiani vocant Tambeio, pomi Aurantii majoris capacem. Est autem Bursa hac intus pilosa; pilis puta perquam raris, cutim neutiquam obtegentibus, consista.* E contrario ex utero inferius ostendendo hallucinationis sine negotio convincentur, quotquot pro utero ipso marsupium tale venditant, nec alium uterum inveniri ex frequentibus etiam animalium horum dissectionibus affirmant; in præsentem mirandam potius marsupii rimari placet structuram, catulis omnino tutamenti ergo nunc recipiendis, nunc emittendis, juxta Zoographos omnes, accommodatam. In hac siquidem musculos, marsupium aperientes & claudentes, mox perpendere convenit, ubi duo peculiaria illa ossa, quæ in aliorum animalium sceletis frustra quærentur, quæque ab usu Ossa Marsupialia seu Janitores Marsupii merentur dici, prius fuerint indigitata.

Ossa hæc Marsupialia (Fig. 5.) seu Janitores Marsupii duo robusta existebant ossa, pollices duos longa & superiori ac inferiori ossium pubis margini ita adnexa, ut in basi præcise ad coalitum (b) ossium pubis (a. a.) se invicem contingerent, cum in altera extremitate ad duos pollices & dimidium mutuo distarent. In basi (d. e.) dimidium pollicem lata duo capita habebantur, alterum majus (d.) ad ossium pubis coalescentiam, alterum minus (e.) versus os coxendicis, una cum sinu intermedio, in quo protuberantia quædam ossis pubis recipiebatur. Qua ratione ossa hæc, in ascensu ab ossibus pubis tenuiora & in medio non nisi quartam pollicis partem lata, non tam ad se, nec a se invicem, sed quodammodo introrsum versus spinam, & extrorsum ab hac, poterant moveri.

In quodlibet horum ossium quatuor musculorum paria implantabantur, quintum vero eadem tanquam trochleam transgrediebatur. Primum musculorum par, in prono animalis situ primum secandum ac figuræ ratione triangulare nominandum, ab universa sedis internæ horum ossium longitudine oriebatur carneum, ac tendinibus oppositis in rimam marsupii utrinque inferebatur. Sub musculorum horum parte alterum locabatur par, planum ac tenue, ab interna ossium marsupialium sede superius exsurgens ac tendinibus oppositis

parum supra tendines priorum, quarum fibras carneas decussabat, desinens. Tertium musculorum par antierius a basi ossium horum, ubi cum pubis osse junguntur, proficiscebatur, terminum postea in linea aspera ossis femoris acquirens. Quartum par prope basin dictorum ossium exterius emergebat, tendebatque in anteriorem ossis femoris partem juxta medium. Par ultimum, cui ossa marsupialia trochlear vicem præstant, immediate magis ab ipso marsupio enascebatur, super ossium istorum medium ad spinam ossis ilei pergens.

Ad fibras recensitorum musculorum jam attendenti ultro patefcit, marsupium a duobus primis paribus sese contrahentibus dilatari, dum ossa ipsa loco fulcimenti sunt & ratione articulationis appropinquationem mutuam respuunt. A tertio autem & quarto musculorum pari ossa ipsa extrorsum queunt tendi, ne hac ratione tunc, quando animal cauda se suspendit, viscera interna a pondere foetus in marsupio comprimantur. Quintum ac ultimum par, uti ipsi marsupio dilatando, ita & ponderi ejusdem suspendendo, ubi animal prono capite est, potest inservire, tanto facilius nempe illud retrahendo, si nimium gravitet, quanto magis ejus virtus eo ipso, quod ossa tanquam trochleam transcendat, augetur.

Sed antagonista horum musculorum sphincter deprehendebatur marsupii, ex ovali robustarum fibrarum carnearum serie coagmentatus, tam exacte marsupii orificium constringens, ut nulla ejus, prout jamdum annotatum, pateat rima, nisi digitis prius dilatetur.

Marsupium ipsum membranosum erat corpus, non adeo crassum, e diversis tamen tunicis contextum, vesicularibus corporis partibus, quæ muscoli partim, partim glandulæ munia i. e. motionem æque ac secretionem peragunt, accensendum. Etenim concavitas hujus burse, aliquantum pilosa, humore quodam flavescente, a tunica glandulosa eructato & singularem foetorem spirante, hinc inde oblinebatur, quemadmodum animal instar Vulpis vel Martis foetere Margravius etiam aliique observarunt; licet foetoris loco gratus potius instar musci odor perciperetur, postquam cutis cum marsupio aliquot dies asservata & exsiccata fuisset. Præter glandulosam vero tunicam, cujus intuitu marsupium capsulas inter odoriferas poterit referri, quæ aliæ occurrebant, musculosa altera sive carnea, altera vasculosa, multis vasculis sanguiferis, a duobus ramis mammariis oriundis, irrigata.

Cæ-

Cæterum multis membranis intercedentibus, facile tamen solis digitis separandis, marsupium cum musculis abdominis & cute cohærebat, uberibus omnibus, quæ Autorum nonnulli in eodem somniant, plane destitutum. Nec mammæ exterius in cute poterant notari, forsân quod præfens animal catulos nondum pepererit, adeoque papillæ, succionis defectu minores, visum omnem effugerent. In quantum interim marsupium, in masculis pariter quod reperiri volunt, a foemellarum hæctenus evoluto præcise discrepet, altum apud eos etiam Autores, qui diversum illud innuunt, est silentium.

E partibus demum internis, quæ considerandæ superfunt, unica adhuc ossa; ab Autore ultimum descripta, propter Figurarum Tabulæ transiuntæ explanationem, liceat contemplari; viscera vero, cum nonnullis ossibus in Tabula altera adumbrata, Tomi III Supplementorum Sectioni IV proxime edendæ reservare.

In capite nimirum, cujus ossibus primus in Osteologia locus debetur, cujusque longitudo quatuor pollices cum tribus quartis æquabat, rostrum (Fig. 4. A A.) tres pollices longum advertebatur, ossaque exacte, ubi rostrum & cranium (bb.) concurrunt, adeo depressa utrinque cernebantur, ut cranium hic perquam esset angustatum ac proportione totius corporis observata, longe minus, quam in quadrupedum ullo. Circa synciput rostrum unum pollicem erat latum, protuberantia (i.) utrinque instructum. In medio futura K.) ampla occurrebat, superiora narium ossa triangularia secundum longitudinem dividens. Quamvis autem singula cranii ossa specialius describere tædiosum esset, negligendæ tamen haud veniunt peculiæ protuberantiæ cranium a fractura omni egregie defendentes. Protuberantia altera ossea longitudinalis (ccc) ultra pollicis quartam partem eminens, per longitudinem cranii a syncipite ad occiput in medio, ubi futura alias sagittalis esse solet, excurrerat. Aliæ vero protuberantiæ osseæ laterales, (d.) magis declives, utrinque a processibus styloformibus ad posteriorem occipitis partem oblique ascendeabant, in medio vertice cum longitudinali junctæ. In priori protuberantia ossea longitudinali futuræ sagittalis, in posterioribus autem protuberantiis lateralibus futuræ lambdoideæ existebant vestigia, etiam si ossa jam per veram symphyfin coaluissent.

Ast non tantummodo cerebrum, verum oculi pariter præbe

muniebantur ob osse zygomatico (e. f.) lato admodum & robusto, quod superius quidem tenue & acutum, inferius tamen notabiliter crassum, in latissima parte tres pollicis quartas, in angustissima vero dimidium pollicem exæquabat. Sicuti autem os hocce ex processu altero ossis temporum (e.) & altero maxillæ superioris (f.) resultat, ita pro majori ejus robore processus isti concurrentes mutuo sibi incumbant. Longitudine duorum pollicum & dimidii os idem zygomaticum gaudebat, ad unum pollicem a cranio distans.

In orbita oculi juxta canthum internum largum conspiciebatur foramen (g.) intra nasi cavitatem patens & ductu interveniente lacrymas seu oculorum humiditates ad nares deferens; quemadmodum ossi pariter maxillæ superioris latum foramen (h.) insculptum erat, vasculis nonnullis transitum ad orbitam oculi concedens.

Cranium, (b b.) quod cerebrum complectebatur, in loco latissimo pollicem unum, in longitudine vero pollicem cum dimidio superabat; sed cavitas ejus paulo ulterius nares versus procedebat, peculiarem quasi satisque capacem cellulam ibi efformans, pro mammillaribus processibus ac anteriori cerebri parte recipiendis. Os hinc cribrosum foraminulis cribri adinstar notabiliter observabatur pertusum, certeque in organi olfactus gratiam a rostro major capitis portio constituebatur, quam a cranio ipso, veluti interne vix ultra nucis juglandis molem capiente,

Os spongiosum in qualibet narium curiosissime apparebat constructum ratione copiosarum, quibus gaudebat, lamellarum; quo a membrana harum latissima animalium acquirendorum vel fugiendorum effluvia eo copiosiora recipiantur ac percipiantur, sicque odoratus organum in brutis exquisitius, quam in hominibus, quos bruta olfactu præcellere constat, habeatur.

Maxilla inferior (l l.) duobus firmis constabat ossibus, quatuor pollices longis ac in mento tantum invicem unitis. Caput utriusque ossis, quod dimidium pollicem latum intra sinum ossis temporum recipiebatur, multumque in articulatione firmabatur, duobus processibus gaudebat, altero anteriori (m.) seu superiori, lato ac tenui, cui musculus temporalis infigebatur, altero inferiori (n.) magis gracili ac in apicem acutum desinente; ad quem mandibulæ margo ultra dimidii pollicis latitudinem protendebatur. Interne hic notabilis

bilis erat sinus, ad foramen duccens, quod ipsum ossis maxillæ corpus intrat viamque vasis sternit.

Dentium cuncta tria comparebant genera. Nam in maxilla superiori antè octo tenues locabantur dentes incisores, quatuor utrinque; juxta quos, spatio ad quadrantem pollicis relicto, duo longi dentes canini, utriusque unus, prominebant, ultra dimidium pollicem exerti; his utrinque succedebant tres dentes incisores, anterioribus multo crassiores ac firmiores, & duobus phalangibus dentes molares imitantes, solum quod capita eorum acuminata essent; cum capita molarium dentium, utrinque quatuor, planitiem obtinerent ac figuram ferme triangularem. Neque dentes inferioris maxillæ vel numero, quo itidem viginti quatuor comprehendebantur, vel ordine, sed crassitie tantum paulo imminuta, a dentibus maxillæ superioris recedebant.

Capiti quinquaginta & una vertebræ lustrabantur adnexæ, singulari ratione omnes efformatæ: septem videlicet vertebræ cervicis; tredecim dorfi seu thoracis; sex lumborum; tres ossis sacri; atque viginti duæ caudæ. Præter primam tamen vertebram (No. I.) cervicis, Atlantis nomine vulgo insignitam, ac duobus latis processibus inversis, spina nulla, instructam, conformatio reliquarum Sectione IV Tomi III Supplementorum tradetur, quando *Fig. 6. 7. 8. 9. & 10.* Tabulæ alterius declarabuntur.

Cum vertebris thoracis costæ (*Fig. 4. \*\*\**) utrinque tredecim cohærebant, quarum septem anteriores cum sterno perfecte articulabantur, posteriores autem sex, veluti nothæ, licet longæ & in principio a vertebris retrorsum versus posteriora crura inclinatæ essent, postea tamen antrorsum versus sternum seu cartilaginem scuti-formem reflectebantur. Verarum nihilominus costarum cum sterni connexioni nulla, uti in homine aliisque animantibus, intercurreret cartilago, aut saltem cartilago erat ossea, cum ea costarum portio, quæ sternum attingebat, magis albicaret, quam altera costis vicina & ob vasa sanguinea magis rubicunda. Prima costa unum solummodo pollicem, ejusque cartilago ossea quartam pollicis partem, erant longæ; longitudo hinc costarum successive augebatur, ita ut costa septima trium pollicum, ac cartilago ejus unius pollicis & dimidii longitudinem attingerent. Quatuor denique ultimarum costarum spuriarum

rum longitudine rursus successive imminuta, ultima costa unum tantum pollicem ac tres quartas erat longa, nec cartilago ipsius, prout primæ, secundæ & tertiæ nothæ, versus os pectoris excurrerat.

Os pectoris sive sternum pro numero costarum, quæ ipsi jungebantur, septem constabat ossibus. In exortu ipsius cartilago quædam ossea acuta prominebat, a figura cartilago ensiformis (p.) dicenda, ubi altera claviculæ (o.) extremitas firmabatur; ad sterni autem terminum versus abdomen cartilago potius quædam lata & subrotunda habebatur, cartilago scutiformis (⊙) appellanda.

Binarum clavicularum (o.) quælibet, unum pollicem & dimidium longa, extremitate altera cum primo sterni osse seu cartilagine ensiformi, altera vero cum scapulæ spina (r.) prope articulationem ossis humeri sive femoris anterioris jungebatur. Atque operistorum ossium pes anterior cibandum inter commodius ori applicari valet, pariter ac in sumis, quæ itidem cum hominibus ossa talia habent, quibus animalium pleraque alias destituuntur.

Scapula (q.) duos pollices longitudine, latitudine unum pollicem & dimidium circiter æquabat, spina (r.) ejus, licet tenuis, quo propius tamen ad scapulam accedebat, eo crassior & planior evadebat. Intra sinum cervicis scapulæ caput ossis humeri (Fig. 6. a.) recipiebatur, quemadmodum processui ejus, qui Acromium audit, extremitas altera claviculæ adnectebatur.

Os hocce humeri sive femoris anterioris, (Fig. 6.) duos pollices cum tribus quartis longum, crassum extabat ac firmum, spinam (b.) quandam latam & inæqualem antè per dimidiam longitudinem emittens. Extremitate inferiori, (f. g.) qua tibiæ & fibulæ ossa articulabantur, evadebat latius, unius pollicis latitudinem fere attingens, ibique simul externe lata protuberantia (c.) gaudebat, sicuti interne magno foramine oblongo, (d.) resultante ab ossiculo illo tenui, quod inferius ab antica ossis femoris parte, ubi majorem latitudinem acquirit, exsurgebat, basis (f.) postea hujus ossis parti, cui fibula cohæret, adnexam.

In media præcisè basi ossis dicti largus occurrebat sinus, (e.) à tergo longe profundior, ac intra alium tibiæ sinum profundum vergens, ne ossa ista, arctissime sic invicem articulata, facile luxentur.

Os tibiæ (T. T.) firmum erat, longum tres pollices ac superius



rius ad pollicis quartam ultra ipsius articulationem cum femore procedens, ( V. ) inferius autem cum externo tarfi osse iungebatur.

Os fibulæ ( W. W. ) gracilius exiſtebat, extrorſum magis ſimulque antrorſum locatum, longitudine tibiæ cedens; ſuperne cum femoris osſe, inferne cum interno tarfi osſe committebatur. Duo quippe tantum aderant oſſa tarſi, ( XX. ) quorum quodlibet levi ſinu, pro capitibus duorum focilium excipiendis, gaudebat. Oſſa metatarſi ( YY. ) quatuor numerabantur vel quinque, cum quinque digitis pedis anterioris combinata. Digitus internus duabus ſolum articulationibus, ſed in extremitate ungue adunco, eoque lato & firmo inſtruebatur; reliquorum autem quatuor digitorum quivis, ungula incurva æque ac primus armatus, tres obtinebat articulos.

Crura poſteriora cum corporis trunco cohærebant adminiculo oſſium innominatorum, quæ etiamſi proprie duo tantum hiſſa habeantur, ( utrinque nempe unum, ) ſuperius intercedente oſſe ſacro ſeparata, inferius autem in oſſe pubis connexa; communiter nihilominus cuius eorum diſtinctionis gratia diſtinctum imponitur nomen, dum ſuperiorem huius oſſis portionem os ilium ( No. 13 Fig. 5. G G. ) inferiorem os iſchii ſive coxendicis ( J J. ) ac anteriorem, ubi coaleſcunt, os pubis ( aa. ) appellant. Totius longitudo in linea recta tres pollices æquabat. In oſſe iſchii acetabulum ( ff. ) notabatur, capiti poſterioris oſſis femoris excipiendo inſerviens. Profundius in eodem ſpatium aliquod occurrebat pro fulciendo ligamento; ſinus inde quidam extrorſum ducebatur, adeo ut margo acetabuli non perfecte circularis, ſed hic loci interruptus eſſet. Verum oſſa maxime hic obſervari merebantur marſupialia, ( cc. ) ſive Janitores marſupii, ſuperius jam deſcripta.

Os femoris poſterioris, ſubrotundum & firmum, tres fere pollices excedebat. Os autem tibiæ, ( Fig. 4. T. T. ) parum incurvatum, paulo majorem nanciſcebatur longitudinem. Nec longitudine ab hoc os fibulæ, ( W. W. ) magis rectum ac gracile, recedebat, quod pedem verſus cum calcis oſſe, quemadmodum tibia cum talo ſive aſtragalo articulabatur. Duobus enim hiſ oſſibus tarſus ( xx. ) conſtabat, cui porro oſſa metatarſi ( yy. ) atque hiſ demum digitorum phalanges ( z ) committebantur. In digito interno ſive pollice duo tantum articuli, in reliquorum autem quatuor digitorum quolibet

bet tres numerabantur. Pollicis extremitas planior erat extremitatibus aliorum digitorum; pollex siquidem, uti jamdum indigitatum, planum habebat unguem (æ.) instar pollicis humani, in reliquis autem unguis longus existerat atque incurvus. Cæterum in articulatione cujuslibet internodii digitorum, tum in anteriori, tum posteriori pede, duo ossicula parva, quæ sesamoidea vocant, detegebantur inferius.

Explicatio Figurarum Tabulæ X.

Figura 1.

Conformationem externam figuramque *Marsupialis Americani* ad vivum delineati repræsentat.

Figura 2.

Rimam sive orificium marsupii, quod catuli inhabitant, usque dum ipsimet victum quærere valeant, exhibet.

Figura 3.

A. Marsupium ostendit inversum, quo pili, idem obtegentes meliusque catulos foventes, appareant.

B B. Duo crura posteriora resecta.

C. Foramen ani, communem exitum recto, vesicæ urinariæ atque utero præbens.

D. Principium caudæ.

Figura 4.

Skeleton seu Ossa hujus animalis monstrat.

a a. Rostrum.

b b. Cranium cerebrum comprehendens.

c c c. Protuberantia ossea longitudinalis, per longitudinem cranii & portionem rostri excurrentis.

d. Protuberantia ossea lateralis, instar suggrundæ ultra occiput posterius procedens.

ef. Os zygomaticum. (e.) Processus ejus ab ossè temporum, & alter (f.) a maxilla superiori.

g. Foramen in orbita oculi juxta canthum internum intra nares patens ac ductus adjumento lacrymas sive humiditates oculorum in easdem deponens.

h. Foramen in maxilla superiori pro vasorum transitu.

i. Protuberantia ossis frontis.

k. Sutura ossium narium.

ll. Maxilla inferior.

m. Pro-

- m. Processus superior maxillæ inferioris,  
n. Processus inferior maxillæ inferioris.  
o. Clavicula unius lateris.  
p. Cartilago ensiformis primi ossis sterni.  
q. Os scapulæ.  
r. Spina scapulæ.  
SSSS. Offa femoris cunctorum pedum.  
TTTT. Tibia five focile majus omnium pedum.  
uu. Portio tibiæ in crure anteriori ultra articulationem protensa.  
WWWW. Tibula five focile minus omnium crurum.  
xxxx. Offa tarfi.  
yyyy. Offa metatarfi.  
zzzz. Digiti.  
aa. Pollices in pedibus posterioribus.  
No. I. Prima cervicis vertebra, Atlantis nomine veniens.  
2. 3. 4. 5. 6. 7. Secunda, tertia, quarta, quinta, sexta & septima cervicis vertebra,  
8. Prima vertebra thoracis.  
9. Prima vertebra lumborum.  
10. Prima vertebra ossis sacri.  
11. Prima vertebra ossis coccygis five caudæ.  
12. 12. 12. 12. Spinæ in interiori caudæ parte.  
13. 14. Os innominatum, in quo (13) Os ilium, & (14.) Os ischiæ five coxendicis.  
15. 15. Offa Marsupialia five Janitores Marsupii.  
\*\*\*. Costæ tredecim.  
○. Cartilago scutiformis.  
Fig. 5. ossium marsupialium situm exprimit.  
a a. Offa pubis.  
b. Coalitus ossium pubis.  
c c. Prima offa marsupialia five janitores marsupii.  
d. e. Basis ossium marsupialium, qua ossibus pubis junguntur. (d.)  
Basis capitulum internum. (e) externum.  
f f. Acetabulum pro capite ossis femoris recipiendo.  
g g. Os ilium.  
h h. Vertebrae ossis sacri.

Ggg 2

ll. Or

## 11. Os ischii five coxendicis.

Figura 6. Os femoris anterioris quoad partem anteriorem depingit.

- a. Caput femoris, scapulæ adnexum.
- b. Spina lata & inæqualis, dimidiam hujus ossis femoris longitudinem emetiens.
- c. Protuberantia hujus ossis exterior.
- d. Foramen seu via lata.
- e. Sinus pro capite tibiæ excipiendo.
- f. g. Basis five extremitas inferior ossis femoris.

*CHRISTIANI KORTHOLTI S. THEOLOG. D. ACADEMIÆ Kiloniensis, dum viveret, Pro-Cancellarii & Professoris primarii, PAGANUS OBTRACTATOR, sive de Calumniis Gentilium in veteres Christianos.*

Kilonii, sumptibus Joachimi Reumanni. Prostat Francofurti & Lipsiæ apud Jo. Sebastianum Richelium, 1698, in 4. Alph. 4.

**T**Riginta jam anni effluxere, quod autor libri hujus, Theologus πολλῶν ἀντιχριστιῶν ἄλλων, tractatum de *Calumniis Paganorum in veteres Christianos sparsis* Kilonii publicavit. Hoc cum brevius & leviori velut brachio nefanda convitia, quæ in Christi cultores olim Pagani sparserunt, recensuisset & confutasset; argumentum istud postea ex scriptoribus veteris ecclesiæ, in quibus evolvendis Vir laudatus fuit assiduus, plenius persequi atque augere sustinuit, ita ut tribus libris eruditè id absolverit. Quod post fata τῷ μακαρίτῳ, filius ejus haut degener, Vir juvenis clarissimus Sebastianus Kortholtus, antiquitatis ecclesiasticæ studiosorum bono nuper publicavit. In *primo libro* de origine & natura Christianismi ex impia cavillantium Ethnicorum sententia agit: ut de Christianæ religionis novitate a Paganis objecta, de doctrina Christiana ex poetarum lacunis scitisque philosophorum hausta, de Christianismo ex Judaismo prognato, de religione Christiana ex Judaica pariter & Gentili conflata, de odiolis apud Gentiles novis peregrinisque sacris, de Hæreticorum portentosis dogmatibus impiisque facinoribus sinceris Christi cultoribus imputatis, de sectarum apud Christianos diversitate, de doctrina Christiana, rei-

reipublicæ statui nequaquam conveniente, de doctrinæ fidei incertitudine & vanitate ex mente Paganorum, de credulitate Christianis vitio data, de stoliditate, stupiditate & ἀπιστία fidelibus objecta, de barbaro incultoque Christianorum doctorum stylo, de Sibyllistis, de ficto per calumniam oraculo quod Christianismi interitum prænuntiaverit. *Libro secundo*, cultum veterum Christianorum publicum, Gentium maledicentia sugillatum exhibet; puta Onolatriam, Uronolatriam, Heliolatriam, Ædolatriam, Serapidolatriam, Stauro-latriam, Christolatriam seu ἀνδρωπολατρίαν, Martyrolatriam Christianis affictas: occulta & nocturna sacra clandestina, ut & atheismum quoque, ipsis objecta. *Tertio libro*, de vita & moribus Christianorum veterum a Gentilibus maligne exagitatis agit, eorumque innocentiam erudite vindicat, atque Gentilium criminationes omnes diluit. Singulis jam enarratis libris & capitibus summaria tractationis præmittuntur, indicibus rerum & verborum subjectis.

## HISTORIA DELL' ORIGINE DE' SASSONI

i. e.

*HISTORIA ORIGINIS SAXONUM, AUTORE JO. ANDREA ANGELINO BONTEMPIO Perusino.*

Perusæ, apud Constantinum, 1697. in 12. plag. 10.

**L**ibelli præsentis, qui Illustri Magliabechio curante ad nos pervenit, Autor Nobilissimus Dresdæ olim in aula Electorali commoratus est: ubi cum famosæ istius rebellionis, quæ in Hungaria contigerat, Historiam composuisset, eandemque aliquando D. Joh. Georgio II Electori in conclavi, quo effigies Serenissimorum Saxoniz Ducum & Electorum decore ordine depictæ profant (*Galeriam* vocant) forte tum deambulanti exhiberet; Serenissimus quidem Princeps pergratum id sibi acceptumque fore testatus est, si Domus suæ Illustrissimæ origines, tantorumque Heroum res gestæ Italica lingua parique orationis nitore exponerentur. Accinxit ergo huic se Noster labori, & adscitis in subsidium historiarum monumentis, qualia Saxo Grammaticus, Albertus Cranzius, Petrus Albinus aliique reliquerunt, de *Origine Saxonum* commentatus est. Contigerat interim, obire diem suum.

Ggg 3

Ele.

Electorem, quem clementiæ benignitatisque vocat fontem; quam ob rem liber, redeunte in Italiam Bontempio, in tenebris hæctenus delituit, usquedum Insensatorum Academia adscriptus idem prælo ipsum nuper committeret. Atque hæc de occasione, quæ nata doctissimo Autori ad scribendum fuit, ex ejusdem Præfatione memorasse suffecerit. Opusculum ipsum ab ultima, nec idoneis fortasse testibus ubique firmanda antiquitate exorsus, ad ea usque decurrit tempora, quibus Saxonum gens in sex familias abiisse, & stirpes constituisse Capetinam, Wetinensem, Saxoniam, Ringelheimensem, Montisferratensem, & Allobrogicam vulgo traditur. Cum enim de origine saltem Saxonum scribere constitutum esset Autori, non progressus ulterius & ad propinqua magis tempora, in illa substitit notabili divisione. Utitur vero orationis genere florido, verbisque cum primis sonantibus, & narrandi quadam sublimitate, inseritque data subinde opera, præter digressiones varias, Regum Ducumque nunc milites cohortantium, nunc pacem facientium aut fœdera, conciones, quibus decore confictis, ut asperiora illa remotissimi ævi percurrentes æmœnis velut divorticulis detineret, opusculum distinxit. ●

**JACOBI A MELLENI, LUBEGENSIS, SYLLOGE NUMMORUM ex argento Uncialium, vulgo Thalerorum seu Imperialium, quos Imperatores & Reges Romanorum, nec non Austria Archi-Duces signari jusserunt.**

Lubez, apud Petrum Bœckmannum & Jo. Wiedemeyer, 1698, 4.  
Constat Alphab. i. plag. 4. & plurimis iconismis æneis.

**D**Udum est, quod Plurimum Reverendus Auctor, Ecclesiastes hodie in patria Lubeca meritissimus, & in consignandis *Novis*, quæ ibidem singulis mensibus hoc anno publicari cœperunt, *Martii Balthici & Septentrionis Literariis*, cum aliis Viris Nobilissimis Clarissimisque strenue occupatus, edendos abs se cum Commentario Historico Thaleros, qui vocantur, cujuscunque generis, in Specimine peculiari Erudito Orbi significavit. Fidem ergo publice datam liberaturus, primam nunc istius operis partem exhibet, & eam quidem singulari ornatam præfatione, in qua de Germanorum nummis nonnulla disserit. Antiquissimis nempe temporibus signati apud eos æris usum  
haud

haud fuisse, sed rerum potius obtinuisse permutationem autumat. Deinde primis a nato Servatore seculis eos, qui Romanis viciniore vixerint, vel etiam ad Rheni & Visurgis ripam victricibus eorum armis succubuerint, Romanæ paulatim assuetos pecuniæ, denarios aliosque illorum nummos, & maxime ferratos bigatosque adhibere consuevisse, usquedum monetam imaginem & literas habentem, uti Dagobertus in diplomate foundationis cœnobii Wissenburgensis loquatur, cudere didicerint. Istos vero Germanorum nummos passim sub Scaldorum ac Denariorum nomine venire observat: plenam autem illorum accuratamque notitiam haberi negat, cum, licet e Gallis æque ac Germanis aliqui eosdem describendos sumserint, plurimi tamen adhuc supersint, vel non visi hactenus, vel neglecti eruditis, cuncta alia potius curantibus, quam ut abstrusas sæpe numismatum horum literas, figuras, cruces, templa, turres, insignia, alas, arbores, vexilla, pisces, & innumera id genus alia sive symbola sive ænigmata in iis occurrentia interpretentur. Parem, aut fere deteriorem cum hisce sortem expertos dolet nummos bracteatos, quanquam hodie sint, qui diligentiam paulo curatiorem circa eos adhibuerint, quos inter clarissimum imprimis Olearium celebrat. Cæterum diversæ quantitatis variique moduli hos Germanorum nummos olim fuisse, imo ad eam tandem magnitudinem excrevisse dicit, ut aucto indies argenti pondere, unciales evaserint. Factum istud seculo exeunte decimo quinto statuit, quo primum quidem habito solius quantitatis respectu, *Grosskrasseres* aut *Floreni*; sed deinceps sub initium sequentis decimi sexti a valle Joachimica, notissimo illo Bohemiæ loco, ubi signabantur, *Joachimici*, *Vallenses*, & *Thaleri*; ultimo vero ab autoritate Imperiali huic monetæ generi concessa *Imperiales* vocati fuerint. Horum aliquos jam A. 1429 sub Alberto Austriaco, Sigismundi Imp. genero, curfos perhiberi; sed hos hactenus a se nondum visos fatetur; prout & nupiam illius Moguntini archetypum conspexerit, qui in libello quodam vernaculo, Hamburgi A. 1631 impresso, annum 1438 præ se ferat. Antiquissimos igitur, sibi quidem oblatos, pronunciat, quos Sigismundus, Archi-Dux Austriæ, A. 1484 & sequentibus signari iusserit. Nam utut habeantur argentea huius ponderis numismata, vultum Maximiliani I Austriaci & Mariæ Burgundicæ referentia, quæ annum 1479 exhibent, haud tamen eorum ætatem huius anni numero respondere, sed  
poti-

potius ex recentiori literarum ductu, ex Magnanimi titulo, quo Maximilianus ibi gaudeat, aliisque id genus argumentis colligit, ista posterioribus demum annis in memoriam Serenissimorum, quos ostendant, Conjugum procusa esse. Hoc interim monetæ genus qui delinearent aut describerent, non defuisse quidem monet, & non varios modo libros, quos appellat, monetales tam Belgico quam Germanico sermone editos recenset, sed alia quoque curiosorum ingeniorum eidem se labori addicentium monumenta laudat; ast plura tamen in iisdem adhuc desiderari, simul indicat. Sibi igitur defectus hos supplendos sumpsit, ac de Imperialibus quibuscunque ita differere instituit, ut non tam monetariorum more de materia, pondere & valore sollicitum se gerere, quam historice potius, habita insimul genealogiæ ratione, nec prætermissa insignium doctrina, negotium hoc exequi velit,

Hac tamen vice non nisi tales in medium producit, qui jussu *Imperatorum, Regumque Romanorum, & Austria Archiducum* cusi profiant; unde exorsus a Maximiliano I Imperatore ad Augustissimum usque Leopoldum nostrum progreditur. Equidem nummum Friderici III quoque effigiem una cum Maximiliano representantem, primo statim loco apponit, sed hunc, utpote anno demum 1731 cūsum, eorum, quos præferat, Imperatorum ætate multo recentiorem, nec etiam usuali monetæ, verum augustioribus illis numismatibus, quæ Galli *Medaillons* vocent, accensendum, & ea dumtaxat causa heic abs se collocatum esse iunuit, ut de Friderico hoc Imperatore quædam dicendi captaret occasionem, quam aliorum hujus Principis numismatum ex argento uncialium defectus neget.

Ut autem de Commentario, quem singulis Thalerorum singulorum iconismis Auctor Plurimum Reverendus subjicit, Benevolo Lectori paulo constet penitius, quædam notatu digniora speciminis in locum inde decerpemus. Thaleros Maximiliani I excutiens, Num. III. quendam sistit, qui inter alia sequentes refert literas: XP. AC. A. REG. R. HER. Q. quas nec per *Germania ac aliorum Regnorum Rex*, nec *Christianitatis Advocatus*, nec *Christianorum ac aliorum Regnorum Rex, heresque*, nec *Christianorum ac Americanorum Regnorum Rex* &c. interpretandas, sed, advocato ex altero latere titulo, sic legendas esse vult: *Maximilianus Dei Gratia Romanorum Rex Semper Augustus Cbri-*



*Christianissimus, ac aliorum Regnorum Rex Hæresque.* Num. IV alium affert, qui cum Maximiliani nomine *Imperatoris* titulum sociat, & hunc ab isto non anno demum 1512 in comitiis Colonienfibus assumptum, sed jam A. 1508, cum Tridenti ageret, a Julio II Pontifice ei datum esse existimat. Num. VI inquirat in causas, ob quas Maximilianus *Dominum terrarum Occidentis Orientisque* sevocaverit? & per terras Occidentis Belgium, Burgundiam aliasque provincias hæreditarias, per terras Orientis autem Hungariæ regnum A. 1490 ex parte acquisitum; & quæ eo pertineant, intelligit.

Hinc ad Caroli V thaleros contemplandos pergit, & ante omnia illum describit, qui sequens distichon legendum dat:

*Tecum regna Deus paritus, ut imperat astris*

*Ille, regenda tibi sic sola cuncta dedit.*

E quo tamen apparere ait, nummum hunc non ab illo ipso, sed in honorem ejus ab alio quodam cudi factum, cum ægre sibi persuadere quis possit, Imperatorem tam arroganter de se fuisse locuturum; quinimo, si vel maxime tanto uti fastu voluisset, dicere potius eundem in prima persona debuisse: *Mecum regna Deus &c.* Circa secundum hujus Imperatoris nummum uncialem hærens, duas columnas & verba, PLUS ULTRA, considerat, symboloque isto Carolum respexisse statuit ad geminam victoriam A. 1535 reportatam, Goleta & Tuncto in Africa expugnatis, utpotè qua ultra mare mediterraneum & utramque Herculis columnam victricia arma protulerit. Ad sequentem, qui tertius ejusdem est, coronam Imperatoriam, nova penitus forma a Carolo V gestari coeptam delineat.

Primus Ferdinandi I thalerus occasionem Auctori subministrat dispiciendi, quid sibi velit vox VERTINA in inferiori limbo ornatus equi, cui Ferdinandus insidet, conspicua? Ubi eum imitatum putat avum Maximilianum, qui solitus fuerit in simili equi sui tegumento his verbis Germanicis uti: *Halt Mass in allen dingen*; parili proin ratione hariolatur, literas ignotam illam vocem VERTINA constituentes reliquias esse Symboli: *Vt fert dIvINA voluntas*; cujus dicti cætera elementa partim inter plicaturas equestris tegumenti lateant, partim vero ab altero equi latere extantia concipienda sint. Ad latus huic jungitur nummus, qui una facie Virum barbaturum & mitratum, dextra sceptrum tenentem ac e porticu prospicientem, inferius

autem hæc verba sùtit: ISAIE. VII. CA. ECCE. VIRGO. CONCIPIE. ET. PARIET. FILIV. ET. VOCABIT. NOMEN. EIVS. EMANVEL. NOBISCV. DEO. In hoc etsi neque nomen Ferdinandi, nec anni numerus ad tempora illius pertinens appareat, nihilo tamen secius, si a versam partem, verba: *Archidux Austria, Dux Burgundia & Carinthia* allegantem, scutumque majus torque aurei velleris cinctum, & *Austria, Burgundia, Habsburgi, Legionis, Castella, Arragonia & utriusque Sicilia* tesseris complectens, ac decem tandem parmulas, quæ scutaria *Austria Carinthis, Tirolis, Carniola, Alfaria, Burgundia, Würtembergici Ducatus, Superioris Austria Styriaque* symbola comprehendant, intueri volueris, nullum superesse putat dubium, quin ad Ferdinandum ille referendus sit. Sed circa allegatum Esaiianum dictum Oedipo opus esse monet, ac non adeo facile conjici posse fatetur, quem in finem Ferdinandus illustre hoc V. T. de futura *ἑνσαρκίωσιν* Filii DEI vaticinium nummo suo inscribi fecerit. Senem porro e porticu prospicientem non pro Ferdinando sane ipso habendum, cum neque ætas, neque habitus id permittat; nec pro Esaiâ Propheta reputandum, cum eidem neque sceptrum, neque cidaris conveniat. Davidem ergo forte designari suspicatur, a quo Virginem illam *θεοτόκον*, quam oraculum commemorat, genus suum duxisse constat; at ejus tamen cum nulla in nummo uspiam occurrat mentio, non habere se, quid de ænigmate hoc statuat, ingenue profitetur. In septimo ejusdem Imperatoris nummo literas K. B. quas inde a Ferdinandi ævo usque ad nostra tempora in plurimis Imperialibus conspici observat, primum obvias deprehendens, significari iisdem notat locum aliquem Hungariæ largo præstantioris metalli proventu nobilem, & *Keres Bania*, seu quod aliis placeat) *Kremitz Bania*, vel etiam *Kapnick Bania* dictum.

Tacemus plures observationes alias, quas circa subsequentes Imperiales cumulat, jucundas non minus, atque utiles; eas namque sigillarum referre, longum nimis foret. Apprecamur potius Auctori celeberrimo & vires & otium, quo classes nummorum uncialium reliquas parili industria, ceu quidem pollicitus est, persequatur. Unicum modo scire Lectorem adhuc volumus, proflare & Germanicam primi manipuli classis hujus primæ versionem, in gratiam eorum, qui Latinam linguam hæud callent, & noscendorum tamen ejusmodi nummorum

morum desiderio tenentur, adornatam, ac jam superiori anno 1697. sub titulo *Curieuses Thaler Cabinet* vulgatam, quam continuare forsitan, si per alias occupationes licuerit, Auctor solertissimus non dedignabitur.

G. G. L. DE IPSA NATURA, SIVE DE VI INSITA, ACTIONIBUSQUE CREATURARUM; pro Dynamicis suis confirmandis illustrandisque.

( 1. )

A Ccepi nuper missu celeberrimi & de rebus mathematicis ac physicis præclare merito Viri Johannis Christophori Sturmii, quam Altorfii edidit, Apologiam pro *Idolo Natura* Dissertatione, impugnata a Medico Kiloniensi Sumario & *Χαριστάτω* Gunthero Christophoro Schelhameri, in libro *de Natura*. Cum igitur idem argumentum versassem & ego olim, nonnihilque etiam concertationis per literas mihi cum præclaro autore Dissertationis intercedat, cuius mentionem mihi perhonorificam ipse nuper fecit, publice memoratis nonnullis inter nos actis in *Physica Electiva Tomo primo*, lib. 1, sect. 1, cap 3, Epilog. §. 5, pag. 119, 120: eo libentius animum attentionemque adhibui argumento per se egregio, necessarium judicans, ut mens mea pariter & tota res, ex iis, quæ aliquoties jam indicavi, principiis distinctius paulo proponeretur. Cui instituto commodam occasionem præstare illa visa est Apologetica dissertatio, quod judicare liceret, Autorem ibi, quæ maxime ad rem facerent, paucis uno sub conspectu exhibuisse. De cætero litem ipsam inter præclaros Viros non facio meam.

( 2 ) Duo potissimum quæri puto, primum, in quo consistat Natura, quam rebus tribuere solemus, cujus attributa passim recepta aliquid Paganismi redolere, judicat celeberrimus Sturmii; deinde utrum aliqua sit in creaturis *ἐνέργεια*, quam videtur negare. Quod primum attinet, *de ipsa natura*; si dispiciamus, & quid non sit, & quid sit, assentior quidem, nullam dari animam Universi; concedo etiam, miranda illa, quæ occurrunt quotidie, de quibus dicere merito solemus, opus naturæ esse opus intelligentiæ, non esse adscribenda creatis quibusdam Intelligentiis, sapientia & virtute proportionali ad rem

tantam præditis; sed *naturam* universam esse, ut sic dicam, *artificium Dei*, & tantum quidem, ut quævis machina naturalis (quod verum parumque observatum *natura artisque discrimen* est) organis constet prorsus infinitis, infinitamque adeo sapientiam potentiamque auctoris rectorisque postulet. Itaque & calidum omniscium Hippocratis, & Cholcodeam animarum datricem Avicennæ, & illam sapientissimam Scaligeri aliorumque virtutem plasticam, & principium hylarchicum Henrici Mori, partim impossibilia, partim superflua puto; satisq; habeo, machinam rerum tanta sapientia esse conditam, ut ipso ejus progressu admiranda illa contingant, organicis præsertim (ut arbitrator) ex prædelineatione quadam sese evolventibus. Itaque quod Vir Cl. naturæ cujusdam creatæ, sapientis, corporum machinas formantis gubernantisque figmentum rejicit, probò. Sed nec consequi inde, nec rationi consentaneum puto, ut omnem vim creatam actricem insitam rebus denegemus.

(3) Diximus quid non sit; videamus jam etiam paulo propius, quid sit illa Natura, quam Aristoteles non male *principium motus & quietis appellavit*; quamquam Philosophus ille mihi latius accepto vocabulo non solum motum localem aut in loco quietem, sed generaliter *mutationem*, & *στάσις* seu persistentiam, intelligere videatur. Unde etiam, ut obiter dicam, definitio quam Motui assignat, etsi obscurior justo, non tam inepta tamen est, quam iis videtur, qui perinde sumunt, ac si motum localem tantummodo definire voluisset: sed ad rem. Robertus Boyleus, Vir insignis & in naturæ observatione cum cura versatus, *de ipsa natura* libellum scripsit, cujus mens eo reedit, si bene memini, ut naturam judicemus esse ipsum corporum *mechanismum*, quod quidem *αὐτὸ ἐν πλάτῃ* probari potest; sed rem rimanti majore *ἀκρίβεια* distinguenda erant in ipso mechanismo principia a derivatis: ut in explicando horologio non satis est, si mechanica ratione impelli dicas, nisi distinguas, pondere an elastro concitetur. Et a me aliquoties jam est proditum (quod profuturum puto, ne mechanicæ naturalium rerum explicationes ad abusum trahantur in præjudicium pietatis, tanquam per se materia stare possit, & mechanismus nulla intelligentia aut substantia spirituali indigeat) originem ipsius Mechanismi non ex solo materiali principio mathematicisque rationibus, sed altiore quodam &, ut sic dicam, *Metaphysico fonte fluxisse*.

(4)

( 4 ) Cujus inter alia indicium infigne præbet *fundamentum naturæ legum*, non petendum ex eo, ut conservetur eadem motus quantitas, uti vulgo visum erat, sed potius ex eo, quod necesse est *servari eandem quantitatem potentia attricis*, imo ( quod pulcherrima ratione evenire deprehendi ) etiam *eandem quantitatem actionis motricis*, cujus alia longe æstimatio est ab illa, quam Cartesiani concipiunt sub quantitate motus. Eaque de re cum duo Mathematici ingenio facile inter primos mecum partim per litteras partim publice contulissent, alter penitus in castra mea transit, alter eo devenit, ut objectiones suas omnes post multam & accuratam ventilationem desereret, & ad meam quandam demonstrationem nondum sibi responsionem suppetere candide fateretur. Eoque magis miratus sum, Virum præclarum in Physicæ suæ Electivæ parte edita, explicantem leges motus, vulgarem de illis sententiam ( quam tamen nulla demonstratione, sed quadam tantum verisimilitudine niti ipse agnovit, repetitque etiam hic novissima dissertazione cap. 3, §. 2 ) quasi nulla dubitatione libatam assumsisse; nisi forte scripsit antequam prodirent mea, & scripta deinde recensere vel non vacavit vel in mentem non venit; præsertim cum leges motus arbitrarias esse crederet, quod mihi non usque quaque consentaneum videtur. Puto enim determinatis sapientiæ atque ordinis rationibus, ad eas, quæ in natura observantur, ferendas leges venisse Deum: & vel hinc apparere, quod a me aliquando Opticæ Legis occasione est admonitum, & Cl. Molineuxio in Dioptricus postea valde se probavit, Finale causam non tantum prodesse ad virtutem & pietatem in Ethicæ & Theologia naturali, sed etiam in ipsa Physica ad inveniendum & detegendum abditas veritates. Itaque cum celeberrimus Sturmus in Physica sua Eclectica, ubi de causa Finali agit, sententiam meam retulisset inter Hypotheses, optarem & in Epicrisi satis expendisset; haud dubie enim inde occasionem fuisset sumpturus, multa pro argumenti præstantia & ubertate dicendi præclara, & ad pietatem quoque profutura.

( 5 ) Sed jam considerandum est, quid ipse de Naturæ notione in hac sua Apologetica dissertazione dicat, & quid dictis deesse adhuc videatur. Concedit cap. 4, §. 2, 3, & alibi passim, motus qui nunc fiunt, consequi vi *æterna legis* semel a Deo latæ, quam legem mox vocat *volitionem & jussum*; nec opus esse novo Dei jussu, nova volitione,

necum novo conatu, aut laborioso quodam negotio d. §. 3. & a se repellit tanquam male imputatam ex adverso sententiam, quod Deus movet res ut faber lignarius bipennem, & molitor dirigit molam arcendo aquas vel immittendo rotæ. Verum enim vero, ut mihi quidem videtur, nondum sufficit hæc explicatio. Quæro enim, utrum volitio illa vel jussio, aut si mavis lex divina olim lata, *extrinsecam* tantum tribuerit rebus *denominationem*, an vero aliquam contulerit impressionem creatam in ipsis perdurantem, vel, ut optime Dn. Schelhammerus judicii non minus quam experientiæ egregius vocat, *legem insitam*. (etsi plerumque non intellectam creaturis quibus inest) ex qua actiones passionisque consequantur. Prius autorum Systematis causarum occasionalium, acutissimi imprimis Malebranchii, dogma videtur; posterius receptum est, & ut ego arbitror, verissimum.

(6) Nam jussio illa præterita cum nunc non existat, nihil nunc efficere potest, nisi aliquem tunc post se reliquerit effectum subsistentem, qui nunc quoque duret & operetur: & qui secus sentit, omni, si quid judico, distinctæ rerum explanationi renunciat; quidvis ex quovis consequi pari jure dicturus, si id quod loco temporeve est absens, sine interposito, hic & nunc operari potest. Itaque satis non est dici, Deum initio res creantem voluisse, ut certam quandam legem in progressu observarent, si voluntas ejus fingatur ita fuisse inefficax, ut res ab ea non fuerint affectæ, nec durabilis in iis effectus sit productus. Et pugnat profecto cum notionæ divinæ potentia voluntatisque, puræ illius & absolutæ, velle Deum & tamen volendo producere aut immutare nihil; agereque semper, efficere nunquam, neque *opus vel ἀποτέλεσμα relinquere* ullum. Certe si nihil creaturis impressum est divino illo verbo: *producat terra, multiplicemini animalia*; si res perinde post ipsum fuere affectæ, ac si nullum jussum intervenisset; consequens est (cum connexion aliqua inter causam & effectum opus sit, vel immediata vel per aliquod intermedium) aut nihil fieri nunc consentaneum mandato, aut mandatum tantum valuisse in præsens, semper renovandum in futurum; quod Cl. Autor merito a se amolitur. Sin vero lex a Deo lata reliquit aliquod sui expressum in rebus vestigium, si res ita fuere formata mandato, ut aptæ redderentur ad implendam jubentis voluntatem; jam concedendum est, quandam inditam esse rebus efficaciam, formam vel vim, qualis naturæ nomi-

ne

ne a nobis accipi solet, ex qua series phænomenorum ad primi jussu præscriptum consequeretur.

( 7 ) Hæc autem vis insita distincte quidem intelligi potest, sed non explicari imaginabiliter; nec sane ita explicari debet, non magis quam natura animæ; est enim *Vis* ex earum rerum numero, quæ non imaginatione sed intellectu attinguntur. Itaque quod petit Vir Cl. c. 4, §. 6, dissertationis Apologeticæ, *imaginabiliter* explicari modum, quo lex insita in corporibus legis ignaris operetur, sic accipio, ut desideret exponi intelligibiliter, ne scilicet credatur postulare ut soni pingantur, vel colores audiantur. Deinde si explicandi difficultas ad res rejiciendas sufficit, consequentur, quæ ipse sibi injuria imputari queritur, cap. 1, §. 2, quod scilicet omnia non nisi divina virtute moveri statueret malit, quam aliquid admittere naturæ nomine, cujus naturam ignoret. Certe pari jure niterentur etiam Hobbes & alii, qui omnes res volunt esse corporeas, quia nihil nisi corpus distincte & imaginabiliter explicari posse sibi persuadent. Sed illi ipsi ex eo ipso recte refutantur, quod vis agendi rebus inest, quæ ex imaginabilibus non derivatur: eamque in Dei mandatum, olim semel datum, res nullo modo afficiens, nec effectum post se relinquens simpliciter rejicere, tantum abest, ut foret reddere rem explicatiorem, ut potius deposita philosophi persona esset gladio gordium nodum secare. Ceterum distinctior & rectior Vis activæ explicatio, quam hactenus habita est, ex Dynamicis nostris, legumque naturæ & motus verâ æstimatione in illis tradita & rebus consentanea, derivatur.

( 8 ) Quod si quis defensor philosophiæ novæ, inertiam rerum & torporem introducentis, eousque progrediatur, ut omnem jus-  
 sis Dei effectum durabilem efficaciamque in futurum adimens, etiam novas semper molitiones ab ipso exigere nihil pensi habeat, (quod Dn. Sturmius a se alienum esse prudenter profitetur) is quam digna Deo sentiat, ipse viderit; excusari autem non poterit, nisi rationem afferat, cur res quidem ipsæ aliquamdiu durare possint, attributa autem rerum, quæ in ipsis naturæ nomine intelligimus; durabilia esse non possint: cum tamen consentaneum sit, quemadmodum verbum *fiat*. aliquid post se relinquit, nempe rem ipsam persistentem; ita verbum *benedictionis* non minus *mirificum*, aliquam post se in rebus reliquisse producendi actus suos operandique fecunditatem visumve, ex quo operatio,

ratio, si nihil obstat, consequatur. Quibus addi potest, quod alibi a me explicatum est, etsi nondum fortasse satis perspectum omnibus, ipsam rerum substantiam in agendi patiendique vi consistere: unde consequens est, ne res quidem durabiles produci posse, si nulla ipsis vis aliquamdiu permanens divina virtute imprimi potest. Ita sequeretur, nullam substantiam creatam, nullam animam eandem numero manere, nihilque adeo a Deo conservari, ac proinde res omnes esse tantum evanidas quasdam sive fluxas unius divinæ substantiæ permanentis modificationes & phasmata, ut sic dicam; & quod eodem redit, ipsam naturam vel substantiam rerum omnium Deum esse; qualem pessimæ notæ doctrinam nuper scriptor quidem subtilis, at profanus, orbi invexit vel renovavit. Sane si res corporales nil nisi materiale continerent, verissime dicerentur in fluxu consistere, neque habere substantiale quicquam, quemadmodum & Platonicæ olim recte agnovere.

(9) *Altera quæstio est, utrum creaturæ proprie & vere agere sint dicendæ? Ea, si semel intelligamus, naturam insitam non differre a vi agendi & patiendi, recidit in priorem. Nam actio sine vi agendi esse non potest, & vicissim inanis potentia est, quæ nunquam potest exerceri. Quia tamen nihilominus actio & potentia res sunt diversæ; illa successiva, hæc permanens; videamus & de actione; ubi fateor, me non exiguum in explicanda celeberrimi Sturmii mente, difficultatem reperire. Negat enim, res creatas per se & proprie agere; mox tamen ita concedit eas agere, ut nolit quodammodo sibi tribui comparationem creaturarum cum bipenni a fabro lignario mota. Ex quibus nihil certi exsculperè possum, nec diserte satis explicatum video, quousq; ipse a receptis sententiis recedat; aut quamnam distinctam animo conceperit actionis notionem, quæ quam non sit obvia & facilis, ex metaphysicorum certaminibus constat. Quantum ego mihi notionem actionis perspexisse videor, consequi ex illa & stabiliri arbitrator receptissimum philosophiæ dogma, *actiones esse suppositorum*; idq; adeo esse verum deprehendo, ut etiam sit reciprocum; ita ut non tantum omne quod agit sit substantia singularis, sed etiam ut omnis singularis substantia agat sine intermissione; corpore ipso non excepto, in quo nulla unquam quies absoluta reperitur.*

(10) Sed nunc attentius paulo consideremus eorum sententiam,



tiam, qui rebus creatis veram & propriam actionem adimunt, quod olim etiam fecere Philosophiæ Mosaicæ autor Robertus Fluddus, nunc vero Cartesiani quidam, qui putant non res agere, sed Deum ad rerum præsentiam, & secundum rerum aptitudinem; adeoque res occasiones esse, non causas, & recipere, non efficere aut elicere. Quam doctrinam Cordemojus, Forgæus & alii Cartesiani cum proposuissent, Malebranchius imprimis, pro acuminis suo, orationis quibusdam luminibus exornavit; rationes autem solidas ( quantum intelligo ) adduxit nemo. Certe si eousque producitur hæc doctrina, ut *actiones etiam immanentes* substantiarum tollantur; ( quod tamen merito rejicit Dn. Sturmius Physicæ Eclect. lib. 1, cap. 4, Epilog. §. 11, p. 176, & in eo circumspèctionem suam luculenter ostendit ) adeo a ratione apparet aliena, ut nihil supra. An enim mentem cogitare ac velle, & in nobis a nobis elici multas cogitationes ac voluntates, ac spontaneum penes nos esse, quisquam in dubium revocabit? Quo facto non tantum negaretur libertas humana, & in Deum causa rejiceretur malorum, sed etiam intimæ nostræ experientiæ conscientiæve testimonio reclamaretur, quo ipsimet nostra esse sentimus, quæ nulla rationis specie a dissentientibus in Deum transferrentur. Quod si vero menti nostræ vim insitam tribuimus, actiones immanentes producendi, vel quod idem est, agendi immanenter; jam nihil prohibet, imo consentaneum est, aliis animabus vel formis, aut si mavis, naturis substantiarum eandem vim inesse; nisi quis solas in natura rerum nobis obvia mentes nostras activas esse, aut omnem vim agendi immanenter, atque adeo *vitaliter*, ut sic dicam, cum intellectu esse conjunctam arbitretur; quales certe asseverationes neque ratione ulla confirmantur, nec nisi invita veritate propugnantur. Quid vero de *transseuntibus creaturarum actionibus* sit statuendum, alio loco melius exponetur, pro parte etiam jam tum a nobis alibi est explicatum: *commercium scilicet substantiarum* sive monadum oriri non per influxum, sed per consensum ortum a divina præformatione; unoquoque dum suæ naturæ vim insitam legesque sequitur, ad extranea accommodato, in quo etiam *unio anima corporis* consistit.

( II ) Quod autem corpora sint per se inertia, verum quidem est, si recte sumas; hæctenus scilicet, ut quod semel quiescere aliqua ratione ponitur, se ipsum eatenus in motum concitare non possit, nec

sine resistantia ab alio concitari patiat; non magis quam suapte, sponte mutare sibi potest gradum velocitatis aut directionem, quam semel habet; aut pati facile ac sine resistantia, ut ab alio mutetur. Atque adeo fatendum est, extensionem, sive quod in corpore est geometricum, si nude sumatur, nihil in se habere, unde actio & motus proficiscatur: imo potius materiam resistere motui, per quamdam suam *inertiam naturalem* a Keplero pulchre sic denominatam, ita ut non sit indifferens ad motum & quietem, uti vulgo rem aestimare solent, sed ad motum pro magnitudine sua vi tanto majore activa indigeat. Unde in hac ipsa vi passiva resistendi (& impenetrabilitatem & aliquid amplius involvente) ipsam *materia prima* sive molis, quæ in corpore ubique eadem magnitudinique ejus proportionalis est, notionem colloco; & ostendô hinc alias longe, quam si sola in corpore ipsaque materia inesset cum extensione impenetrabilitas, motuum leges consequi; & uti in materia *inertiam* naturalem oppositam *motui*, ita in ipso corpore, imo in omni substantia inesse *constantiam* naturalem oppositam *mutationi*. Verum hæc doctrina non patrocinator, sed potius adversatur illis, qui rebus actionem adimunt: nam quam certum est, materiam per se motum non incipere, tam certum est, (quod experimenta etiam ostendunt præclara de motu impresso a motore translato) corpus per se conceptum semel impetum retinere *constansque* in levitate sua esse, sive in illa ipsa mutationis suæ serie, quam semel est ingressum, perseverandi habere nisum. Quæ utique activitates atque entelechiæ, cum materiæ primæ sive *molis*, rei essentialiter passivæ, modificationes esse non possint, uti præclare (quemadmodum sequente paragrapho dicemus) ab ipso judicio sùlimo Sturmio agnitum est, vel hinc judicari potest, debere in corporea substantia reperiri *entelechiã primam*, tanquam *πρῶτον δεκτικὸν* activitatis; vim scilicet motricem primitivam, quæ præter extensionem seu id quod est mere geometricum & præter molem (seu id quod est mere materiale) superaddita, semper quidem agit, sed tamen varie ex corporum concursibus per conatus impetusve modificatur. Atque hoc ipsum substantiale principium est, quod in viventibus *anima*. in aliis *forma substantiali* appellatur, & quatenus cum materia substantiam vere unam, seu unum per se constituit, id facit, quod ego *Monadem* appello; cum sublatis his veris & realibus unitatibus, non nisi entia per aggregationem, imo quod hinc sequitur, nul-

nulla vera entia in corporibus sint superfutura. Etsi enim dentur atomi substantiæ, nostræ scilicet Monades partibus carentes, nullæ tamen dantur atomi molis, seu minimæ extensionis, vel ultima elementa; cum ex punctis continuum non componatur. Prorsus uti nullum datur ens mole maximum, vel extensione infinitum, etsi semper alia aliis majora dentur; sed datur tantum ens maximum intensione perfectiōnis, seu infinitum virtute.

( 12 ) Video tamen celeberrimum Sturmium in hac ipsa Dissertatione Apologetica cap. 4, §. 7 & seqq. insitam corporibus vim motricem argumentis quibusdam impugnare aggressum. *Ex abundantia*, inquit, *bic ostendam, ne capacem quidem esse substantiam corpoream potentie alicujus ACTIVE motricis*. Quanquam ego non capiam, quæ possit esse potentia non active motrix. Gemino autem se usurum ait argumento, uno a natura materiæ & corporis, altero ex natura motus. *Prius* huc redit: materiam sua natura & essentialiter passivam esse substantiam; itaque ipsi dari vim activam non magis esse possibile, quam si Deus lapidem, dum lapis manet, velit esse vitalem & rationalem, id est non lapidem: deinde quæ in corpore ponantur, ea esse tantum materiæ modificationes; modificationem autem (quod pulchre dictum agnosco) rei essentialiter passivæ non posse rem reddere activam. Sed responderi commode potest ex recepta non minus quam vera Philosophia: *materiam* intelligi vel secundam vel primam; secundam esse quidem substantiam completam, sed non mere passivam; primam esse mere passivam, sed non esse completam substantiam, accedereque adeo debere animam vel formam animæ analogam, sive *ἐντελέχεια τὴν πρώτην*, id est nisum quendam seu vim agendi primitivam, quæ ipsa est lex insita, decreto divino impressa. A qua sententia non puto abhorre Virum celebrem & ingeniosum, qui nuper defendit, corpus constare ex materia & spiritu; modo sumatur *spiritus* non pro re intelligente, (ut alias solet) sed pro anima vel forma animæ analogam, nec pro simplici modificatione, sed pro constitutivo substantiali perseverante, quod *Monadis* nomine appellare soleo, in quo est velut perceptio & appetitus. Hæc ergo recepta doctrina, & scholarum dogmati benigne explicato consentanea, refutanda est prius, ut argumentum. Viri clarissimi vim habere possit; quemadmodum & hinc patet, non posse concedi, quod assumpsit, quicquid est in substantia corporea, esse

materiae modificationem. Notum est enim, animas inesse viventium, corporibus secundum receptam philosophiam, quæ utique modificationes non sunt. Licet enim Vir egregius contrarium statuere, omnemque verinominis sensum animalibus brutis animamque proprietatam adimere videatur; sententiam tamen hanc pro fundamento demonstrationis assumere non potest, antequam ipsa demonstretur. Et contra potius arbitror, neque ordini, neque pulchritudini rationive rerum esse consentaneum, ut vitale aliquid seu immanenter agens sit in exigua tantum parte materiae, cum ad majorem perfectionem pertineat, ut sit in omni; neque quicquam obstet, quo minus ubique sint animæ aut analogæ saltem animabus; etsi dominantes animæ, atque adeo intelligentes, quales sunt humanæ, ubique esse non possint.

( 13 ) *Posterius* argumentum quod ex natura motus sumit Vir Cl. majorem, ut mihi quidem videtur, concludendi necessitatem non habet. *Motum* ait esse successivam tantum rei motæ in diversis locis existentiam. Concedamus hoc interim, etsi non omnino satisfaciat, magisque id, quod ex motu resultat, quam ipsam ( ut vocant ) formalem ejus rationem exprimat; non ideo tamen excluditur vis motrix. Nam non tantum corpus præsentis sui motus momento inest in loco sibi commensurato, sed etiam conatum habet seu nisum mutandi locum, ita ut status sequens ex præsentis, per se, naturæ vi consequatur; alioqui præsentis momento ( atque adeo momento quovis ) corpus A, quod movetur, a corpore B, quiescente, nihil differet; sequereturque ex clarissimi Viri sententia, si nobis ea in re adversa esset, nullum plane discrimen in corporibus fore, quandoquidem in pleno uniformis per se massæ discrimen, nisi ab eo quod motum respicit, sumi non potest. Unde etiam amplius tandem efficietur, nihil prorsus variari in corporibus, omniaque semper eodem se habere modo. Nam si materiae portio quævis ab alia æquali & congrua non differt ( quod admittendum est a Viro Cl. viribus activis impetibusve & quibuscumque aliis, præter existentiam in hoc loco, successive futuram aliam vel aliam, qualitibus modificationibusque sublatis ) ac præterea, si unius momenti status a statu alterius momenti non nisi transpositione æqualium & congruarum & per omnia convenientium materiae portionum differt; manifestum est ob perpetuam substitutionem indistinguishibilem, consequi, ut diversorum momentorum status in mundo corporeo discriminari nullo

nullo modo possint. *Extrinsicæ* enim tantum foret *denominatio*, qua distingueretur materiæ pars una ab alia, nempe a futuro, quod scilicet imposterum sit futura alio vel alio loco; im præsentiarum vero discrimen esset nullum; imo ne a futuro quidem cum fundamento sumeretur, quia nunquã etiam imposterum ad verum aliquod præsens discrimen deveniretur; cum nec locus a loco, nec materia a materia ejusdem loci (ex hypothesi perfectæ illius uniformitatis in ipsa materia) distinguui ulla nota queat. Frustra etiam ad *figuram* præter motum recurreretur. Nam in massa perfecte simili & indiscriminata, & plena, nulla oritur figura seu terminatio partium diversarum ac discriminatio, nisi ab ipso motu. Quod si ergo motus nullam distinguendi notam continet, nullam etiam figuræ largietur; & cum omnia, quæ prioribus substituantur, perfecte æquipolleant, nullum vel minimum mutationis indicium a quocunque observatore, etiam omniscio, deprehendetur; ac proinde omnia perinde erunt, ac si mutatio discriminatioque nulla in corporibus contingeret: nec unquam inde reddi poterit ratio diversarum quas sentimus apparentiarum. Et perinde res foret, ac si fingeremus duas sphaeras concentricas perfectas & perfecte tam inter se, quam in partibus suis similes, alteram alteri ita inclusam esse, ut nec minimus sit hiatus; tunc sive volvi inclusam, sive quiescere ponamus, ne angelus quidem, ne quid amplius dicam, ullum poterit notare discrimen inter diversi temporis status, aut indicium habere discernendi, utrum quiescat an volvatur inclusa sphaera, & qua motus lege. Imo ne limes quidem sphaerarum definiri poterit, ob defectum simul hiatus & discriminis; uti motus vel ob solum *discriminis* defectum agnoscere hic nequit. Unde pro certo habendum (etsi hoc minus adverterint, qui satis alte in hæc non penetraverunt) talia a rerum natura atque ordine esse aliena, *nullamque uspiam dari* (quod inter nova & majora axiomata mea est) *perfectam similitudinem*: cujus rei consequens etiam est, nec corpuscula extremæ duritiei, nec fluidum summæ tenuitatis, materiamve subtilem universaliter diffusam, aut ultima elementa, quæ primi secundive quibusdam nomine veniunt, in natura reperiri. Quorum cum non nihil perspexisset (ut arbitror) Aristoteles, profundior mea sententia, quam multi putant; judicavit, præter mutationem localem, opus esse alteratione, nec materiam ubique sibi esse similem, ne maneat invariabilis. Dissimilitudo autem illa vel qualitatum diver-

fitas, atque adeo ἀλλοίωσις vel alteratio, quam non satis exposuit Aristoteles, ipsis diversis nisuum gradibus directionibusque, monadumque; adeo inexistentium modificationibus obtinetur. Ex quibus proinde intelligi puto, necessario aliud debere poni in corporibus, quam massam uniformem, ejusque nihil utique immutaturam transpositionem. Sane qui *atomos* & *vacuum* habent, non nihil saltem diversificant materiam, dum alibi faciunt partibilem, alibi impartibilem; & uno loco plenam, alio hiantem. Sed diu est, quod rejiciendas esse atomos cum vacuo (deposito juventutis præjudicio) deprehendi. Addit Vir celeberrimus: materię existentiam per diversa momenta, tribuendam esse divinę voluntati; quid ni ergo (inquit) eidem tribuatur quod existit hic & nunc? Respondeo, id ipsum Deo haud dubie deberi, ut alia omnia, quatenus perfectionem quandam involvunt; sed quemadmodum prima illa & universalis causa omnia conservans, non tollit, sed facit potius rei existere incipientis subsistentiam naturalem, seu in existendo perseverationem semel concessam; ita eadem non tollet, sed potius confirmabit rei in motum concitatę efficaciam naturalem, seu in agendo perseverationem semel impressam.

( 14 ) Multa quoque alia occurrunt in Apologetica illa Dissertatione, quę difficultatem habent, ut quod ait dict. cap. 4 §. 11, motu de globulo per plures intermedios in globulum translato, globulum ultimum *eadem vi* moveri qua motus est globulus primus: mihi vero videtur, æquivalente quidem moveri, sed non eadem; cum unusquisque (quod mirum videri possit) *sua propria vi*, nempe elastica (non jam de elastatis hujus causa disputo, neque nego mechanice debere explicari motu fluidi inexistentis ac perlantis) a proximo urgente, repulsus in motum agatur. Sic etiam, quod §. 12 dicit, rem quę primordium motus dare sibi non potest, non posse per se continuare motum; mirum merito videbitur. Constat enim potius, quemadmodum vi opus est ad motum dandum, ita dato semel impetu, tantum abesse, ut vi nova sit opus ad continuandum, ut potius ea opus sit ad sistendum. Nam conservatio illa a causa universali rebus necessaria, hujus loci non est, quę, ut jam monuimus, si tolleretur rerum efficaciam, etiam tolleretur subsistentiam.

( 15. ) Ex quibus rursus intelligitur, doctrinam a nonnullis propugnatam causarum occasionalium (nisi ita explicetur, ut temperamen-

ramenta adhiberi possint, quæ Cl. Sturmius partim admisit, partim admissurus videtur) periculosis consequentiis obnoxiam esse, doctissimis licet defensoribus haud dubie invitis. Tantum enim abest, ut Dei gloriam augeat, tollendo idolum naturæ; ut potius rebus creatis in nudas divinæ unius substantiæ modificationes evanescentibus, ex Deo factura cum Spinosa videatur ipsam rerum naturam; cum id quod non agit, quod vi activa caret, quod discriminabilitate, quod denique omni subsistendi ratione ac fundamento spoliatur, substantia esse nullo modo possit. Certissime persuasum mihi est, Cl. Sturmium, Virum & pietate & doctrina insignem, ab his portentis esse alienissimum. Itaque dubium nullum est, aut ostensurum esse liquido, qua ratione maneat aliqua in rebus substantia vel etiam variatio, salva doctrina sua, aut veritati manus esse daturum.

(16) Certe quo magis suspicer, mentem ipsius non satis mihi esse perspectam, nec meam ipsi, multa faciunt. Alicubi fassus mihi est, posse, imo quodammodo etiam debere, quandam *divina virtutis particulam* (id est, ut opinor, expressionem, imitationem, effectum proximum, nam ipsa divina vis in partes utique secari non potest,) vult rebus propriam, & attributam intelligi. Videantur quæ mihi transmissa repetit in Physicæ Electivæ loco supra citato sub initium hujus schediasmatis. Hoc si (ut ex verbis apparet,) eo sensu accipitur, quod animam divinæ particulam auræ dicimus, jam sublata inter nos eatenus controversia erit. Sed quo minus hanc mentem ipsius affirmare audeam, facit, quod vix usquam alibi video tale aliquid ab ipso tradi, aut quæ inde consequantur exponi; contra vero animadverto, quæ passim habet, huic sententiæ parum cohærere, Dissertationem autem Apologeticam in alia omnia ire. Sane cum primum meæ in Actis Eruditorum Lipsiensibus mense Martio 1694, de vi insita prolata sententiæ, (quam porro illustrat specimen meum dynamicum in iisdem Actis April. 1(95) quædam per literas objecisset; mox, accepta responsione mea, perbenigne judicata it nullum inter nos esse discrimen, nisi in loquendi modo; quod cum ego animadvertens, monuissem adhuc nonnulla, ipse jam in contrarium versus, plura inter nos discrimina posuit, quam ego agnosco: vixque his exemptis tandem novissime eo rediit, ut denuo scriberet, nisi verborum differentiam inter nos esse, nullam, quod mihi futurum esset gratissimum.

one

one novissimæ Dissertationis Apologeticæ, rem ita exponere, ut denique & de sententia cujusque & de sententiæ veritate constare facilius possit. Est enim alioqui magna Viri egregii, & in perspicendo solertia, & perspicuitas in exponendo; ut sperem ejus studio non exiguam tantæ rei lucem afferri posse, atque adeo vel ideo non inutilem hanc operam meam fore, quod occasione ei fortasse præbitura est, ea qua solet industria & vi judicii expendendi, atque illustrandi nonnulla alijus in negotio præsentis momenti, prætermittenda hæcenus ab autoribus, & a me, ni fallor, novis & altius repetitis & late fuis axiomatibus non nihil suppleta; ex quibus restitutum emendatumque Systema mediæ inter formalem & materiariam philosophiæ (conjuncta servataque, rite utraque) nasci videtur aliquando posse.

## LIBRI NOVI.

*Christiani Hugemii Cosmosbeoros, seu de Terris Cælestibus Libri II. Haga Com. apud Adr. Moerjens, 1698. 4.*

*Stephani Rittangelii Libris Veritatis & de Paschate Tractatus. Premissa est Johannis Vander Waeyen Dissertatio de Λόγῳ adversus Johannem Clericum. Franquera apud Jac. Horren, 1698. 8.*

*Novum Testamentum cum versione Latina Ariae Montani; in quo tum selecti versiculi, 1200, quibus omnes Novi Testamenti voces continentur, asteriscis notantur; tum omnes & singula voces, semel vel sæpius occurrentes, peculiari nota distinguuntur, auctore Johanne Leusden, Professore. Amstelæd, ex officina Westeniana, 1698. 8.*

*Idem, cum versione Belgica. Ibidem,*

*Idem Græcæ tantum. Ibidem.*

## ERRATA.

Pag. 224. lin. 28. lege *fig.* 3. Ibid. lin. 30. leg. *quadrantes*. P. 225. l. 1. leg. *sumtio*. Ibid. l. 3. pro  $\gt$  leg.  $\lt$ . P. 263. l. 6. pro *trapez. hyperb.* R l lege ut *trapez. hype. b. a. Z ad trapez. hyperb. R l.* Ibid. l. 12. pro  $\frac{ac}{x} \sqrt{\frac{1}{2}}$  leg.  $\frac{ac}{x} \sqrt{\frac{1}{2}}$ . P. 265. l. 3. termino æquationis  $a^2bn^2$  cc-bb

præpone signum — .P. 267. l. 29 & 30. pro ATq. HNq. :: 1DTq. DNq. leg.  $\sqrt{AT}$ .  $\sqrt{HN}$  ::  $\sqrt{DT}$ .  $\sqrt{DN}$ .

\* \* \* \* \*



N. X. 441

# ACTA ERUDITORUM

*Publicata Lipsiæ  
Calendis Octobris, Anno MDCXCVIII.*

---

THE POSTHUMOUS WORKS OF SIR HENRY  
SPELMAN &c.

h. c.

*OPERA POSTHUMA HENRICI SPELMANNI, AD LEGES  
& Antiquitates Angliæ pertinentia, & ex autographis ejus nunc  
demum publicata.*

Oxonii, in theatro Sheldoniano, sumtibus Awsh. & Joh. Churchill  
Bibliop. Lond. 1698, fol. Alph. 3.

**E**Am doctissimus Spelmanus patriæ suæ illustrandis anti-  
quitatibus gloriam indeptus est, ut non possit non sanctum  
ac venerabile videri earum studiosis, quicquid ab eo in-  
genti industria, multaque lucerna elaboratum fuit. De-  
nuo itaque, quam sæpius laudavimus, Cl. Viri Edmundi  
Gibsoni nobis commendanda industria est, qui aliis suis de patria hi-  
storia atque antiquitatibus, imo de tota re litteraria præclaris meritis,  
hoc quoque accedere voluit, ut ejus beneficio istam Reliquiarum Spel-  
mannianarum collectionem teneremus. In qua publicis commodis  
expositarum præstantissimarum mercium tabulæ nunc quidem erunt  
conficiendæ.

Primum in hac collectione locum *Dissertatio de origine, in-  
crementis, propagatione & conditione feudorum militarium in Angliæ*  
occupat. In qua in feudorum, speciatim autem militarium, gene-  
ralem primum originem & progressum inter Israelitas Davidicis tem-  
poribus ex 1. Chron. c. 27, & inter Gallos Brenni ævo ex Pausaniæ

Kkk

Phocic.

Phocic. p. 118, sequentibus vero temporibus ex Cæsare & Tacito, (de *Ambaldis* & *Comitibus*, ab iis inter Germanos & Gallos commemoratis, erudite differens,) inquisitionem instituit. Inde Gothorum, Suecorum, Danorum & Saxonum evolutis monumentis, & *Brlaginibus* eorum explicatis, septentrionalibus populis originem feuda & jura feudalia debere, hæreditaria autem sub initium non fuisse, Gerardi Nigri Consulis Mediolanensis autoritate (ex textu puta i. Feud. i. §. 1.) ostendit. Hæreditaria vero postmodum, receptiorem opinionem secutus, ab Hugone Capeto primum facta esse putat, hac ratione suas adversus Carolingos, quibus regnum per vim eripuerat, partes stabilire satagente. Ejus exemplum in Anglia Gulielmum Conquestorem esse secutum, qui novorum subditorum sibi conciliaturus animos, cum hæctenus Saxones in Anglia feuda, vel arbitrarie, vel adhibitis quibusdam limitibus, ita tamen ut mere hæreditaria non essent, feudatariis concessissent, hæreditaria ea fecerit: ante istas autem Gulielmi Conquestoris constitutiones, nihil plane de Feudis proprie sic dictis in legibus Saxonice sancitum fuisse. Indeque ostendit, neque *feudi* atque *tenura*, neque *Ma* huc spectantia vocabula in antiquo Jure Saxonico usquam obvia esse; speciatim vero *tenuras in capite*, prout hodie inter Anglos habentur, Saxones veteres ignorasse. De quibus ut clarius constet, distincte de variis personarum inter Saxones gradibus & distinctionibus agit, & cujus generis atque conditionis possessiones earum fuerint, monstrat. Initium facit a Comitibus (quos *Earls* Saxones antiqui, & hoc quoque ævo Angli appellare solent,) quod non dignitatis, sed officii antiquitus extitisse nomen, ostendit. Fuisse enim Comites judices ordinarios provinciarum, iisdem plerumque limitibus, quibus Diocesis Episcopi, circumscriptæ, cum quo etiam Comes conjunctim ac in eodem consensu jus dixerit: temporis vero processu factum esse, ut simul præcipue provinciarum suarum urbis vel arcis regimen apud Comitem fuerit, quod annexam sibi tertiam partem reddituum habuerit ex aulis judiciariis ad Regem pervenientium, multarum nimirum, confiscationum, & quæ alia e judicibus redire ad imperantes commoda solent. Ista autem omnia a mero Regis arbitrio pependisse, nec hæreditaria fuisse unquam; unde & Alfredus Rex, ut alia taceamus, Dei dono & suo Comites ista tenere publica charta testatus fuerit. Quantum porro ad *Villanos*, quos *Georls* a

ve-

veteribus Saxonibus dictos esse constat, eorum quoque terras ac possessiones feuda militaria non fuisse docet, utpote quæ hæreditariæ extiterint, quales tamen eas, quæ isto tempore feudorum rationem habebant, ne utquam fuisse liqueat. *Thanos* denique, *Thanes* veteribus Saxonibus appellatos, & in *maiores* ac *minores* distinctos, cum possessionibus suis expeditioni quidem, sive *Heribanno*, vel ut Saxones loquebantur, *der usfare & ferdung* obnoxios fuisse, non tamen eo, quod possessiones illorum feudorum militarium aut tenurarum in capite rationem haberint, sed quod fundamentalis regni sive lex sive consuetudo, a cujuscunque generis terrarum possessoribus, istud pariter ac alia quædam servitia exigeret; unde etiam in regis diplomatis, ad Thanorum terras pertinentibus, non tantum nulla tenurarum aut servitorum feudaliū mentio fiat, sed omnis etiam immunitas illis, præter eam, quæ ab *expeditionis* onere liberat, indulgeatur. Quæ cum præclare etiam confirmet lex *Æthelstani*, dum terras *proprias*, non *feudatarias* esse dicit eas, quas *Thani* possident, insuperque quinam *maiores* *minores* e *Thani* sint luculenter explicet, legem illam quam fieri potest fidelissime Latinis verbis, ab istorum temporum interpretibus ex parte suppeditatæ, repræsentabimus: *Si, inquit, Villanum tanta incrementa capere contingat, ut quinque integras bidas ALLODII PROPRII possideat, & templum, & culinam, & campanarium, sedemque & officium in aula Regis judiciaria, dignus ille erit, qui jura Thani majoris consequatur.* Titulo post: *Si vero Thanus ita profecerit, ut Regi servire & vice ejus equare in Missatico Regis potuerit, atque alium sub se Thanum habuerit, qui cum secutus sit, & quinque bidas expeditioni Regis inservientes possideat, atque Domino suo (Thano sc. majori) in aula judiciaria Regis inservierit, & in negotiis ejus ter ad Regem ablegatus fuerit, illius Thanus minor juramentum loco Domini sui (Thani majoris) præstare, & in casu necessitatis locum ejus supplere poterit.* Ast præterea ex aliis monumentis quoque *Spelmanus* ostendit, possessionibus suis, prout voluerunt, *Thanos* uti potuisse, atque adeo eas feudorum militarium ac tenurarum in capite rationem non habuisse. Idque porro inde quoque confirmat, quod fructus istæ possessiones apud Saxones non dederint, a feudis militaribus alias juxta leges Angliæ modernas expectandos: non commoda scilicet ex tutela minorennium, non reditus feudi post mortem feudatarii, quousque hæres ejus homagium præstiterit, Regi debi-

debitos; non relevia; non multas ad consequendam alienandi licentiam solvendas. Homagiumque item & Scutagium ignorata eis, non minus *accaduca*, fuisse ostendit: ac denique quibus conditionibus Saxonum terras suas possederint, una cum omnibus servitiorum, quibus præstandis tenebantur, generibus, explicat. Quorum omnium, in personalia, & prædialia, horumque iterum in allodialia, beneficiaria & colonaria divisorum, nulli cum feudilibus aliquid commune esse probat.

Verum sufficiat de primo tractatum Spelmannianorum ista dixisse. Proximum locum *Dissertatio de antiqua Regiminis Anglicani forma* occupat. Quæ cum nihil aliud sit, quam succincta tam ecclesiasticorum quam civilium munerum, quæ Saxonici Reges gubernandæ Ecclesiæ & Republicæ causa instituerunt, enarratio; sine ulteriori mora ad tertium horum opusculorum progredimur.

*De Parlamento* illud agit, atque in eorum primam originem & naturam inquirat. Ubi illud imprimis notatu dignum est, quod vulgarem sententiam, de admissis jam ab Henrici I temporibus ad magnum Regni Concilium *Communibus*, Spelmannus confutet, neque ejus rei luculenta vestigia ante Joannis tempora obvia esse putet, in cuius magna Charta tale quid indicari agnoscit.

Dissertationem de Parlamento excipit *tractatus de diebus Juridicis* sive *Terminis*, in summis Angliæ Curis Judicariis observari solitis, quorum institutionem & originem ab antiquissimis temporibus repetens, qui apud Græcos & Romanos dies juridici & nefasti fuerint docet. Indeque ad Christianorum tempora progressus, eos antiquissimorum Judæorum exemplo, nullum tempus, ne ipsas quidem Domini dies, ad causas dicendas parum idoneum judicasse, ostendit. Cum vero ista ratione profanis litibus infumeretur Deo sacrata dies, anno 517 in Concilio Chalcedonensi, postea etiam in Concilio Hispalensi, & ab Adriano Papa abrogatam istam consuetudinem esse, quod & lege 2. *Cod. de Feriis* Imperator Theodosius postea fecisse deprehendatur. Quæ ratione deinceps aliis quoque diebus idem factum fuerit, & quomodo speciatim in Anglia a Saxonum Regibus, Jus Canonicum maximam partem sequentibus, dies Juridici constituti fuerint, explicare pergit. Inter alia causam, cur post meridiem summa judicia in Anglia non exercentur; veterum Saxonum ebriositatem esse dicit, multaque alia

alia passim explicat, quæ antiquitatum juris amantibus jucundissima non esse non possunt.

Succedit proximo loco *controversia de cade non voluntaria, a Georgio Abbot, Archi-Episcopo Cantuariensi, anno 1621 telo in feram coniecto, commissa.* Quem *irregularitatem*, uti loqui amant, isto homicidio non incurrisse, Anonymus quidam ostendere conatus fuerat; contrarium vero ex Jure Canonico patriisque legibus Spelmannus evincit: eo potissimum nixus fundamento, quod in actione illicita, versatus fuerit homicidium illud committens Archi-Episcopus, cum Clerico venationem, præcipue eam, quæ telis & armis fit, penitus leges prohibeant. Verum istam controversiam dispensatorii litteris Jacobus Rex composuit, qui Abbotum, quicquid Juris Canonici Doctoribus ea de re videretur, primarii Præfulis munere, post perperatam etiam eadem illam, fungi voluit.

Sequitur jam *differatio de origine & probatione testamentorum*, quæ neque apud Hebræos, neque apud Germanos aliosque populos septentrionales antiquitus in usu fuisse, ex S. Oraculis, Josepho & Tacito Spelmannus probat: a Romanis & aliis gentes, & Saxones Angliæ incolas, testamentorum rationem accepisse docens, idque ex formula testamenti a Marculfo, seculo septimo confecta, confirmans. Quantum vero ad probationem testamentorum, in eo potissimum operam Spelmannus ponit, ut ostendat, quomodo temporis successu testamentorum cognitionem Clerus sibi in Anglia vindicaverit.

Qui porro sequitur tractatus Latino sermone scriptus, *Icenia* appellatur, *Norfolciæ* topographicam descriptionem exhibens. *Iceniam* istum tractum a veteribus appellatum esse a rigante eum *Ise* fluvio, ab *Iside*, quæ in præcipuo honore apud veteres Britannos erat, nomen sortito, existimat; a *Camdeno* hæc in parte dissentiens, qui a *Rege* quodam *Iceniam* appellatam fuisse statuebat, Spelmannus. *Icenos* vero *Tacito* eosdem, quos *Cæsari* *Cenimagnos*, *Ptolemæo* *Simenos* esse docet, quos *Tigenos* etiam alii sed perperam appellaverint. Istam regionem totam accurato studio perlustrat, nullo sive oppido sive vico ad eam spectante prætermisso, passimque antiquitatibus quibusdam v. g. *Stativis Romanorum*, *Comitatu Littoris Britannici*, aliisque hujus generis commemoratis.

*Comitum Marescallorum Angliæ Catalogus* nihil habet, quod magnopere nos properantes moretur. Auspicatus illum Spelmannus a Radulpho de Wacepo est, qui Gulielmi Conquestoris tempore isto munere functus fuisse videtur, & in Thoma Howardo desinit, qui Jacobo I regnante eo fuit ornatus. Ad *dissertationem* itaque *de milite* sive equite aurato progredimur, de cuius nomine, ætate, evocatione ad militiam suscipiendam, modo creandi, & conditione pluribus agit. De iis autem, qui militem faciunt, quæ observaverit, attentionem merentur. Omnes scilicet antiquitus militem facere potuisse, qui feudum dare poterant, ostendit; unde Archiepiscopos, Episcopos, Abbates & Abbatissas militiam jure contulisse docet. Imo inter Anglo-Saxones Sacerdotibus etiam, qui feudum dare non potuerint, milites facere licuisse, ex Ingulpho probat. Quantum vero ad Laicos, Duces, Marchiones, Comites & Barones milites fecisse, ipsumque etiam militem conferre potuisse militiam ei, qui parente natus erat milite, docet. Imo & Reges ab inferioribus sæpe, subditisque suis nonnunquam, militiam accepisse, Francisci I Galliarum Regis, qui in Marignana pugna a Petro Bajardo copiarum præfecto; Ferdinandi Regis Portugalliæ, qui anno 1382 ab Edmundo Comite Cantabrigiæ; Henrici VI Regis Angliæ, qui anno 1424 a Duce Bedfordiæ, subdito suo, miles factus sit, aliorumque exemplis docet. De Palatinis etiam militibus, quales Judices fuerunt, loco item & tempore creationis, censu militari, modoque exauctorandi militem agit, atque sic huic quoque dissertationi finem imponit.

*Historiam familiae de Sbarburn*, Latina lingua a barbaræ ætatis auctore scriptam, ex manuscripto Spelmannus recensuit, non indignum illam, quod ad posteritatem perveniat, monumentum esse arbitratus. *Dialogi* vero *de re monetali Angliæ*, vernacula lingua consignati, ipse rursus auctor est. In eo id præcipue agit, ut quantum deterior suo ævo quam priscis temporibus moneta in Angliæ sit, ostendat, utpote quod tres Shillingi vix unius Shillingi veteris pretium exæquent; quam argenti caritatem Sedis Romanæ exactionibus tribuendam esse, probatum dedit.

Postremum denique opusculorum, volumen hocce absolutum, *catalogus est locorum, ubi vel olim vel hodie sive sedes fixerunt, sive judicia exercere sueverunt Angliæ Archi-Episcopi atque Episcopi* de

de quo nihil est, quod addamus, nisi forte integrum eum a nobis exscribi aliquis cupiat.

De Vita tamen Spelmanni, antequam finem dicendi faciamus, pauca adhuc attingenda erunt. Doctissimi Gibsoni eam industria debemus, quæ in eo præcipue elucescit, quod scriptorum ejus occasionem, temporisque, quo prodierunt, ordinem accurate observaverit. Quæ autem ad genus, educationem, vitæq; ejus institutum pertinent, hæc fere sunt. Natus est Conghamiæ Norfolkiciæ oppido, parente Henrico Spelmanno, Armigero. Quindecennis cum esset, Cantabrigiam abiit, Collegii Trinitatis alumnus adscriptus, verum studiis Academicis nondum satis, ut ipse haud raro querebatur, idoneus: id quod cum tanto majore ejus conjunctum detrimento fuit, quod biennio vix elapso parentis fata domum eum denuo avocarent. Ibi integro anno exacto, Londinum discessit, ut in Lincolnienſe Collegium adoptatus Astræ sacris initiaretur. Verum ibi quoque ultra triennium fata ejus eum degere noluerunt, ut adeo juris quoque eam quam optaverat scientiam sibi parare non potuerit. Vigesimo itaq; ætatis anno patrium solum revifere, atque ducta Johannis Estrange filia sedem ibi figere coactus est, ubi bene gesta Hamonis Estrange tutela, & Vicecomitis in Norfolkiciâ officio, eam prudentiæ & probitatis laudem acquisivit, ut non tantum a Rege, curandorum publicorum negotiorum causa, ter ad Hibernos missus, verum etiam inquisitioni exactarum in omnibus causis judiciariis expensarum præfectus fuerit. Quod posterius officium cum magna rei ejus familiaris jactura molestum reddidisset, regio trecentarum librarum munere, & militiæ honoribus ea aliqua ex parte compensata fuit. Quinquagenarius factus compositis rebus suis Londinum se contulit, antiquitatum studio unice vacaturus. Atque iste ejus secessus omnia, quæ ab illo habemus, scripta nobis, ipsi vero maximorum virorum, Camdeni, Usserii, Cottoni, Seldeni, Wormii, Peirescii, Meursii, Bignonii aliorumque estimationem atque amicitiam peperit. Filias vidit quatuor, totidemque filios, quorum natu maximo Joh. Spelmanno, studiorum ejus hæredi, ob parentis commendationem maxime favebat Carolus I, ejusque consiliis calamoque in civilibus bellis utebatur. At ille anno 1643, post editum Psalterium Anglo Saxonico & scriptam Alfredi vitam, anno 1678 a Walkero Latine conversam & publicatam, decessit.

Al-

Alter ex filiis Clemens Spelmannus, Caroli II Consiliaris, & ærarii Baro Iunior, anno 1679, post publicata varia ad statum Regni Anglicani pertinentia scripta, editumque cum proluxa præfatione Parentis sui de non temerandis Ecclesiis tractatum, obiit. Ipse vero Parens fere octogenarius ad plures abiit, ejusque cineres, Caroli Regis favore, anno 1641 d. 24 Octobris templo Westmonasteriensi illati, e regione sepulchri Camdeniani terræ mandati fuerunt.

*CHRISTIANI HUGENII ΚΟΣΜΟΘΕΩΡΟΣ, SIVE DE TERRIS cœlestibus earumque ornatu Conjectura, ad Constantinum Fratrem, Guilielmo III Magna Britannia Regi a Secretis.*

Hagæ Comitum, apud Adrianum Moetjens, 1698, 4.  
Constat plag. 18. & figurar. tab. 5.

Cum multi fuerint Philosophi, qui a ratione haut alienum esse judicarunt, Planetas cultu ornatuque, ac fortassis habitatoribus, haut vacare; nemo tamen seu inter prisços seu recentiores, qualia sint, quæ in istis regionibus existant, naturæ opera, determinare ausus est, præter illustrem hujus libri Auctorem, cui, cum ab aliquo tempore diligentius ista meditari cœpisset, visum est, non profus obseptas esse de rebus tam procul dissitis inquirendi vias, sed verisimilibus conjecturis abunde materiam præberi. Quas conjecturas suas, prout sese subinde obtulerunt, in adversariis notatas in ordinem redegit, adjectisque nonnullis de Sole stellisque inerrantibus, amplissimo suo Fratri pariter ac eruditis reliquis exponere voluit. Sed intercessit mors, quæ par illud nobilissimum fratrum nobis eripuit, ut jam hic liber & parente suo, & eo qui hujus vicem gesturus erat, orbis in lucem editus fuerit. Quem cum in imperitorum quoque manus venturum prævidisset celeberrimus Hugenius, & fortassis quorundam severiora judicia subiturum, non abs re fore putavit, si principio libri primi statim illorum repelleret reprehensionem, qui cum Geometriam & mathematicas scientias alias nunquam attigerint, vanum & ridiculum tale inceptum censuram incredibile iis videatur, ut siderum distantias, aut magnitudinem metiri possimus, tum vero motum huic terræ aut falso adscribi existimant, aut nequaquam ad



adhuc probatum esse. Libens tamen largitur, reconditoria illa, quibus præcipite insistit, non esse ejusmodi, ut quærendo penitus investigari possint. Unde nihil veluti certum affirmat, sed conjecturis tantum agit, quarum de verisimilitudine suo cuique arbitrato judicare liberum sit. Quod si autem quis irritam & inanem poni operam dicat, de rebus iis conjecturas prodeundo, de quibus constet nihil certi unquam comprehendi posse: respondet, totum Physices studium, quatenus in causis rerum eruendis versatur, eadem ratione fore improbandum, ubi verisimilia invenisse laus summa est, & indagatio ipsa rerum tum maximarum tum occultissimarum habet oblectationem; sed verisimilium multos esse gradus, alios aliis veritati propiores, inque hoc diligenter æstimando præcipuum judicii usum verti. Quoniam autem celeberrimus Auctor ad ea, quæ instituit probanda, maximum sumit argumentum ex ordinatione Planetarum Coperniceæ, quodque inter eos Tellus hæc haut dubie numeratur; binis schematis tum orbis eorum circa Solem dispositos veris proportionibus expressos, tum rationes magnitudinum, quibus corpora Planetarum inter se & ad Solem comparantur, ostendit, nec non periodos ordinemque illorum a Copernico repertum explicat; illis eum rationibus stabilitum asserens, ut omnes nunc Astronomi, nisi tardiori sint ingenio, aut hominum imperio obnoxiam credulitatem habeant, motum Telluri locumque inter Planetas absque dubitatione decernant. Ex his enim probe perpensis neminem putat non videre posse, quam clare ex hoc systemate sequatur, eodem cum cæteris quinque Planetis genere Tellurem hanc nostram contineri, cum vel ipsi circulorum positus hoc testentur, & præterea constet telescopiorum observationibus, & globosa esse omnium corpora itidem ut Telluris, & a Sole splendorem similiter eos mutuari; porro in hoc quoque ei similes esse, quod in se ipsis circum proprios axes volvantur, ac denique, ut Tellus nostra Lunam, ita Jovem & Saturnum suos habere comites. Ut proinde maxime sit probabile, cum in his tot rebus Telluri cum Planetis illis primariis intercedat similitudo, illos non minori quoque dignitate & pulchritudine esse: cum ratio, cur hoc aliter se habeat, excogitari nulla possit; contra vero plurimum ponderis insit illi ex similitudine petita, & a rebus visis ad non visas productæ rationi. Sicuti recte quis, cui in dissecto canis corpore viscera ostenderentur, stomachus, pulmones, intestina &c. etiam si nunquam alterius animalis

corpus apertum conspexisset, affirmaret, similem quandam fabricam ac partium varietatem in bove, porco cæterisque bestiis inesse. Hinc ergo efficit, solidos esse Planetas, non aliter quam Tellus nostra, & gravitate pollere, cujus vi corpora quæque in superficie illorum hærentia premant eam, aut si dimoveantur, ex omni parte velut attracta recidant. Deinde, cum in herbarum animaliumque exortu clarissime certissimeque Architecti supremi sapientia eluceat, si in Planetis nihil aliud quam yastæ solitudines corporaque inertia & vita carentia reperiantur, haut dubie multum concessuros illos dignitate & pulchritudine Telluri nostræ; quod cum rationi adversetur, extare omnino herbas & animalia in reliquis Planetis concludit, fortassis nec crescendi more, nec extrinseca forma, aut internis partibus, ab iis, quæ penes nos sunt, multum differentia, quia non sit credibile omnem varietatem, quam poterat, in illis creatis earum Auctorem exhibuisse. Quod si discrimen aliquod inter ea, quæ in superficie istorum globorum generantur, intercedat, id præcipue ex majore minoreve eorum a Sole, caloris vitæq; fonte, distantia oriri, propter quam tamen magis materiam quâ formam rerum variari necesse sit. Ad illam autem materiam quod attinet, etsi qualis sit, cogitatione assequi nequeamus, attamen vix dubitari posse asserit Auctor doctissimus, quin ex elemento humido, uti nostra omnia, crescant alanturque viventia, adeoque aquas a Planetis non abesse, (quas & verisimiles conjecturæ ex telescopiorum observationibus, præsertim in Jove confirmant) nostræ tamen non prorsus similes, etsi liquidæ ut sint, ad usus quos præstare debent, requiratur; ut perspicuæ, ad pulchritudinem: itaque putandum esse, naturam earum, quæ in Planetis sunt, ad suam quamq; regionem attemperatam esse, ut in Jove quidem ac Saturno difficilius in glaciem vertantur, in Venere & Mercurio minus facile in vapores abeant. Verisimile quoque esse censet, non alia ratione nasci & propagari stirpes quam apud nos, cum nec aliter fere, nec melius possint; nec etiam disparem esse rationem in animalibus, cur non & pascendi & generandi modus similis putetur ei, qui est apud nos; cumque summa sit apud nos animalium plantarumque varietas, non minorem quoque statuit in Planetis reliquis. Quod autem doctissimum Auctorem præcipue movit, ut nec rationale animal (fortassis ab homine diversum, cum nihil impediât, quo minus animus rationis capax etiam alii formæ in-

habi-

habitet) in Planetis deesse crederet, hoc est, quod nimia Terræ nostræ præ cæteris illis foret præstantia ac nobilitas, si sola haberet animal tam longe cæteris orbis animantibus, nedum stirpibus præstans; cujus denique gratia quequid Terra progenerat, paratum esse videtur. Quapropter Planetarum incolis eandem cum nostrâ rationem attribuit, probabilibusque argumentis stabilire cõnatur, & bruta animantia, & quibus ratio inest, convenire in his quæ ad sensum attinent, cum iis, quæ Terram hanc incolunt. Porro cum multa commoda ex ignis usu nobis proveniant, tantam rem non solis telluris incolis, sed omnibus Planetis, communiter concessam esse pronunciat. Quod si jam de viventibus in Planetis quærat, an quæ in istis nascuntur, nostris magnitudine respondeant; an vero hæc ipsorum globorum mole natura metiatur, ut v. g. in Jove & Saturno essent animalia decies aut quindecies nostris majora: hac in re quidem respondet nihil se videre, quod mirum sit vel fieri nequeat; neque tamen ulla ratione cogi nos, ut re ipsa id ita esse credamus, quandoquidem in multis rebus apparet, non iis mensuræ regulis naturam se obstrinxisse, quæ nostra opinione convenientiores videbantur. Cum vero ratio homini eum præcipue in finem data sit, ut illam in contemplatione Dei operum, culturaque scientiarum exerceat, nihil dubitat affirmare, Planetarios illos incolas non tantum sidera intueri, sed & Astronomiæ scientiam, & quæ ei inserviunt, artes & scientias excolere, habereque suam scribendi artem, ut inventorum memoria ad posteros propagetur. Ex quibus porro deducit, necessario & manus illos habere, vel aliud quoddam, quod vice illarum fungi possit membrum, pedes item & erectos oculos vultusque, ac in universum plurimas artes inventaque nobiscum communia; quibusdam vero illos carere, quæ tamen multis æque pulchris & admiratione dignis rependantur; ut dubitandum non sit, quin & formæ, & rerum quas agunt novitate, mirabile, supra quam dici possit, futurum sit spectaculum, si quis Mercurius aut potens genius eo nos deducat. Cujus itineris conficiendi spes omnis adempta cum sit, in secundo harum Disquisitionum libro, qualis rerum cœlestium facies sese offerat in unoquoque istorum globorum vitam agentibus, solerter investigat, notato Kircheri Itinere Ecstatico. Hujus rei in solo Mercurio sufficere dedisse specimen. Hic cum triplo propius circiter, quam Tellus nostrâ, ad Solem accedat, consequens

est, ut illum triplo quoque majorem conspiciant ejus incolæ ratione diametri, lumen vero & calorem ejus sentiant noncuplo quam nos majorem, nobisque proinde intolerabilem, quique accensurus sit siccitas herbas, fœnum, stramenque, qualia apud nos crescunt. At nihil impedit, ita comparata esse, quæ ibi vivunt animantia, ut optatam temperiem in ardore illo experiantur; herbas vero ea esse natura, ut multo majorem vim caloris perferant. Porro oppositiõnum temporibus Venerem & Tellurem præcipuo splendore effulgere, necesse est. Nam cum adeo lucida Venus nobis appareat, quo tempore tenuem nascentis Lunæ faciem refert, oportet eam sextuplo amplius clariorem cerni, cum Soli opponitur, ex Mercurii globo pleno orbe spectatam, & minore quoque intervallo distantem; atque ita tunc non parum dispellere nocturnas tenebras gentibus illis Lunæ auxilio carentibus. Quænam sint denique apud eos dierum spatia, & an varias anni tempestates experiantur, incompertum est hæctenus, quod ignoratur, an axem diurnæ conversionis ad orbem, quo circa Solem defertur, obliquum habeat, & quanto tempore conversio illa peragatur. Neque enim dubitari debet de diebus noctibusque eorum, cum in Tellure, Marte, Jove & Saturno hæc vicissitudo certo cognoscatur: anni vero spatium vix quartam partem nostri æquare illuc constat. Eodem fere modo clarissimus Auctor Veneris, Martis, Jovis, & Saturni Astronomiam persequitur. De Saturni autem Lunulis agens fatetur, primam cum secunda sibi conspectas certo se affirmare non posse, nec tamen Cl. Cassino vereri fidem adhibere, sed potius suspicari, præter harum numerum alias adhuc, unam vel plures, latere, detegendas fortasse, ubi ad signa borea Saturnus revertetur, alteque supra horizontem attolletur, si Fratris lentes ad telescopia pedum 170 & 210 paratæ sideribus applicentur, quibus majores formæque perfectioris nullas hæctenus extare arbitratur. Cæterum de Luna & reliquorum Planetarum comitibus, quæ ejusdem sunt cum Luna nostra naturæ, pauciora conjici posse profitetur, quia ejus generis Planetam nullum coram intueri contigit; cum in primariis illis aliter hoc sese habeat, quia ejusdem sunt generis ac Tellus nostra. Illud equidem in Luna nostra apparet, plurimis montium tractibus, rursusque planis intervallis latissimis, superficiem ejus esse divisam: sed marium similitudinem illuc nullam (etsi pleriq; contra sentiunt) reperit celeberrimus Auctor. Nam  
in

in regionibus planis ingentibus, quæ montosis multo sunt obscuriores, longiori telescopio inspectis, cavitates exiguas inesse comperit, rotundas, umbris intus cadentibus, quod maris superficie convenire nequit; tum & ipsi campi illi latiores non prorsus æquabilem superficiem habent, si diligentius eos intueamur. Quocirca maria esse non possunt, sed materia constare debent minus candicante, quam quæ est in partibus asperioribus, in quibus rursus quædam vividiori lumine cæteris præcellunt. Nulli quoque fluvii in Luna inesse videntur. Auctori, qui non effugerent aciem perspicillorum nostrorum, saltem si inter montes aut rupes præaltas, ut nostri plerique, laberentur: neque etiam nubes, unde pluvix generarentur ad suppeditandum fluviis humorem; quæ si essent, videremus eas nunc has nunc illas regiones obtegere ac visui nostro subducere; demum neque aer aut atmosphæra, qualis Tellurem nostram ambit, quia si quæ talis existeret, non posset extrema Lunæ ora tam præcise circumscripta spectari, quam subeunte stella aliqua sæpe animadverta est, sed evanida aliqua luce & veluti lanugine finiretur. Hæc igitur insignis differentia, quæ Lunam inter Terramque nostram reperitur, efficit, ut incertior de animantibus & stirpibus ei sit conjectura. Magis tamen probabile putat, ob corporum illorum præstantiam aliquid in superficie eorum geri, aliquid crescere & vivere, qualecunque illud tandem sit, & quantumlibet a rebus nostris diversum, cum possit forsan stirpium & animalium ibi vitam aliud quid aquæ nostræ dissimile sustentare; possit exiguus humor in terra, non æque ac nostra aquam combibente, sufficere radiis Solis, unde rorem educerent, alendis herbis arboribusque idoneum. Porro recenset, qualis apparitura sit nostræ Lunæ indigenis coelorum constitutio, & paulo accuratius æstimare docet systematis nostri amplitudinem, quæ tanta est, ut, si milliarium numero designanda sit, plusquam 17 milliones, ut vocant, milliarium Germanicorum comprehendat; si vero continua celeritas globi ex majore tormento explosi (quem si igitur horæ serupulis secundis, seu arteriæ pulsibus, centum circiter hexapodas conficere, experimentis constat) huc adhibeatur, dicendum sit, illum si ex Terra ad Solem tanta illa celeritate globus continue feratur, fere annos 25 esse infumturum, antequam iter hoc peragat; a Jove autem ad Solem 125 annis opus habiturum; a Saturno 250. Accedens inde propius ad Solem, nondum plane

compertum ait, utrum dura an liquida sit vasti illius globi materies, et si propter lucis naturam magis verisimile sit liquidam esse, quod etiam perfecta rotunditas ejus, lumenque per totam superficiem æquabiliter diffusum suadere videtur: faculæ enim illæ, quas una cum maculis fere omnes celebrant, Auctori nostro sunt partes superficiei Solaris, quæ propter macularum viciniam splendidiore, quam sunt, videntur. Quandoquidem autem summus Solis calor fervorque est, ut nihil omnino nostrorum corporum simile vivere in illo aut momento superesse possit, aliud adhuc genus animantium concipiendum esset, longè ab omni natura eorum, quæ unquam vidimus aut cogitavimus, diversum. Quod idem fere est, ☉ Auctore judicis, ac si dicamus, nihil hic conjectando consequi nos posse. De Fixis Stellis ita censet, illas totidem esse Soles proprio lucentes lumine. Sole fortassis non minores, & per vasta cœli spatia disseminatas, nec hærentes in eadem superficie. Ex quo jam Mundi idea multo major, quam ex antea dictis, nascitur, si quis quamlibet Fixam centrum alicujus systematis esse posse recogitet, majoremque hæc admirationem pariunt, si quis simul distantiam illarum & multitudinem perpendat. Quoniam autem qui definiendi tam vasti spatii, quo Fixæ a nobis sunt remotæ, rationem inierunt, nihil certi comprehendere potuerunt, propter nimiam observationum necessariorum subtilitatem, quæque omnem diligentiam superat: Hugenius noster aliam viam institit, ut saltem verisimile quid in re tam ardua consequeretur. Nimirum tubi duodecempedalis vacui aperturam alteram lamella tenuissima, cujus medio inerat foramen tam exiguum, ut lineæ partem duodecimam non superaret, tegendo, ac deinde perforatæ laminæ vitreum globulum minutissimum adhibendo, diametrum Solis ita imminuit, ut non majorem, quam Sirius lucem ad oculos mitteret, comperitque, eousque contracto vel eousque remoto Sole, ut diameter ejus sit  $\frac{1}{27664}$  ejus, quam

$\frac{1}{27664}$

in cœlo intuemur, superesse illi lucem, quæ Sirii luci non cedat; Solis vero eousque remoti distantiam esse necessario ad eam, quam nunc habet, ut  $\frac{1}{27664}$  ad 1, & diametrum paulum excedere 4 scrupula tertia. Itaque cum æqualis ei Sirius ponatur, sequitur Sirii quoque diametrum esse totidem scrupulorum, distantiamque itidem ad eam, qua a Sole absumus, ut  $\frac{1}{27664}$  ad 1. Quod quidem intervallum tantum est, ut tormenti globus continua velocitate, quanta emittitur, incedens pene

70000 ○

700000 annos infumturus sit, priusquam ad proximas stellarum inerrantium perveniat. Ultimo tandem loco suam de toto mundi systemate, quatenus nempe Solibus seu stellis fixis patet, dicit sententiam Hugenius, existimans unumquemque Solem circumdari turbine materiæ cœlestis, dissimili plane vorticibus Cartesianis, quippe qui circa Solem non convertatur totus in omnes partes, sed ita, ut variis motibus lisque celerrimis in omne latus, secundum diversas sui portiones, rapiatur, nec tamen dilabi possit propter circumstantem ætherem, qui non tali nec tam celeri motu agitur: atque hinc tam Terræ nostræ, quam cæterorum Planetarum, atque etiam Solis rotunditatem & Planetarum gravitationem in Solem derivat. Poni autem spatia horum vorticum multo quam Cartesius contractiora, sic eos fere statuens in vasta cœli profunditate dispersos, quemadmodum turbines aquæ exiguos hinc inde in spatioso lacu stagnove baculi agitatione excitatos, ac magnis intervallis totisque stadiis distantes, videre licet: & sicuti horum motus nequaquam ab unis ad alios perveniunt, nec proinde sese mutuo impediunt, ita quoque cœlestium vorticum motus circum astra aut Soles se habere existimat, ut nec alii alios destruere possint, aut absorbere.

*STEPHANI RITTANGELII LIBRA VERITATIS ET DE  
Paschate Tractatus. Premissa est JOHANNIS VAN DER  
WAETEN Dissertatio de Δόγῳ ad versus JO-  
HANNEM CLERICUM.*

Franequeræ, apud Jacobum Horrenum, 1698, in 8.  
Constat plagulis dimidiatis 55.

**J**ohannes Stephanus Rittangelius, e Judæis quidem genus ducens, sed Christianorum sacra ætate jam adulta amplexus, ob solidam linguæ & antiquitatum Hebræarum notitiam passim apud Eruditos celebratur, qui maximam librorum ab ipso edendorum partem funesto quodam casu ereptam sibi fuisse, non immerito queruntur. Cum enim aliquando ille ex Academia Regiomontana, ubi Orientalium Linguarum Doctor constitutus erat publicus, Amstelodamum tenderet, ut, quæ editioni pararat, opera ibidem imprimenda curaret, medio itinere in prædonum manus incidens, res suas omnes capi, librosque manu descriptos lacerari atque dissipari non  
citra

citra dolorem vidit, & ex tanto periculo vix ipse incolumis evasit. Quomagus autem illa ejus, quibus lucem aspiciere publicam datum fuit, scripta lectores suos juvarunt atque delectarunt, eo frequentius evolvi ista contigit. Sed cum ob cupidos emtores dudum instructissima quoque bibliopola iis caruerint, de nova aliquorum editione sollicitum se gessit celeberrimus inter Belgas Theologus, Jo. van der Waeyen, qui ut hac vice duos e desideratissimis exhibet, sic brevi tertium ejusdem Autoris *de Veritate Religionis Christianae* agentem superaddet. Et in *Libra* quidem *Veritatis*, qui tractatus primi titulus est, cum Anti-Trinitario quodam negotium Rittangelio intercedit, ac per *Membram Jehovae*, paraphrasibus Chaldaicis saepissime usurpatum, Deitatem Filii Dei, veri Messiae, omnino luculenter adstrui ostenditur, plurimaque adversarii in aeternum & per se subsistentem *Λόγον* valde injurii argumenta solidissime refelluntur. In altero, quod *de Passione* Rittangelius conscripsit, opusculo ritus ac mores Judaici, sequioribus seculis in istius festi observatione recepti, accurate designantur. Congruum autem existimavit is, quem modo laudavimus, Theologus, ut novam hanc editionem accessione quadam sua a prioris libri scopo non aliena locupletaret, deque τῷ Λόγῳ Dissertationem praemitteret. Et Joannem quidem imprimis Clericum vocabulum istud ex Platone repetitum, inque religionem illatum fuisse, sibi persuadentem impugnat, miratus, quod Faustum ille Socinum in ea, qua sic statuerit, Dissertatione debellaturum sese simularit, cum tamen aequae ac maxima Doctorum Remonstrantium pars, Socinianismi haud praeter rationem suspectus sit. Egregie namque ad Socini palatum fore censet, quod in scriptis Mosaicis nihil, quo Messias typice praefigetur, agnoscat, & varia (quae Noster in medium profert,) Pentateuchi loca parum congrue depravet. Porro, quam infeliciter Alogianos impugnet, examinatis ejus argumentis monstrare ulterius laborat. Temerarium enim Clerici assertum dicit, quod Joh. XXI, 24, Ephesina loquatur Ecclesia, cum isto certe pacto non parum decedat auctoritati universi hujus scripti, quippe quod non uno loco interpolatum esse pronum sit exinde suspicari. Ubi Clericus Justinum Martyrem passim alludere dicat ad Evangelium Johannis, tanquam ab Apostolo conscriptum, eas ipsum Justini locutiones, praesertim, ubi τῷ Λόγῳ mentionem faciat, cum selectu tali memorat

rat



rat producere, ut minus a Socinianorum placitis discrepare sanctus ille Pater videatur. Quid? quod & in vertendis ejus verbis parum quandoque deprehendatur accuratus. Deinceps totus est in evertenda ista Clerici opinione, quod, antequam Johannes scriberet, variaz voces Platonicæ in religionem (prout subobscore loquatur is, potius enim Sacram Scripturam Noster vult substitui,) illatæ fuerint. Atque heic frustra monet provocari ad veterum Hæreticorum scripta, quæ aut nunquam extiterint, aut dudum certe interierint, imo si & extarent amplius, nullum idoneum probandi momentum huc afferre valerent. Sigillatim vocabulum *Λόγος* a Philone mutuo acceptum, & per Philonem ex schola Platonis in religionem translatum, ac deinceps a Johanne, quo sensu usurpari illud posset, explicatum fuisse, nulla ratione admittit. Nam Philonem Johanni cognitum aut ab eo lectum fuisse, vix credendum autumat, nedum ut ejus verba Scholiastis instar explicasse hic dicendus sit. Imo & Philonem ipsum ex Judæis eorumque doctrina, aut e Scriptura quoque Sacra ea, quæ de rebus divinis tradat, potius, quam e Platone desumisse, vero censet haud absumile. Quod de fide circa Trinitatem Judæis exosa, sed apud Philonem tamen satis manifeste reperiunda dixerat Clericus, ut probaret, hunc non e Judæis sed ex Platone sua hausisse, ita comparatum esse Noster judicat, ut prius illud de Judæis duntaxat recentioribus dici possit: veteres enim Trinitatis dogma neutiquam ignorasse, aut ab eo abhorruisse, probat. Dehinc singula Philonis loca a Clerico producta percurrit, atque circa ea ostendit, quam nihil in iisdem deprehendatur, quod non ex Sacris longe doceri luculentius Johannes Evangelista potuerit, quodve & Philoni aliunde, quam e Scriptura, innotuerit. Posteaquam ergo latius evictum dedit, suam Clericum sententiam eo, quo debebat, modo minime probasse, ad argumenta ei opponenda pergit, ante omnia altum urgens silentium, quod de *Λόγος* vocabulo e Platone deprompto observetur, apud antiquissimos, qui aut Philosophiam Platonicam nimis extollere, aut Christianos sua ex Philosophis fuisse mutuata obtendere consueverint; cum tamen nec illi in Platonis laudem, nec hi in Christianorum vituperium istud fuissent omisuri, si obstetricante Philone Johannes vocem *Λόγος* a Platone accepisset. Insuper alios e sanctis Patribus adeo acriter Platonem haud vituperaturos fuisse mōnet, si voces ejus vir *Ἰερό-*

πνευματος tanto in pretio habuisset. Præterea jam ante Platonem creberrimum istius vocis usum reperiri asserit, nec significatu qualicumque, verum eo, quem & Plato adoptarit; unde eum Platonicum dicere Critici haud sit. Quin potius sicut alia plura, sic vocem quoque Λόγος ab Hebræis sacrisque Scriptoribus Platonem obtinuisse probat. Similiter Philoni ex Scriptura a LXX Interpretibus versâ, prætereaque e Chaldaica paraphrasi, toties totiesque Verbum Dei memorante, eandem innotuisse perhibet, eumque alias de mysteriis locuturum solícite abigere Philosophorum nænias præstigiasve ostendit, unde nec circa ea, quæ de Λόγῳ tradiderit, quæque omnino mysteriis accensuerit, ad Platonem eum respexisse infert. Clerico igitur hoc imputat, quod ex eorum numero sit, qui ad beatitatem æternam obtinendam mysteriorum religionis Christianæ fidem minus esse necessariam existiment, sufficientem putantes eam veritatis cognitionem, quæ absque ulla revelatione, præter eam, quæ omni homini attendenti obtingat, haberi possit ab iis quoque, qui Christum non cognoscant aut profiteantur. Posita vero illa sententia, non posse non minoris pretii haberi Scripturam sacram, utpote quæ doceat quidem dogmata ad salutem scitu & creditu necessaria, sed quorum sufficientem cognitionem ex ratione etiam naturali gentiumque scriptis haurire liceat. Unde facilis Clerico lapsus fuerit in audaciorem criticen, quam modo circa Scriptores Sacros, modo circa eorum scripta eum exercuisse, exemplis non unis declarat, & ab his reversus ad Λόγῳ vocabulum, male id a Clerico per *Rationem* reddi contendit, ac Philonem, ubicunque Λόγῳ & creationis mundi meminerit, nunquam de Sermonem, sed semper de Ratione tantum cogitasse, manifesto falsum pronunciat. Vicissim id pro certo habet, quod sua hac vocabuli præsentis versione Socinianis opem ferat Clericus; quandoquidem facta Rationis mentio non soleat in nobis ciere cogitationem veri ὑφισταμένου subsistentis, ab eo, cujus sit, isto modo diversi, quo Filius diversus est a Patre & Spiritu Sancto. Quam ipsam ob rem & reliqua, quæ in principio Evangelii Johannis de τῷ Λόγῳ prædicentur, satis dilute ac tenui admodum sensu exponat Clericus, ejusdem cum Patre æternitatis, naturæ & essentiz Filium esse minime credens, quantovis etiam studio mentem suam tegere conetur. Tacemus argumenta alia, quibus, quod tantum non manifeste Sociniani ille faveat, evincere satagit. Scripta interim ejus tan-

ti ob id a nonnullis fieri existimat, quod magnopere promoveant profanos hodiernorum hominum conatus, quibus eliminato omni mysterio, Scripturæque dignitate depressa, religionem fingant latitudinariam, quæ paucissimarum rerum Deum spectantium cognitione, & ad rationis humanæ trutinam exactæ qualiscunque moralis doctrinæ praxi contenta, secure hoc ævum transigere doceat. Se autem Arminianis simul ostendere voluisse, cum, quid concoquere possint ipsorum antesignani, tum quid a talibus præceptoribus juventuti suæ polliceri valeant. Nec habiturum eorum hodie principem, Limborgium, quod ideo conqueratur: hunc namque haud ita pridem eam sibi libertatem sumsisse innuit, ut in clarissimum Burmannum aliosque viros e Reformatis celeberrimos impetuosè nimis invecus fuerit. Sed præter rem id ab ipso factum contendit, ac Burmannum, præ cæteris ab impacto ei Spinossimo, semel huc delatus, operosè liberat.

*RAYMUNDI VIEUSSENS, MEDICINÆ DOCTORIS MONSPELIENSIS, Epistola de sanguinis humani cum sale fixo, spiritum acidum suggerente, cum volatili, in certa proportione sanguinis phlegma, spiritum subrufum ac oleum fetidum ingrediente, nec non de Biliis usu ad Facultatem Medicam Lipsiensem perscripta, una cum hujus Responso.*

Lipsiæ, apud Joh. Ludovicum Gleditschium, 1698, in 4. plagul. 3.

Cum Auctor Clarissimus ex nonnullis in lucem editis Operibus, quorum *Neurographiam* A. 1685. p. 334, *Tractatus vero de Principiis atque Fermentatione* A. 1688. p. 545. in *Actis* commemoravimus, insignè stipendium annuum præter spem apud Magnum Galliarum Regem promeruisse, id sibi negotii credidit solum dari, dignus ut tanti Principis liberalitate deprehenderetur, adeoque suis porro studiis Ars Medica promoveretur. Quapropter ante omnia in Sanguinis essentia, corpusculorumque fluidum hocce vitale constituentium, vi atque proportione manifestandis, & in peculiari scripto, quod propediem cum alio de Temperamentis divulgare constituit, explanandis diu hæctenus multumque sudavit; quo fundamentum videlicet acquireret solidius, cui amplam accuratamque Morborum internorum

Historiam, causarum & symptomatum explicationibus e mechanica corporis humani structura desumptis, illustratam atque multivariis triginta fere annorum in xenedochio Monspeliensi observatis Anatomicis corroboratam, superstrueret postmodum, cum Euidito itidem Orbe communicandam. Attamen prodromi nunc vice praesens prodire jubet Epistolum, quo sanguinis humani non minus spiritum acidum, ac sal volatile, qua videlicet proportione hoc & phlegmati, & spiritui subrufo, & oleo foetido, per destillationem e sanguine prolucis inexistat, omnium exponere oculis annitur. Sicut namque Clarissimus quondam *Craanen* in *Tr. de Homine* c. 7. p. 39. acidum in sanguine ex assumtis acidis, vel de acido saltem participantibus, uti panis fecalinus cum primis est; colligebat: ita *Noster* e sale sanguinis fixo, quod ceu salsum in *Tr. de Principiis* c. 22. p. 284. vel innatum, vel adventitium declaraverat, quodque *Rob. Boyle* in *Histor. Human. Sangu. Part. 2. p. 45.* sali communi sive marino analogum reputaverat, spiritum omnino acidum, qualem & alii ex alcali quocunque fixo per olei vitrioli vel arenae adjectionem eruere conantur, sistit destillatum. Nempe, postquam quinquaginta libras sanguinis, in aeneo prius vase ignis adjumento exsiccati, in fornace figuli per viginti quatuor horas calcinasset, seu in cineres trium unciarum & drachmarum septem redegisset, atque ex his salis fixi fere nivei, in morem alcalium cum acidis spiritibus effervescentis, solutionem Mercurii sublimati praecipitantis ac purpureum syrupi violarum colorem cum viridi commutantis, unciam unam obtinisset, ex salis ejusmodi fixi drachmis septem ac quadraginta duobus granis, cum tribus circiter uncis boli siccissimae commixtis, igne reverberii unciam dimidiam cum octodecim granis spiritus, ipso spiritu aceti acidioris, se destillasse tradit, qui instar aliorum pariter acidorum cum alcalibus fixis & volatilibus ebullierit, atque syrupo violarum & tincturae heliotropii ac malvae rubedinem conciliarit; e relicto autem, capite mortuo drachmas duas extractas fuisse cum dimidio & grano uno salis fixi, non nisi cum oleo vitrioli effervescentis, solutionem autem Mercurii sublimati praecipitantis atque colorem syrupi violarum aliquantum prius excalescenti & tincturae florum malvae in viridem mutantis. Nec cui tamen scrupulis oboriretur, spiritum istum destillatum acidum non tam sanguini, quam vitriolicis particulis ex aeneo vase inter exsiccandum avulsis

de

deberi, eundem pariter spiritum e fixo sale, in terreo vase exsiccato, saltem in minori quantitate prodiisse annotat, quod studio acidum omnino noluerit educere, utpote observaturus, num sal posterius omni acido haud privatum, ideoque in duplo majori quantitate, videlicet ad drachmas quinque residuum, vires a priori discrepantes exereret; quales nihilominus in tincturae florum malvæ ac spirituum acidorum admiscela neutiquam apparuerunt diversæ. Neque silendum, sal purior calentis Solis ardore e sanguine elicatum subrufum multo acrius simulque sensibiliter acidum extitisse, quod acumina illius salis a Sole parum, ab igne vero culinari multum hebetentur. Ast quo cunctorum corpusculorum, e sanguine absque ulla eorundem jactura separatorum, exactius suo tempore determinari queat proportio, in quantitatem porro salis volatilis in sanguinis phlegmate, spiritu subrufo & oleo foetido inquirat, atque post varia frustraneo successu instituta tentamina, uncias demum duas phlegmatis grano uno & dimidio salis volatilis imprægnari, spiritus vero subrufi drachmam unam unice phlegma haberi viginti septem granis salis volatilis gravandum, in uncia denique una olei foetidi unciam dimidiam cum drachma dimidia & granis duodecim spiritus subrufi, nec non grana octo alcali fixi comprehendit, exinde ostendit, quod uncia duæ aquæ fontanæ destillatæ, ubi in iis granum unum cum dimidio salis volatilis sanguinis fuerit solutum, itemque phlegmatis sanguinis drachma una, postquam viginti septem grana salis volatilis sanguinis receperit, eidem moli vel phlegmatis, vel spiritus subrufi destillati, quoad colorem, odorem, aliosque effectus prorsus cernantur similes; olei autem foetidi uncia una cum tribus unciis boli siccissimæ rite destillata, præter drachmam dimidiam cum granis decem phlegmatis limpidi a bolo primum prodeuntem, unciam dimidiam cum dimidia drachma & granis duodecim spiritus subrufi, ignem extinguentis, ac drachmas duas cum dimidia granisque viginti & uno olei, cito inflammabilis bilique folliculari analogi, suggerat, prout caput mortuum grana octo salis fixi nigricantis, promte in aere humido deliquescentis & plane alcalici, præbet extrahenda. Tandem, cum in bilis analysi, tribus circiter abhinc annis instituta, primum phlegma summe pellucidum; hinc liquorem lacteum, instar lactis ipsius candidum & omnis corruptionis expertem, cum aliis corporibus Auctor obtinuerit, nonnulla de

bilis addit usu, a sulphure bilis, sale acri acido lenissimo gravido ac velut condito, albedinem chyli hujusque in ventriculis cordis fermentescendi formamque sanguinis recipiendi dispositionem deducens, consequenter fermentum massæ sanguineæ, quod fermenta ejus nativa conservet, bili acceptum ferens. Quem usum aliis etiam confirmari experimentis putat, dum uncia octo aquæ fontanæ; tantillo spiritus vitrioli imbutæ, mox, ubi in bilis tepidæ drachmam unam projiciuntur, lacteam fere albedinem contrahunt, majorem adhuc contrahituræ, si quatuor salis absinthii grana admisceantur, dumque itidem ex sufficienti phlegmatis, e pane destillati ac volatili acido imprægnati, atque bilis miscela soliditas quædam lactea lacteusque color emergunt, spiritusque panis cum sale, tum fixo, tum volatili sanguinis diutius fermentescit, quam quivis alius fluor acidus, evidenti argumento, multum in nobis salis acidi educi ex pane, una cum acido nitro-aereo ad fermentationem sanguinis egregie conducens.

At quia omnia, quæ recensita hucusque fuerunt, Inclytæ Facultatis Medicæ Lipsiensis ultro exponuntur judicio, hæc in Responsione adnexa Herculeos labores, quos in spiritu sanguinis acido destillando ac salis volatilis in sanguinis phlegmate, spiritu subrufo & oleo foetido proportionem determinanda, omnium primus *Autor Cl.* impiger subiit, potissimum commendat & prædicat, dubia, quæ ipsi circa bilis usum visa, non æque ac promissorum Opusculorum editionem urgens.

*JOH. BERNOULLI THEOREMA UNIVERSALE RECTIFICATIONI Linearum curvarum inserviens. Nova Parabolæ proprietates. Cubicalis primaria arcuum mensura &c.*

**E**Xhibui in *Actis* anni 1695, pag. 374, modum generalem: *additam quamvis curvam describendi aliam, quarum summa vel differentia per arcum circuli fit mensurabilis*, deductum ex generali illo evolutione condescriptarum theoremate, quod postea ad alias speculationes viam aperuit celeberrimis Viris *Leibnitio & Tschirnbanse* in eodem *Act.* anno m. Novemb. Ex eo tempore cogitare cœpi, an non forte alia combinatione curvarum id fieri possit per solas lineas rectas; seu annon ad curvam propositam inveniri possit alia, quarum sum-

summa vel differentia absolute rectificabilis existat; nec spe vana. Cum enim non ita pridem hæc in mentem redirent, sequens infigne theorema se mihi obtulit: si positis cujusvis curva data coordinatis

$$x \text{ \& } y; \text{ fiat alia curva cujus coordinata sint } \frac{x dy^3}{dx^3} \text{ \& } \frac{3x dy^2}{2dx^2}$$

$\frac{1}{2} \int \frac{dy^2}{dx}$ , erunt ambae curvae genitrix & genita simul sumta rectificabilis;

facta enim recta quæ se habeat ad abscissam curvæ datæ  $x$ , ut cubus tangentis ad cubum subtangentis in eadem curvæ datæ, æquabitur hæc recta longitudini curvarum simul sumtarum: id est, expressione literali adhibita, si elementum curvæ datæ vocetur  $dt$ , longitudo

$$eiusdem  $D$ , longitudo genitæ  $G$ , erit  $D \times G = \frac{x dt^3}{dx^3}$ . Notandum$$

hic, si curvæ proposita versus axem sit cava & (posita  $dx$  constante) —  $3x \cdot ddy$  sit majus quam  $dx \cdot d^2y$ , tunc differentia curvarum dictæ rectæ æquatur.

Non opus est indicare, qua via, quæve analysi huc pervenerim, calculus foret nimis prolixitatis: si tamen alicui animus erit afferti veritatem explorare, poterit id commodissime synthetico more præstare, differentiando scilicet assignatam hanc ex constructione rectam & quod prodit conferendo cum aggregato elementi curvæ genitricis & elementi genitæ, reperiet enim utrobique æqualitatem. Hinc si curvæ proposita algebraica sit, sive transcendens primi gradus si modo  $\frac{dy^2}{dx}$  sit summabile, curvæ genitæ tunc semper erit algebraica:

datur namque algebraicæ ratio  $dx$  ad  $dy$ . Hinc etiam quod incognitum hæcenus fuit, & inter rara hujus sæculi inventa numerari potest, sequitur omnem Parabolam cujusvis gradus aut per se aut cum alia alius gradus Parabola conjunctam absolute esse rectificabilem:

per se, si exponent parabolæ sit  $= \frac{1 \pm 2p}{p^2}$  (per  $p$  intelligo quemlibet

numerum integrum) cum alia vero generaliter in omni casu. Esto enim datæ parabolæ gradus seu exponent  $n$ : dico eam cum alia parabola

bola cujus exponents  $= \frac{2^n - 1}{3^n - 2}$  junctim admittere rectificationem; qua-

liscunque etiam sit numerus  $n$  sive fractus sive integer, sive surdus sive rationalis sive affirmativus sive negativus. Unde pro parabola communi *Archimedeae* reperitur parabola cubico biquadratica, id est cujus exponents est  $\frac{1}{4}$ , seu ubi biquadrata applicatarum sunt in triplicata ratione abscissarum. Hanc vero rectificationem, in quam alia quoque via particulari incidi, quoniam non postremam proprietatem constituit hujus ab omni antiquitate decantatissimae curvae, placet hic plenius exponere.

TAB. XI.  
Fig. I.

Esto (*Fig. I*) AB parabola communis, ex B agatur normalis BI secans axem AI in I, & IM normalis ad BI, occurrens diametro PM in M: resecetur IK = subnormali seu semiparametro. Descripta jam parabola cubico-biquadratica AG, cujus parameter sit  $= \frac{1}{3} \frac{1}{8}$  param. parabolae AB, sumatur abscissa AH = tertiae proportionali ad parametrum seu ad duplam IK & ad BK, appliceturque HG. Dico curvam GAB compositam ex portionibus parabolicis AG, AB esse aequalem lineae rectae IM.


Si haec porro conferantur cum iis, quae primus inveni pro sectione arcuum parabolicorum in data ratione, quaeque in *nupero Junio* edita habentur, ubi simul innui ad arcum quemvis datum parabolae communis inveniri posse ope methodi meae alium arcum in eadem parabola, ita ut datam habeant differentiam rectificabilem: apparebit facile ratio comparandi quoque arcum parabolae cubico-biquadratae AG, cum arcu vel arcibus quibusdam parabolae communis. Unde novum emerget inventum meo judicio haudquaquam spernendum, quod facem accenderet insignem ad mensurandam parabolae longitudinem per meras rectas lineas, si modo id possibile esset: perspicio quippe arcum AG cum aliquo arcu vel arcibus parabolae AB, posse habere rationem algebraicam. Jam vero aliquis operae pretium ageret, si ostenderet, arcum AG non cum aliquo tantum, sed cum ipso arcu AB comparabilem esse: haberet profecto rectificationem curvae parabolicae & quadraturam hyperbolae dudum frustra quaesitam: dividendam enim tunc tantum adhuc foret recta IM in ratione inventa, divisaeque hinc una pars arcui AG, altera arcui AB aequaretur. Sed id ipsum quod quadraturae hyperbolae impossibilitas pro demonstrata fere habeatur, invictum est argumentum, arcus parabolae cubico-bi-

qua-



TAB. XI. ad A. 1698. pag. 464. M. Oct.

Arcus Parabolici  
inter se comparati et  
Rectificati Auctore  
Joh. B.




Arcus BC - arcu DE = Rect. PO - rect. KN

Fig. II.

B. XI.  
p. 2.

TAB.  
Fig.



quadraticæ cum quibusdam arcibus non cum omnibus parabolæ comparabiles esse, insolitum quidem hoc est, sed tamen verum.

Quod si ulterius pergamus, & inquiramus, qualis exponens  $n$  debeat assumi, ita ut genitrix & genita fiant eadem curvæ, oportet æquari  $n$  cum  $\frac{2n-1}{3n-2}$ , id quod  $n = \frac{1}{2}$ : atque est *parabola cubicalis*

*primaria*, quæ cum se ipsa comparata rectificari potest, seu in qua assignari possunt duo arcus, quorum differentia est rectificabilis. Hic ergo incidimus quasi fortuito in perelegantem hujus famosissimæ curvæ alias irrectificabilis proprietatem, quod inventum alteri illi *Heurati-ano*, seu prout *Wallisius* contendit, *Neliano*, quo primum parabola cubicalis secundaria rectificari cœpit, nobilitate non modo non cedit, sed multis parasangis præcellit, si id æstimare velimus ex difficultate eruendi; vilescit enim hoc & desuit esse novum, ex quo methodi infinitesimales inclaruere, cum earum nulla sit quæ non immediate & facillime hujus curvæ parabolicæ secundariæ rectificationem exhibeat, & vel primo mentis obtutu. Nostra vero primaria postquam omnes Geometrarum ejus dimensionem quærentium sudores & labores hactenus elusit, nobis in tantum obsecundavit, ut arcuum suorum differentia mensuram rectis lineis algebraice determinabilem a nobis acciperet. Nec video, qua alia via, quam hic præscripta, ad hujus cognitionem perveniri potuisset. Egregiam adeoque habuissem occasionem, si suppressa methodo, aliis idem problematice proponendo vanæ gloriolæ litare voluissem: sed malui publicæ quam propriæ utilitati prospicere, exponendo inventum sine pompa. In vulgari parabola conica eandem rem præstiti, ut supra dixi: illud autem cum ex nuda attentione ad hyperbolam ultro fluat, præ hoc novo nihili facio. Sit itaque Parabola cubicalis primaria  $ABC$ , in qua arcus expositus  $BC$ , (*Fig. II*) a punctis  $B$  et  $C$  ducantur applicatæ  $BF$ ,  $CG$ : sumatur  $AI$  æqualis tertiæ proportionali ad vigecuplam septuplam  $AF$ , & ad parametrum parabolæ; fiatque ut  $AG$  ad  $AF$ , ita  $AI$  ad  $AH$ ; ad puncta  $I$  &  $H$  ductæ applicatæ  $IE$ ,  $HD$  rescabunt arcum  $DE$ , qui ablatus ex arcu  $BC$  relinquet differentiam rectilinearem, quæ ita invenitur: duc tangentes  $CP$ ,  $BK$  occurrentes  $AP$  normali ad axem in punctis  $P$ ,  $K$ ; ex quibus age axi parallelas  $PN$ ,  $KL$  quæ fecent normales ad curvam  $CN$ ,  $BL$ , in  $N$ ,  $L$ : erige perpendiculares  $NO$ ,  $LM$ , tangen-

TAB. XI.  
Fig. 2.

Nnn

ti-

tibus productis occurrentes in O, M. Dico differentiam rectorum OP, MK esse æqualem differentię arcuum parabolicorum CB, ED.

*EJUSDEM ANNOTATA IN SOLUTIONES FRATER-  
nas problematum quorundam suorum, editas  
proximo Actorum Majo.*

**S**i problemata subinde Eruditis propono, scopus mihi non est aliorum capacitem tentandi, sed unice, ut ingenia excitentur, novumque capiant incrementum scientię; unde & ego delectamentum habeo, quando præsertim solutiones in lucem prodeunt cum meis conspirare deprehendo. Eorum quę partim in *Hisc Actu*, partim quoque in *Ephemeridibus Paris*. quondam proposui, nunc demum nonnulla a *Fratre* soluta *Actorum mensis Majo* exhibet. Gaudium, fateor, non leve mihi attulit consensus, quem animadvertere potui solutionum *Fraternas* inter measque; & perfectum fuisset omnino, si modo in generalitate quoque meis respondissent. Non igitur abs re puto, si hic paucis & omni qua possum modestia recensuero, quid ad perfectionem omnimodam solutionum *Fraternarum* desiderem.

Et quidem pag. 227 Demonstrationem syntheticam affert problematis de infinitis cycloidibus; sed pro simplicissimo duntaxat casu, quando sc. recta positione data verticalis est. Optassem interim generalem pro omni recta positione data, imo etiam pro curva, exhibuisset meę similem, qua non modo a puncto ad punctum iter brevissimum cycloidem esse, sed & simul a puncto ad lineam non tantum verticalē, non tantum rectam, sed utcumq; curvam descensum brevissimum vel interdum longissimū peragi per cycloidem lineę datę perpendicularē, breviter, perspicue, directe & synthetice demonstro, quam omnes, quotquot sunt quibus communicavi, summopere laudarunt & approbarunt; & nuper tantum Amplissimus & Generosissimus Dn. *Dierquar*. Præs in suprema Curia Brabantina quę Hagę est, Vir acerrimi iudicii & in his studiis versatillimus, una cum Filio Nobilissimo, Mathematico pariter ingenioso; quemadmodum ex ipsorum literis ad me non sine delectamento intellexi. Hęc vero mea demonstratio synthetica quę non in *Galileo* tantum, sed in omni alia hypotesi succedit, jam initio statim lucem publicam aspexisset, nisi *suasu*  
ce-

celeberrimi *Leibnitii* eam etiamnum suppressam tenerem, ut jam alibi memini me monuisse: eo enim tempore, quo incidi in problema de celerrimo descensu, jam adinveni hanc demonstrationem.

Cæterum si verum est, *Frater* celerrimum descensum ad reſtam positione datam non solum in cycloidibus sed & in omnibus curvis similibus determinare posse, vel potius tum temporis potuisse, cum hoc problema proponeret, scire valde gestio, quid illa verba sibi velint, in quæ erumpit: *Qui methodum de maximis & minimis promovere volet, tentabit. Nobis sufficere proposuisse*: De circulis & parabolis loquens, quæ utique etiam sunt curvæ similes; qui dicit sibi sufficere proposuisse, tantundem est ac diceret se non solvisse, imo difficultate quasi deterritum ne tentasse quidem. Quicquid sit, longe majus quid præstitisset, si solvisset quoque in curvis dissimilibus: tentet & videbit immensam difficultatem, & vel in solis ellipsis super eodem axe extractis, quod jam nonnemi proposui: meus solvendi modus eo perſingit. Nec minus rem spinis obſitam ſentiet, si reliqua duo exempla, quæ sine demonstratione subnectit, a circulis & curvis similibus ad quasvis dissimiles transferre voluerit. Cum hic sermo sit de demonstratione ſynthetica, Lectorem B. monitum volo, in illa altera affinitate juncta, quæ novissimo mense Junio prodiit, ubi tautochronismum *Hugenianum* quam simplicissime demonſtro, irrepsisse sphaalma quod sic corrigendum: pag. 267, l. 29 & 30 pro ATq. HNq :: DTq. DNq pone VAT. VHN :: VDT. VDN.

Tranſeo jam ad ſolutiones problematum meorum in *Ephem. Gall. m. Aug. 1697* proſitorum. Quod primum concernit, conqueritur ſtatim *Frater* de ambiguitate in voce *geometricæ*: cum tamen jam nemo neſciat, non mihi ſoli dudum, ſed etiam acutiſſimo *Leibnitio* imo & ipſi *Fratri*, geometricum eſſe quicquid geometrica lege peragitur, ſeu quicquid per æquationem ſive algebraicam ſive tranſcendentem determinari poteſt. Non nego, potuiſſem plane omittere hoc vocabulum, quippe quod per ſe ſubintelligitur; id tamen conſulto adjeci, ut ſimul excluderem conſtructionem quandam ſimpliciſſimam, generaliſſimam & faciliſſimã, quam prævideram dari poſſe, ſed quæ mechanica eſt: *Extendendo ſcilicet ſilum per ſuperficiem convexam ab uno dato puncto ad alterum, illudque firmiſer aſtringendo: capiet enim hoc pacto ſilum breviſſimum inter utrumque punctum*. Volebam itaque evita-

re ambiguitatem, excludendo statim quod mechanicum est : tantum abest ut illam affectaverim. Videat hinc *Frater*, annon *Illustrissimo Marchioni Hospitalia* rem forte gratiores fecisset, abstinendo verbis blandiusculis ( quibus viri generosi parum delectantur ) quasi ille hoc problema ob dictam ambiguitatem neglexerit. Ipse haud dicet, se neglexisse, imo maxime se ei applicuit, ut ex ipsius ejus litteris ad medatis habeo, sed de nulla tali ambiguitate conquestus est, quia optime genuinum sensum problematis intellexit, quandoquidem se problema de superficie curva in superficiem planam reduxisse mihi significavit. Quod vero ei res non omnino ex voto cesserit; indicium est, majorem in hoc negotio difficultatem præsensisse, quam ut una generali æquatione ( ut *Frater* se fecisse putat, ) problema in omni sua extensione complecti liceat. Quid interim? si retorquerem & dicerem, *Illustrissimum Virum*, qui pariter unius tantum problematum *Fraternorum* solutionem de celerissimo descensu ad lineam verticalem exhibuit, alterum de *Isoperimetris* ob ambiguitatem & obscuritatem propositionis ( ut fere nesciam an unum an plura contineat problemata ) noluisse attingere.

Ut redeam ad solutionem Fraternali lineæ ducendæ brevissimæ in superficie conoidea, eam legitimam agnosco, & gaudeo Fratrem hac in parte mecum concurrisse: sed patiat ut dicam, ex infinitis casibus vix unam esse quem solverit, eumque facillimum, adeo ut immane quantum adhuc pro generali solutione desideretur. Fundamentum, quo forte *Frater* usus est, in eo consistit, quod differentia duorum angulorum, quos facit linea quæ sita cum duobus quibusve meridianis proximis in superficie conoidis vel sphaeroidis ductis, debeat esse æqualis angulo quem comprehendunt duæ in ipsis punctis intersectionum tangentes meridianos, & in axe conoidis vel sphaeroidis concurrentes. Sed quam parum hoc est! valet enim vix ac ne vix quidem in conoidibus & sphaeroidibus, & quidem basium circularium, sed neque in his omnibus: oportet insuper axem rectum esse ad basin; at vero quot sunt conoides, quot sphaeroides, quarum axis est obliquus? quot sunt iterum quarum bases non sunt circulares? Vellem itaque restringeret verba sua, quando dicit, *Problema in omnibus pariter conoidibus & sphaeroidibus, æque ac in cono cylindrico: esse facillimum*, ad illas tantum quæ sunt rectæ & circulares. Præterea si consideremus mult-

titudinem & varietatem infinitam superficierum curvarum, quæ plane non sunt conoides nec sphæroides, fateri oportet, rem esse exigui momenti, quod in conoidibus & sphæroidibus præstitum, præ eo quod a *Frairi* præstandum superest. Heic igitur me fecisse aliquid puto, quod repererim viam generalem perveniendi ad æquationem pro quavis superficie curva data, sit conoidica, sit non conoidica; quam *Frairi* indagandam relinquo, ut tempus habeat suam perficiendi & problemati ex affe satisfaciendi.

In cono quovis obliquo, pro quo & quidem tantum recto prolixissimam constructionem exhibet, & tamen non docet, quomodo linea inventa per data duo puncta ducenda sit, paucissimis verbis sine schemate ita rem expedit: Ductis a duobus punctis datis ad verticem conici duabus rectis, fiant in plano duæ aliæ rectæ ipsis æquales & angulum comprehendentes æqualem angulo superficiei conicæ contento duabus istis rectis in cono ductis: jungantur rectæ extremitates duarum rectarum in plano, quam secet alia recta utcunque ex angulo plani ducta, distantiam intersectionis transfer a vertice conici in superficiem conicam, ita ut cum prioribus rectis faciat in superficie conicæ angulos æquales angulis quos facit cum lineis in plano ductis; dico punctum illud in quod distantia cadit in superficie conicæ, fore in linea brevissima, quæ interjacet inter duo puncta data. Suppono hic angulos superficiei conicæ circa verticem comparabiles esse, vel æquales assumi posse angulis planis: quod quomodo faciendum, jam *Barrovius* docuit.

Non est quod diu immerer cæteris problematum solutionibus: meas jam ante annum *Illustrissimo Hospitio* communicavi, quæ quodammodo simpliciores sunt. Sed hoc monitum duntaxat cupio, quod tunc statim etiam in literis ad *Dn. Marchionem* innui, me per curvas ejusdem speciei non intellexisse curvas similes tantum, sed curvas quascunque certa lege descriptas, seu ut termino *Leibnitiano* utar, *ordinarim positione datas*: alias si mens mea de similibus tantum fuisset, id diferte dixissem, quemadmodum non diu post feci in *iisdem Ephem. men. Decemb.* ubi pag. 463 seqq. illas expresse voco curvas *similes & similiter positas*. Quod autem in exemplum dederim Parabolas quæ utique sunt curvæ similes, id ipsum ostendit quod tunc de similitudine curvarum ne somniaverim quidem, alias certe non para-

bolas sed alias curvas dissimiles exempli loco proposuiffem: nostra enim methodus ad omnes se extendit, quacunque lege datas. Ast tantum discrimen comperiet *Frater* inter similes & dissimiles curvas, ut si problema denuo tentare lubeat, non dubitem, quin sit agniturus, se postquam hoc problema pro speciali isto casu solvit, ne unguem latum promovisse generaliter conceptum pro quibusvis ordinatim positione datis; quod quam abstrusæ sit indaginis patebit ipsi, si in probl. 4 & 5 loco parabolæ substituere velit easdem illas ellipses, quæ in præcedentibus duobus exempli loco inservierunt: dico exempli loco, solvitur enim pariter per nostram methodum in omnibus aliis curvis.

Superfunt notanda quædam circa lineas quas vocabo Trajectorias, quæ alias ordinatim datas normaliter vel in angulo quovis dato seu etiam data lege variante trajiciunt. Diu adeo est, quod hanc materiam seposuerim, quam nifallor primus in lucem protraxi, ut difficulter in mentem revocem. Cum vero aliquot exempla proferat *Frater* curvarum algebraicarum, quæ jam quatuor abhinc annis celeberrimo *Leibnitio* in privatis ad ipsum literis soluta dedi: placet hic  
 „ excerpte quæ tum scripseram in literis d. 2 Septemb. 1694. Aliud  
 „ jam pridem etiam mihi consideratum problema non minus elegans  
 „ quam utile, ob affinitatem quam cum hisce (*curvus alias positione dar-*  
 „ *tas tangentibus*) habet proponam: Datis nempe infinitis curvis po-  
 „ sitione, invenire curvam quæ omnes ad angulos rectos secat, vel ut  
 „ Tuis verbis utar, *Lineæ propositam normaliter secantibus positione or-*  
 „ *dinatim datæ, invenire propositam*. Si positione ordinatim datæ sint  
 „ parabolæ *cujusvis gradus*, eundem axem & eundem verticem sed pa-  
 „ rametros variables habentes, curva optata erit Ellipsis: si positione  
 „ ordinatim datæ sint parabolæ eadem eundem axem sed variables  
 „ vertices habentes, curva quæsitæ erit logarithmica vulgaris: sic in  
 „ quovis exemplo peculiari rem facile expedire possem, Tibi autem  
 „ difficile non erit generales pro hoc excogitare regulas. Cæterum  
 „ hoc problema insignem usum præstat in determinanda curvatura  
 „ radiorum lucis per medium inæqualiter densum transcurrentium juxta  
 „ hypothesein *Hugenii*, siquidem radius nihil aliud sit quam linea un-  
 „ dulationes ad angulos rectos secans. Possit præsens problema adhuc  
 „ latius extendi, nempe sic: *Lineæ propositam ad angulum datum secan-*  
 „ *tibus positione ordinatim datæ, invenire propositam, si lineæ da-*  
 „ *tæ*



„ tæ sint rectæ in puncto coeuntes, curva quæ sita ( ceu manifestum est )  
 „ erit Loxodromica plana &c.

Hicce vir sagacissimus in hunc modum respondit, in literis ad  
 me datis 7<sup>to</sup> Decemb. 1694, quod lubens huc refero, ut appareat quan-  
 „ tum & ille jam tum fecerit. Methodus, *inquit*, inveniendi curvam  
 „ quæ ordinatim positione datis occurrat ad angulos rectos, meo ju-  
 „ dicio consistit in duabus æquationibus, una continente relationem  
 „ inter  $x, y$  & constantem quandam in curva positione data, sed pro di-  
 „ versis talibus ordinatim datis variabilem  $b$ ; altera continente valo-  
 „ rem ipsius  $dy$ :  $dx$  in curva quæ sita, expressum ex proprietate per-  
 „ pendicularium in curva positione data, cujus æquationis ope datur  
 „ ipsius  $b$  valor per  $dy, dx, y, x$ , pro re nata; quarum duarum æqua-  
 „ tionum ope tollendo  $b$ , habetur æquatio differentialis primi gradus  
 „ pro relatione inter  $x$ , &  $y$ . Sic si positione ordinatim datæ sint para-  
 „ bolæ verticis communis, quarum semiparametri  $b$  fiet æqu.  $2bx =$   
 „  $yy$  jam ex conditione problematis, seu perpendicularitate ad para-  
 „ bolam fit  $b = -y dx: dy$ , unde tollendo  $b$  fit  $-2xy dx =$   
 „  $yy dy$ ; seu summando  $aa - xx = \frac{a}{2} yy$ , quæ utique est ad ellipsin,  
 „ & satisfaciunt Ellipses infinitæ. Et has ordinatim positione datas  
 „ manifestum est vicissim a parabola unaquaque normaliter secari.  
 „ Cæterum præclare a te notatum est, hoc problema usum habere in  
 „ Dioptricis, pro curvatura radii in medio continue variante: nihil  
 „ potuit dici aptius, &c.

Allata sufficiant ad ostendendum, methodum ad æquatio-  
 nem perveniendi non in uno alterove tantum exemplo algebraica-  
 rum sed in omnibus, dudum nobis fuisse familiarem: sed quoniam  
 in transcendentibus non succedit nisi in similibus, ut in cycloidibus;  
 vel etiam in illis, quæ ad unam constantem reduci possunt, ut in loga-  
 rithmicis; illam velut insufficientem neglexi, nec quam excolerem di-  
 gnatus sum: alia itaq. excogitanda erat, quæ generalis esset, & ad quas-  
 cunque ordinatim positione datas transcendentes æque ac algebra-  
 icas porrigeretur. Hanc autem postquam acutiss. *Leibnitius*, occasi-  
 one eorum quæ ipsi super hac affiniq. materia communicaveram,  
 ipse novam differentialis calculi applicationem perutilem sane inve-  
 nisset, mecumque vicissim communicasset, de qua hactenus nihil in  
 publicum constat, hanc inquam quam optaveram methodum gene-  
 ralem

ralem secandi ordinatim positione datas sive algebraicas sive transcendentem, in angulo recto sive obliquo, invariabili seu data lege variabili, tandem ex voto erui, cui *Leibnitio* approbatore ne  $\gamma\rho\upsilon$  addi posset ad ulteriorem perfectionem, & vel ideo tantum quod perpetuo ad æquationem deducat, in qua si interdum indeterminatæ sunt inseparabiles, methodus non ideo imperfectior est, non enim hujus sed alius est methodi indeterminatas separare. Rogamus itaque *Fr. itrem*, ut velit suas quoque vires exercere in re tanti momenti. Suscepti laboris non poenitebit, si felix successus fructu jucundo compensaverit; scio relicturum suum quem nunc fovet modum, qui in paucissimis tantum exemplis adhiberi potest, ut modo supra dixi.

Quod interim spectat peculiarem illum casum, quem in *Actis* proposui, ubi scilicet quæritur *Trajectoria omnes Logarithmicas super eodem axe & per idem punctum ductas normaliter trajiciens*: en excerpta ex literis meis ad prælaud. *Leibnitium* jam ante biennium datis, die puta 27 Octob. 1696, quæ singularem exhibent solvendi modum per æquationem *exponentialem*, seu ut ego voco *percurrentem*: Est

TAB. XL  
Fig. 3.

„(Fig. III) AB axis communis omnium logarithmicarum CD, C d  
„ ex puncto C ductarum: determinanda est curva D d, omnibus  
„ CD, C d normalis. Positis coordinatis AB, BD;  $x, y$  & CA,  $a$ : Con-  
„ cipiatur ad libitum determinata quædam logarithmica CE, ad  
„ quam cæteræ referendæ sunt; sit illa facilioris calculi gratia talis; ut  
„ ipsius subtangens sit æqualis ipsi CA seu  $a$ . Jam ex puncto quo vis cur-  
„ væ quæ sitæ D, ductam intellige DE parallelam BA, quæ secet assum-  
„ tam logarithmicam in E, ex quo si ducatur EF, designabit AF lo-  
„ garithmum ipsius EF, seu DB, seu  $y$ . Nunc ob normalitatem D d  
„ ad CD erit generaliter  $dx \cdot dy : : BD \cdot BG$ , subperpendiculari-  
„ rem curvæ D d, ideoque  $BG = \frac{-y dy}{dx}$ . Est autem ex proprietate

„ logarithmicarum subtangens logarithmicæ CE ad subtangentem  
„ logarithmicæ CD, id est CA ad BG ut AF ad AB, quod hanc suppe-  
„ ditat proportionem  $a dx \cdot y dy : : ly \cdot x$ , unde habetur  $ax dx =$   
„  $-yly dy$ ; potest autem  $-yly dy$  summari, prout jam olim ad Te  
„ scripsisse memini, hoc pacto  $-yly dy = -yly dy - \frac{1}{2}yy dly +$   
„  $\frac{1}{2}ay dy$  (quia  $dly = \frac{ady}{y}$ ) sumtis itaque summis per partes, erit

.f-

$mf - ylydy = -\frac{1}{2}yly + \frac{1}{4}ayy$  & per consequens  $= \frac{1}{2}axx$ , id  
 ,, est  $x = y \sqrt{\frac{a-2ly}{2a}}$ . Vel si mavis æquationem percurrentem: sit

,,  $b$  numerus ipsius  $a$  seu  $lb = a$ , tunc erit  $zyly = yylb - 2xxlb$   
 ,, adeoque  $y^2yy = byy - 2xx$  vel etiam  $b^2xx, y^2yy = byy$  &c.

Haud difficilior alter casus logarithmicarum, cujus constructionem dat *Frater* §. 4, ad æquationem percurrentem reduci potest. Ut & si quæreretur Trajectoria normaliter secans omnes omnium graduum parabolas ejusdem parametri, verticis, & axis; haberetur enim pro natura curvæ  $ayy + xx = x^2xx, y^2yy$ . Quapropter videlicet quæ scripsi de Exponentialibus anno superiori mense Martio.

Videamus autem, quomodo tandem *Frater* discursum claudit. En expositis omnibus suis solutionibus & constructionibus, postremo duos casus aliis solvendo proponit, quos hætenus inexploratos dicit, suisque adeo methodis impervios & desperatos: sunt autem hi. *Quæritur curva, quæ omnes parabolas super eodem axe extructas, lateraque suarum respectivis verticum a puncto fixo distantis aequalia habentes, ad rectos angulos trajicit*; item: *Quæritur curva, quæ parabolam aut aliam datam curvam super plano suo circa datum punctum in orbem conversam in angulo dato secat*. Gaudeo mihi ansam hic dari, qua ipsius methodo subvenire possim. Ecce solutionem utriusque.

TAB. XI.  
Fig. 4

Pro primo; sit  $A$  punctum fixum (*Fig. IV*)  $AB$  axis communis parabolæ  $BC$ , quarum parametri seu latera recta distantis  $AB$  æqualia: super axe  $BA$  producto fac logarithmicam  $FG$  pro arbitrio, cujus subtangens vocetur  $a$ : super  $AH$  normali ad  $AB$ , describe curvam  $AE$  cujus applicata  $HE$  (posita abscissa  $AH = Z$ ) sit  $= \frac{\int a^3 dz + 4azdz}{aaz - 6z^3}$ : quo facto agatur utcumque  $GE$  parallela ipsi

$AH$ , secans curvas in  $G, E$ , & axem in  $D$ : sume  $DI$ , quæ sit ad  $DE$ , ut  $DG$  ad subtangentem logarithmicæ; ex  $I$  ducatur axi parallela  $IC$ , occurrens parabolæ descriptæ parametro  $AB$  æquali ipsi  $DG$ ; dico punctum occursum  $C$  fore in trajectoria quæ sita  $CK$ , quæ omnes parabolas ut  $BC$  normaliter trajicit.

Alterum, quo quæritur *Trajectoria datam quamvis curvam in suo plano circa datum punctum in gyrum versam in dato angulo con-*  
O O O
stan-

TAB. XI.

Fig. 5.

*stanter secans*: ita construo. Sit punctum seu centrum rotationis C, ex quo describatur circulus A G H, (Fig. V) assumaturque punctum A pro initio rotationis, ipsa vero curva data circa C rotanda sit B F: ex cuius puncto quovis B ducatur ad C recta BC, & ad hanc normalis CD, occurrens tangenti BD in D. Vocentur radius circuli seu sinus totus,  $a$ ; sinus anguli dati,  $b$ ; sinus complementi,  $c$ ; CB,  $y$ ; CD,  $r$ ; BD,  $t$ ; (nota quod  $r$  &  $t$  dentur per  $y$ ) sumatur jam arcus A G =  $\int \frac{a^3 r y + a b c t e}{b b t t y - a a y^3} d y$ , & ex radio C G abscindatur C  $\beta$  = CB; dico punctum  $\beta$  esse in trajectory quaesita  $\beta M$ , qua curvam datam B F circa C conversam in quovis situ  $\beta \phi$ , secabit in angulo dato M  $\beta \phi$ : qui si rectus sit, constructio evadit simplicissima, tunc enim sumendus est arcus A G =  $\int \frac{a^2 d y}{r}$ . Hujus demonstrationem non addo, quoniam evidens & cuivis obvia est.

**FRIDERICI KRAUSOLDI U. I. D. ET CONSILIARII AU-  
lici Saxo-Martisburgensis Tractatus Juridico-Politicus de Miraculis  
& egregiis Usibus S. Raspini, i. e. Ergasteriorum publicorum.**

Martisburgi, impensis Georgii Forbergeri, 1698. in 4.  
Const. I. Alph.

**P**ER Discursum hunc praeliminarem, quem tractatus magis robustus proxime excipiet, tale sibi argumentum Auctor Magnus ex-  
cutiendum proposuit, quod ex Jurisprudencia Deliberativa, prout appellari consuevit, petitem, & poenarum quarundam abrogationem, prae-  
vio convenientioris poenae consilio, serio suadet, instantissimeque hortatur. Postquam enim in medium producta esset quaestio: *utrum Imperio Romano-Germanico consultius sit atque tutius, ad fures potissimum caeterosque maleferatos homines coercendos, famosam poenarum tri-  
gam, suspensionem videlicet, fustigationem, & relegationem retinere? an vero in istarum poenarum locum, Ergasteriorum disciplinarium usum seu damnationem ad opus publicum substituere expediat?* posterior ex his sententia voto promptissimo recipitur. Ut autem Ergasterii vox mollior aliquanto evadat, istius vice jocosio sub commento S. Raspini substituitur, tui titulo conspicuus, quod sit *Carcer publicus sum-*

*summi Magistratus auctoritate constitutus, in quem immorigeri utriusque sexus hunc in finem includuntur, ut ibidem vinculis onusti, nonnunquam etiam pro qualitate delicti ab iis soluti manere, penitentialem vestem induere, tenui victu vivere, diurnos & eos quidem pro cujuscunque ingenio viribusque gravissimos labores exantlare, & vitam secundum statuta loci ita componere tenentur, ut si secus fecerint, jam verborum increpationes, jam verbera, jam famem, jam alios corporis cruciatus sustineant, tamdiu in hac misera statione mansuri, donec emendatioris vite signa producant, idque omne in honorem Dei, tranquillitatem Reipublicæ, propriamque immorigerorum salutem.*

Ne vero hoc coercionis genus anterioribus, quas modo nominavimus, poenis temere prælatum fuisse quis arbitretur; primum seorsum circa suspendium, fustigationem & relegationem, origo, indoles & successus, imo incommoda potius & damna, quæ ex poenæ cujusque irrogatione experientia evidentissime demonstrat, distincte enarrantur. Sub eadem quidem methodo & ergasterii delineatio procedit; diversitas tamen, quæ illi cum altero coercionis genere intercedit, tacite quodammodo insinuat, ut haud difficulter appareat, quam sobria sint ac certa & secunda hujus censuræ media. Eam ob causam in conspectum prodeunt bis septem castigationis modi in ergasterio conjunctim obvii, ut sunt vitæ solitudo, squalor carceris, vinculorum asperitas, durities laborum, & similes ex definitione allata facile noscendi, quorum conditio totidem paragraphis sub adeo luculenta descriptione, variorumque testimoniorum & exemplorum inductione exponitur, ut facile quis in eam trahatur sententiam, coercionem istam sic comparatam esse, ut nequissimi & indomitæ cervicis homines successive si non ad frugem perfecte bonam, ad resipiscentiam tamen aliquam & innoxiam animi quietem, cum præsentissimo reipublicæ commo, reduci queant. Separatim hætenus poenarum, quæ hic excutiuntur, origo, indoles & usus in disquisitionem venerunt: conjunctim dehinc & comparate magis poenæ istæ committuntur, dum circa fines potiores, quos poenæ respicere debent, quales sunt, emendatio delinquentis, mali retributio, & exemplum quo ceteri deterreantur, certamen de prærogativa promerenda inter has poenarum sectas acerrime continuatur. Veruntamen & in hoc congressu ergasterii causa superior evadit, ut adeo negotium

profus confectum videatur. Licet autem improbis tantummodo ergasteria sint metuenda; per inopinatam tamen catastrophem & boni omnes ac pii ergasterio mancipantur. Istud ipsum etenim epilogi argumentum est, quo devote pariter ac erudite differitur, vitam nostram ærumnis & miseriis esse plenissimam, ut ab ergasterii disciplina parum abesse videamur, sive vitæ ingressum, sive ejus progressum, & egressum denique spectare, imo potius, ut par est, attente perpendere velimus.

APOLOGIE DE L' AMOUR &c.

i. e.

*APOLOGIA PRO AMORE QUO DEUM SOLUM VERE DESIDERAMUS POSSIDERE, ut felicitatem nostram in cognitione & amore ejus consequamur: cum Animadversionibus gravissimis in Principia Regulasque a Dn. Archiepiscopo Cameracensi statuminatas &c.*

Amstelodami, apud Steph. Roger, 1698. in 8. Alph. 1. pl. 2.

**Q**Uli Theologiam Mysticam & ex ea prognatum Quietismum ex ipsis Romano-Catholicis impugnare scriptis instituunt, hanc plerumque ingredi viam solent, ut quæ ex doctrina de amore puro consequantur a ratione & Ecclesiæ doctrina aliena demonstrant. Quo ipso, judice libri, quem nunc sistimus, Auctore, ambages atque anfractus varios evitare nequeunt, cum ad singulorum errorum examen illis sit descendendum; simulque adversariis suis subinde occasionem conquerendi suppeditent, quod ejusmodi sibi tribuantur placita, quæ nunquam docuerint. Hæc incommoda non tantum declinari facile, sed & unico ictu prosterni Quietismum, ejusque fundamenta convelli posse existimat, si clare & perspicue demonstraretur, quæ illorum animis obversatur de amore Dei perfecto sive puro ideam, nihil aliud nisi monstrum, merumque mentis ludibrium esse; contra vero sincerum desiderium Deum solum possidendi, ut per ejus cognitionem & amorem felices reddamur, pro perfecto veroque Dei amore esse reputandum. Atque istud quidem in hoc opere probare luculenter, simulque manifestum facere, quam lubricis fundamentis doctrinæ Archiepiscopi Cameracensis innitatur, secum constituit.

De

De natura itaque amoris generatim exponere, e re sua esse existimavit. In quo ita versatur, ut primo de principio & origine amoris præcipiat. Nimirum insitam a Deo animæ nostræ inclinationem necessariam ad bonum, & invincibile desiderium felicitatis; vel potius, Deum nunquam non impellere & concitare animam per invincibilem impressionem ad bonum generatim consideratum, ut felicitatem, hoc est statum naturæ suæ convenientem expetat, contendit. Etenim exploratum habere animam per intimam conscientiam, se in se ipsa, quo felix reddatur, non reperire, nec instinctum quo feratur ad felicitatem extra se querendam, a se dependere: consequi inde, igitur ab invincibili quadam Dei impressione hoc provenire. A principio ad objectum progreditur, quod mox boni, mox felicitatis, mox finis nomine designari monet. Hisce enim vocibus nihil aliud quam diversas relationes unius ejusdemque objecti, quod nobis convenit, indicari. Si enim consideretur prout nobis convenit, vocari bonum; si spectetur ut terminus ad quem appetitus noster tendit, vocari finem; & denique si nobis sitatur, prout ejus possessio summam voluptatem jucunditatemque nobis affert, felicitatem appellari. De bono itaque ita differit, ut tum rationibus tum testimoniis veterum philosophorum demonstrat, illud in convenientia cum nostra natura consistere. Quod ut evincat, ita procedit. Amare nos inquit objectum ideo, quia est amabile: est amabile nobis nihil aliud dici posse, quam quod nobis bonum, hoc est, naturæ nostræ conveniens est. Conveniens autem & bonum aliquod dici ob perfectiones tum absolutas, tum relativas, quibus gaudet. Affert hinc usitatam bonorum in honesta, utilia & jucunda partitionem, eamque ad institutum suum accommodat. Sic & de fine exponens, monet sedulo, finem *cujus* discernendum a fine *eius*. licet voce amoris uterque designetur. Contingere quidem, ut bonum aliquod in alterius gratiam concupiscamus, cum amico, liberis &c. bene cupimus; sed hic nihilo secius, ut & in omni amore, subjectum immediatum voluptatis ex boni possessione oriundæ esse ipsum amantem. De fine ultimo absolute & secundum quid tali identidem agit, & unum solum finem ultimum eundemque verum esse posse, Deum scilicet, autumat, licet homines plerumque aliud quid pro fine ultimo sibi proponant. Fieri etiam posse ait, ut plura objecta simul finem ultimum constituent, & quidem totalem, quorum u-

Lib. I.

Cap. I.

Cap. II.  
Art. I.

Art. 2.

numquodque partialem finem efficiat: ut adeo inde non sequatur, unum eundemque hominem simul duos fines ultimos sibi propósitos habere posse, cum hoc nullo modo fieri queat. Hinc concludit, finis nomen illud bonum tandem promereri, quod propter se ipsum amamus, simulque infert, fieri alter non posse, quin unusquisque semper ex amore finis ultimi agat, quamdiu rationis ductum sequitur. Non quidem necesse esse, ut de fine semper cogitemus, licet semper ob finem quandam ultimum agamus; atque huc pertinere in scholis receptam distinctionem, qua tum formaliter, tum virtualiter propter finem aliquem agere pronunciant. De felicitate autem agens, id cum primis disceptandum sibi sumsit: an desiderium invincibile nostræ felicitatis ejusmodi sit, ut non possimus aliquid amare, nisi quia & in quantum nobis est conveniens, h. e. quia utcunque ad nostram felicitatem aliquid confert. Negare quidem hoc Præfulem Cameracensem cum infinita Mysticorum & Scholasticorum turba. Auctor autem istud affirmat, rationibusque comprobare annititur. Cum primis id urget, amari nihil a nobis posse, nisi sit amabile. Fundamentum autem proximum, cur actu aliquid amabile videri possit, esse convenientiam unius objecti respectu alterius. Fieri itaque posse, ut summam perfectionem alterius perspectam habeamus & admiremur, nec tamen ideo amemus. Namque & Dæmones non ignorare summam Numinis perfectionem, illamque admirari, non tamen ideo eos illud amare, quia hoc nihil ad suam felicitatem facere intelligunt: manifesto, ut Auctor judicat, documento, ideo aliquid amari, quia nobis est conveniens. Atque hæc cum in amore unionis citra controversiam ita se habere existimet, ita in amore benevolentiae non aliter esse comparata, eundo per exempla demonstrat. Progreditur hinc ad varias amoris species enumerandas, primoque ratione principii amorem dispescit in naturalem & liberum: illum nihil aliud esse quam amorem sui ipsius, quo necessario ad nostram felicitatem querendam impellamur; concupiscentiamque ab eo solum in hoc differre, quod per hanc corpori cum primis consultum cupiamus: liberum amorem rursus in naturalem & supernaturalem dispescit. Ratione objecti eum in amorem Dei & creaturarum dividit, & hunc rursus in amorem rerum, ad quem honorum, divitiarum, voluptatisque cupiditatem refert, & amorem personarum. Hunc iterum duplicem facit, amo-

rem

Art. 3.

Cap. III.



rem concupiscentiæ, & puræ amicitia, quam in Ethnicam & Christi-  
anam porro partitur. Denique ratione modi alium esse amorem u-  
nionis, alium amorem benevolentia ait. Capite sequenti de amore  
amicitiæ, prout opponitur amori concupiscentiæ, ex instituto præcipit.  
Mysticos scilicet Theologos itidem ab amore concupiscentiæ distin-  
guere amorem amicitia notat, sed ita, ut per illum intelligant ejusmo-  
di amorem, quo aliquem nostri commodi nostræque felicitatis causa  
amamus: per hunc autem talem amorem indigent, quo alium non  
nostri commodi causa, sed tantum ob absolutas ejus perfectiones a-  
mamus. Contra Auctor amorem concupiscentiæ vocat, quo alte-  
rum commodi, ab ipso objecto distincti, causa amamus: amorem a-  
micitiæ autem, quo alium ita amamus, ut in ipso objecto ejusque pos-  
sessione felicitatem nostram queramus. Sane perfectissimæ purissi-  
mæque amicitia non repugnare, ut in ipso amico amemus, quod nos  
juvet atque delectet, multis veterum, præsertim Ciceronis testimoni-  
is comprobatur. Objici posse sibi fatetur, hac ratione nos nihil propter  
seipsum, sed cuncta propter nos amare: quod tamen ita diluit, ut  
concedat nos cuncta propter nos amare, ita ut omnia ad nos, tanquam  
subjectum referantur; hoc tamen non obstante, amorem nostrum in  
objectum a nobis distinctum ferri posse. Sic & quando opponunt,  
hoc modo omnia, quæ amamus, solum pro instrumentis nostræ felici-  
tatis a nobis haberi; hoc itidem abnuat, cum ad instrumentum requi-  
ratur, ut ab objecto nostræ felicitatis sit distinctum, & ad ejus possessio-  
nem nos ducat, quod de rebus ipsis, quas amamus, dici nullo modo  
queat.

Jam caput causæ aggressurus, primo quidem probat, fieri non  
posse, ut Deus tantum ob perfectiones suas, sine respectu convenien-  
tiæ cum nostra natura, ametur. Idque ex principiis libro primo po-  
sitis confirmatisque; quod nihil nisi quod cum nostra natura conve-  
nientiam quandam habet, amabile sit, demonstrat. Contendit hic  
Mysticorum sententiam cum opinione Epicuræorum, Deum sibi fin-  
gentium, quem nulla rerum humanarum tangat cura, eundem tamen  
ob summas perfectiones amore dignum pronuntiantium. Sed quod  
Cotta apud Cicerone. Epicuræis reposuit, id quin Mysticis aliquan-  
do in mente veniat, veretur: *si maxime talis est Deus, ut nulli gra-  
tia, nulla hominum caritate teneatur, valeat.* Porro cum anima no-

Cap. IV.

Cap. V.

Lib. II.

Cap. I.

Cap. II.

stra

fra summo desiderio ad felicitatem expetendam rapiatur, hancque in Deo inveniat, concludit inde, hunc demum amorem Dei purissimum perfectissimumque esse, qui quidem in creaturam cadat, quo Deum propter seipsum amamus, ita ut nostram felicitatem, nostraque naturæ perfectionem tantum in ejus cognitione & amore quæramus.

Cap. III.

Quod autem ad diversas amoris species quibus Deum amamus attinet, quas afferre Mystici solent, nonnullas indignas amoris nomine pronuntiat, aliis diversum solum amoris gradum designari autumat.

Quem autem vocant amorem spei, plane rejicit; non quod spes cum amore interdum non sit conjuncta, aut ab actu amoris non differat affectus spei, sed quod per hanc spei accessionem neququam nova amoris species exsurgat, sed maneat idem amor qualis antea fuerit. Quibus

Cap. IV.

evictis progreditur ad alia, docetque, desiderium possidendi Deum solum ceu finem nostrum ultimum summumque bonum, ut per ejus cognitionem & amorem felices reddamur, neququam pro amore concupiscentiæ opposito caritati, sed pro actu amoris puri & perfecti habendum esse. Cumque cardo rei in eo versetur, quinque ponit principia, quibus hoc rite demonstrat. Primum est: omnem amorem Dei, ordini a Deo præscripto ratione objecti & causæ impulsivæ exacte conformem, esse amorem purum perfectumque. Secundum: omnem amorem, qui nostram perfectam justitiam absolvit, omnino esse amorem purum, & ut loquitur, perfectæ caritatis. Tertium: omnem amorem, per quem gloria Deo; modo perfectissimo, qui quidem in creaturam rationis non expertem cadat, reddendus, esse purum perfectumque. Quartum: amorem a Deo in Decalogo præceptum, & ab ipso Christo Servatore comprobatum, citra controversiam purum perfectumque esse. Quintum: perfecti amoris characterem evidentissimum esse, si Deum plus quam nos ipsos mundumque universum amemus.

Cap. V.

His prolixius deductis, & ad suum institutum accommodatis, Augustinum idem pariter docuisse, desiderium scilicet possidendi Deum solum ceu finem ultimum & præmium virtutis, pro amore gratuito, perfecto & puro esse reputandum, demonstrat. Cum vero amor Dei quoque non unius ejusdemque generis perhiberi soleat, Noster quidem probare annititur, amorem amicitiae benevolentiaeque provenire a desiderio Deum possidendi: indeque rursus infert, perfectionem amoris puri ex perfectione desiderii, quo ad Dei fru-

Cep. VI.

tionem

tionem feramur, esse metiendam. Benevolentia autem amorem, quo Deum amamus, non differre ab amore unionis, ex eo præcipue evincit, quod amori benevolentia maxime proprium sit omni cultu atque honore Deum prosequi. Ast coli non rectius Deum nec majori affici honore posse, quam si juxta ordinem ab eo præscriptum ex toto corde desideremus eum possidere, & in eo unice nostram quaeramus felicitatem. Ceterum cum hæcenus dictis assertisque objici subinde soleat effatum Apostoli: *caritas non quarit, quæ sua sunt*, I. Cor. XIII, ad hoc ita respondet, ut commodorum quæ caritas quaerere possit, alia ab objecto, quod amatur, separata illicitaque, alia essentialiter cum ipso objecto ex Dei institutione conjuncta, ut amari non possit, nisi simul ad nostram inde aliquid redundet felicitatem, adeoque licita esse contendat. Caritas itaque, inquit, non quaerit quæ sua sunt, h. e. ea commoda quæ sunt illicita: ast inde non sequitur, quod non quaerat commoda licita & ex ipso objecto amato necessario fluentia; quia si hæc non quaereret, non esset amor. Hæc itaque licet ex mente Auctoris ita se habeant, non diffitetur tamen fieri posse, ut homines Deum amore concupiscentia pure mercenario ament, quin quotidie hoc proh dolor! fieri conqueritur. Hosce nimirum nequiquam Deum, sed tantum felicitatem, quam beatos manere acceperunt, amare; cujusmodi cæli amorem præposterum & inconsultum damnat omnino rejicitque. Et hinc ad Patrum dicta, quæ vulgo opponuntur, responderi facile posse existimat. Ad duas ea revocari posse classes monet, quarum una ejusmodi illorum effata contineat, quibus salutem æternam cognitioni & amori Dei postponere videntur: altera autem ea complectatur, quibus sedulo a servis & mercenariis veros Dei filios discernant. Quæ ad priorem pertinent, ea ex Clemente Alexandrino, Chrysostomo atque Theodoro proferunt Mystica disciplina propugnatores. Noster autem de Clemente cum primis sollicitus est, & hunc in finem, quæ de Gnostico suo seu perfecto Christiano in Stromatum libris præcepit, in compendium mittit, simulque ostendit, Stoicos hic imitatum fuisse Clementem, & ut illi in Sapientem suum, quicquid perfectionis excogitare potuerunt, contulerint, sic hunc perfectam numerisque omnibus absolutam hominis Christiani imaginem sistere voluisse. Tandem cuncta eo redeunt, per salutem æternam Clementem non intelligere illam felicitatem,

Cap. VII.

Cap. VIII.

Cap. IX.

P p p

quæ

quæ ex cognitione & amore Dei non potest non in homines redundare, sed complexum ceterorum bonorum beatis a Deo destinatorum, quæ Christianus ita amet, ut tamen paratus sit iis omnibus potius nuntium mittere, quam vel minimum ab amore Dei discedere. Unde nec Clementi nec ceteris unquam in mentem venisse, ac si homo amare Deum sine ullo ad felicitatem suam respectu possit, concludit, & ita libro secundo finem imponit. In Additionibus libro huic subiectis demonstrat, ex Philosophis antiquis Aristotelem, ex recentioribus Malebranchium de natura & indole amoris ita præcepisse, ut secum plane consentiant: varia etiam loca ex celeberrimo Mysticæ disciplinæ magistro Francisco Salesio profert, eaque uberiori commentatione illustrat. De indifferentia quoque sancta Additione IV agit, docetque hanc in eo consistere, ut homo amore Dei concitatus divitiis, honoribus, sanitate ceterisque bonis a Deo se junctis separatisque libenter carere, gravissima contra mala suscipere, calamitatesque extremas prompte potius subire paratus sit, quam ut ulla ratione a Numinis amore se dimoveri patiatur. Unde rursus Mysticorum indifferentia illi non placet, quia homo ne quidem per amorem Numinis ejusque fruitionem felix fieri ullo modo cupit; qualem admitti non posse, variis rationibus evincit. In Additione V & ultima denique probare annitur, sive convenientia boni ex parte objecti habeatur pro causa impulsiva proxima, quæ efficiat ut istud amemus, sive conditio sine qua non vocetur, nihilo secius amorem boni cujusdam, quod ideo amamus, quia immediate per se nobis est conveniens, amori gratuito & puro non repugnare.

Lib. III.  
Cap. I.

Cap. II.  
Art. I.  
Art. 2.

Tertius qui nunc sequitur liber discutiendis Archi-Episcopi Cameracensis placitis ab Auctore destinatus est. Primo itaque sententiam Archi-Episcopi de amore Dei puro refert, & in compendio sinit; simulque observat, jam plurimos Scholasticos & recentioris ævi Mysticos idem de amore Dei docuisse. Hinc de amore sui ipsius nonnulla præmittit, eo spectantia: non omnem amorem sui ipsius in vitio ponendum. Quibus præmissis, amoris species ab Archi-Episcopo statim in principio operis allatas ordine sub examen revocat. Et primum quidem cum Deum ob bona quædam ab ipso distincta sejunctaque amamus, ab ipso Archi-Episcopo recte pro amore Dei non haberi docet, minus accurate tamen ab eo addi: *hoc non est amare Deum, sed amare*

*amare se ipsum*; cum verus Dei amor cum quodam sui amore consistere omnino possit. In secunda amoris specie explicanda, pugnancia secum scripsisse Cameracensem Præsulem putat. Primo quidem, dum supponat, unum eundemque amorem, quo Deum saltem ut medium & instrumentum nostræ felicitatis amemus, cuncta autem ad nos ceu finem ultimumque finem referamus, si vel tamen non aliud præmium quam Deum ipsum quærere. Deinde & hæc male secum consentire, quod supponat amorem, qui non aliud præmium quam Deum solum quærat, esse nihilo secius amorem concupiscentiæ pureque mercenarium. Concludit tandem, Archi-Episcopum ex duabus amoris speciebus a se plane distinctis novum amoris genus infeliciter composuisse, docetque amoris mercenarii unam tantum speciem esse posse. De tertia amoris specie sive amore spei, ut Archi-Episcopus Cameracensis eum vocat, tria Noster observat. Primo quidem repetit, quod lib. 2. probare annis fuerat, plane non dari amorem spei, eumque pro figmento Scholasticorum habendum declarat; quos Franciscus Salesius incaute fuerit secutus. Deinde amorem spei alio sensu a Francisco Salesio, alio rursus ab Archi-Episcopo Cameracensi statui, quin prout ab hoc definitur, eum sacrilegum atque in Deum injurium esse. Namque secundum Salesium hoc nomine venire ejusmodi amorem, quo primario Deum propter ipsum, secundario autem propter commoda nostra amamus: est Archi Episcopum Cameracensem hac voce talem designare amorem, quo Deum primario propter nostra commoda amamus, ut adeo amor sui ipsius primum, amor Dei secundum hic occupet locum. Tandem addit, amorem spei, prout a Scholasticis Salesioque accipitur, nihil aliud esse quam ipsum amorem gratuitum purumque, simul probans, quando Deum ut nostrum summum bonum amamus, ut in eo nostram inveniamus felicitatem, eam semper simul, ut absolute bonus atque perfectus est, a nobis amari. Quartam porro amoris speciem seu amorem mixtum sub examen revocans, docet hunc amorem, quo primario Deum, secundario nostram felicitatem amamus, omnino pro amore purissimo perfectissimoque habendum. Est ultimam amoris speciem sive purum denuo procul facessere jubet. Idque primo, quia talis amor, qui ad nostram felicitatem nullo modo pertineat, sine manifesta contradictione statui nequeat. Deinde si vel maxime concedatur, dari ejusmodi amorem, e-

Art. 3.

Art. 4.

Art. 5.

um tamen perfectiorem eo, quem Archi-Episcopus mixtum dicit, esse negat, quia hic ordinis a Deo præscripto plane sit conformis, & ad gloriam Numinis non minus ac fictus ille Scholasticorum comparatus. Monet hic etiam, ad lites inter Theologos Romanenses de amore ortas finiendas, promptiorem viam non esse, quam si omnes agnoscant, amorem quod Deum ita amamus, ut in eo felicitatem nostram quaeramus, etiam si actu & explicitè de gloria ejus non cogitemus, pro vero puroque & perfecto amore esse habendum. Hæc omnia paucis repetit, ἀνακεφαλαιῶσιν Archi-Episcopi Cæteracenensis perlustrans.

• Art. 6.

Cap. III.

Art. 1.

Subjicit hisce quasdam ad articulum primum & secundum animadversiones, quarum summa huc fere redit. Primo demonstrare prolixè annitur, etiam si per lumen revelationis aliquis exploratum habeat, Deum solum infinitum illud bonum esse, cujus possessio nos felices reddat, eum tamen gratia destitutum, solisque naturæ viribus instructum, Deum ita amare non posse, ut eum pro suo summo bono unico habeat, suamque in eo quaerat felicitatem. Secus autem sentientes Pelagianismi accusare non dubitat.

Art. 2.

Deinde & hoc asserit probatque, cum verè Deum amamus, hæc solum causa adducti, quod unicum nostrum summum bonum sit, nosque felices reddere queat, non tamen eo ipso nos Deum, ceu beatitudinem objectivam vel objectum beatitudinis, referre ad beatitudinem nostram formalem, aut ad nos ipsos ceu ultimum finem, sed contra tum nos & nos ipsos & omnem felicitatem nostram per beatitudinem formalem referre ad Deum, tanquam unicum objectum & solam causam felicitatis, quam in ejus possessione nos adepturos confidimus. Repetit hinc denuo partem primam primi articuli, discutitque ex instituto, & in compendio sistit hætenus demonstrata: ultimoque tandem loco assertum Archi-Episcopi ex articulo II, tres esse diversos status habituales justorum, primum illorum, qui Deum quidem ipsum magis quam sua commoda ament, sed ut metus ex commodo proprio ortus ei adhuc sit admixtus. alterum illorum, qui magis quidem adhuc sua commoda amori Dei postponunt, aliqua tamen eorundem spe se adhuc lactant; tertium denique illorum, qui metus & spei vacui pure Deum amant: hosque status Patres servorum, mercenariorum & liberorum nomine designare; sub examen revocat. Neque vero tres status justorum hoc modo rectè constitui, cum iusti specie a se distingui nequeant; ratione

tione graduum autem plures eorum classès debeant constitui. Nec concedit, Patres hìsce fervorum, mercenariorum & liberorum appellationibus hoc sibi voluisse, cum infantum saltem nomen justis conveniat, neutiquam autem servi & mercenarii. Quibus rite, ut putat, evictis, finem operi imponit.

HENR. ERN. KESTNERI, D. ET IN ACAD. RINTHEL.

*Prof ss. Jur. Ordin. Prudentia Juris Naturalis.*

Rinthelii, typis H. A. Enax, 1698, 4. Alph. i.

**N**aturalis Juris scientiam merito præstabilem dixit Cicerò. Nec temere dignior ulla reperiri potest, in qua vires periclitentur decora ingenia. Unde mirum non est, postquam depulso squalore & pulvere, quo deformata penitus erat, eam sibi ipsi restituit Hugo Grotius, viros doctrina præstantes in ea ornanda poliendaque quoddam velut industriæ certamen iniisse. Quemadmodum autem nulla unquam ars, nulla scientia ad istud perfectionis culmen perducta est, ut nihil addi omnino possit: ita post tot virorum doctorum labores, sibi quoque adhuc spicilegium superesse, recte existimavit Vir Consultissimus Henricus Ernestus Kestnerus. Testatur hoc, quæ nunc nunc occupat, Prudentia juris Naturalis, publicæ luci ab eo exposita. In ea, postquam de principio Juris Naturæ disseruit luculenter, de eo quod humano generi competit exponit, quæ de dominio & jusque origine & indole passim disputantur, excutiens. Hinc de cultura corporis præcipit, & quid jus fasque sit pro tuenda vita, membrorum integritate, pudicitiaque, & id genus aliis, justo ordine exequitur. Progreditur ad jus connubiale & contractuum, de polygamia, divortio, variisque ad matrimonium spectantibus quæstionibus verba faciens, variasque contractuum formas definiens. De jurejurando etiam, quo confirmari sæpe solent, interpretatione, & damnis, hac occasione sibi dispiciendum censuit. De bello autem atque pace priusquam præcipiat, de ipsa summa potestate, quam penes stat bella gerere, Imperantiumque summorum contractibus, quæ hujus loci esse illi visa sunt, affert: & tum demum de bello ita agit, ut primo de jure belli, tum de processu commentetur, nec quæ ad pacem modosque bellum finiendi, ut & inducias pertinent, prætermittat. Finem opusculo im-

ponit dissertatione de pœnis, interituque facultatum, & successioni-  
bus Regum. Ita autem in his omnibus versatur, ut Grotii aliorumque  
fama atque auctoritate florentium virorum vestigiis interdum insit,at,  
sæpius tamen ab iis recedere religioni sibi non ducat. Prohibitio-  
nem Creatoris fundamentum Juris Naturæ esse docet, cujus voluntas  
aut verbis declaretur, aut factis. Si illud fiat, vocari Jus Divinum re-  
velatum: sin hoc, naturale. Ad facta autem pertinere motus & in-  
stinctus a natura hominibus insitos & implantatos: itemque actiones  
ipsius Creatoris, rerum videlicet creationem & conservationem: acti-  
onum quoque finem, tum necessarium, tum probabilem: medii ne-  
cessitatem: & denique naturam ipsius sanctissimi Creatoris, qui per-  
fectissimus sit, & nihil frustra fecisse intelligatur, huc spectare. Re-  
jicit itaque, sed modeste, aliorum de principio Juris Naturæ placita,  
cum primis societatem non posse pro eo haberi, rationibus quibusdam  
evincere annititur. Sed cetera, cum, ut specimen Lectori præbeatur,  
hæc sufficiant, ex ipso fonte facile hauriri possunt.

JOANNIS CLERICI OPERA PHILOSOPHICA IN IV  
volumina digesta.

Amstelodami apud G. Gallet, 1698, in 8. Alph. 4. plag. 14.

Quæ recusa sunt Amstelodami Opera Philosophica Viri celeberrimi Joannis Clerici, in quatuor volumina digesta, multo nunc auctiora, emendatioraque & elegantioribus typis quam antehac fuerant, prodierunt. *Primum Volumen* complectitur Logicam, cui subiecta est nova Dissertatio, de argumento Theologico ab invidia ducto, in qua Clericus ostendit, exemplis ex Hieronymo præsertim petitis, Theologos nonnullos, cum melioribus argumentis carent, invidiam facere adversariis suis, seu invidios eos malis artibus reddere. Sexdecim sophismata ex eo fonte petita enumerat. Sequitur hoc opusculum, Ontologia antehac, una cum Logica, Amstelodami & Londini excusa. Verum hæc editio notulis Auctoris auctior est, & præterea emendatior multo, ad styli præsertim quod attinet, quem refinxisse se ait Auctor, innumeris in locis. *Secundum Volumen* habet Pneumatologiam, & Philosophiam Orientalem Thome Stanleii, ex Anglica lingua versam, & auctam a Joanne Clerico indice Philo-  
gico



gicæ, nunc auctiore & emendatiore. *Tertium & quartum Volumen* Physicam continent, quæ est etiam emendatior & quibusdam rebus auctior, ut tabula ventorum constantium, quæ non erat in priore editione, eadem vero est cum ea, quam & nos in hisce Actis jam A. 1687 ad p. 509 ex Actis Philosophicis Anglicanis exhibuisse meminimus. Idem nunc habet sub prælo *Harmoniam Evangelicam*, singulari ratione dispositam, Græcæ & Latine, ita ut cum ordo totius Evangelicæ Historiæ, tum etiam quæ sunt singularia quibusque Evangeliiis, & quæ communia, pateant inspicienti, absque ulla molestia. Subjecta est Historia Evangelica ex quatuor Evangeliiis a Clerico confecta, Latino sermone, quæ est veluti paraphrasis perpetua quatuor Evangeliorum. Ad calcem erunt tres Dissertationes, quarum prima habebit *Chronologiam temporum Christi*; secunda *Canones Harmonicos*, quorum opus putat Auctor se posse conciliare omnes *ἐναντιοφωνίας*, quæ in Evangeliiis occurrunt; tertia aget *de tempore & ratione, quibus conscripta sunt Evangelia*. Tandem erunt notulæ, in quibus ratio ordinis reddetur, & multa loca Evangeliorum breviter illustrabuntur. Hoc opus, quod conficiet volumen in folio non magnæ molis, intra paucos menses, seu initio anni M DC XCIX, Deo dante, prostackit.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ

Ἀγυπτίᾳ ΟΜΙΛΙΑΙ.

Hoc est:

*SANCTI PATRIS MACARII, ÆGYPTII, HOMILIÆ;*  
curante JO. GEORGIO PRITIO.

Lipsiæ, apud viduam & hæredes Jo. Grossii, 1698. 8.

Alphab. i. plag. 15.

**T**res olim ex antiquorum Patrum numero Macarios incla-  
ruisse, sicut Eruditis perquam-notum est: sic quinquaginta,  
quæ hodiernum supersunt, Macarianæ Homiliæ, Ægyptio,  
ex Thebaide provincia oriundo, Presbytero & Monacho, post  
sexaginta annos in solitudine Scetenfi transactos, A. C. 391 suæque  
ætatis nonagesimo defuncto, communiter attribui sueverunt; id  
quod

quod invito quidem Petro Possino fieri, alibi in Actis nostris (men-  
se Novembr. 1685. p. 489.) jam tum indicavimus. Sed plura forsân  
hac de re dicturus est Collega hactenus noster, nuper admodum ad  
Servestanos evocatus, Plurimum Reverendus Pritius, quando reliqua  
Macarii opuscula præfatione sua stipata propediem, ut in se recepit, in  
lucem publicam emittet. Jam Homilias modo istas, quondam e Bi-  
bli. theca Regia Parisiensi Græce primum, & postmodum interprete  
Jo. Pico Latine, iterumque Græce & Latine aliquoties Parisiis, ac semel  
A. 1594 Francofurti, Zacharia accurante Palthenio, vulgatas (ut præter  
alias editiones translationem etiam Germanicam taceamus) denuo  
fecit imprimi. Quemadmodum autem cæteros in ornando hoc, ut  
diximus, Scriptore occupatos, si cum interprete Germanico Palthe-  
nium excipias, posthabuisse Editor doctissimus videtur, ut propriæ  
magis diligentia præclara de hoc Patre merita vindicaret: ita Græcum  
ante omnia textum ad manus sumisit, & sphalmata, quæ in Francofur-  
tanam editionem irreperant, hinc inde sustulit, locaq; in vitio cuban-  
tia non raro ex ingenio restituit, Cotelerio tamen interdum adjutore  
usus, cujus varias lectiones e manuscryptis codicibus in Ecclesiæ Græ-  
cæ Monumentis annotatas, vel in textum ipsum recepit, vel ad latus  
saltem annotavit. Latinam versionem miserrime sese habuisse que-  
ritur, adeo quidem, ut multis in locis fœda stribligine & barbarismis  
horreret, nec sæpissime verum Macarii sensum exprimeret. Se igitur  
operam dedisse innuit, tum ut paulo nã agis Latinus compareret  
Interpres, tum ut fidelius, quæ senserit ipse Auctor, sermone Græco  
exhiberentur. Dicta Scripturæ Sacræ, ad quæ in Homiliis provocatur,  
evolvit atque diligenter apposuit. Textum ubi in sectiones dis-  
pescuit, Germanici Interpretis vestigia legit, ut ut ejus distinguendi ra-  
tionem per omnia haud approbet. Nec mutavit præmissa Homiliis  
argumenta, etiam si hæc alium a Macario auctorem condidisse  
haud ignoraverit; prout & multis eadem nomini-  
bus inepta satis vocanda esse,  
lubens profitetur.

---

*Tomi III Supplementorum Sectionem quartam nuper prodidisse, ignorare  
nolumus Lectorem benevolum.*

\* \* \* \* \*

# ACTA ERUDITORUM

*Publicata Lipsiæ*

*Calendis Novembris, Anno M DC XCVIII.*

LETRES DU CARDINAL D' OSSAT , AVEC DES NOTES  
Historiques & Politiques, par Mr. AMELOT DE LA  
HOUSSAIE.

i. e.

*EPISTOLÆ CARDINALIS OSSATI CUM NOTIS  
Historicis & Politicis AMELOTI HOUSSÆI.*

Lutetiæ Parisiorum , apud Jo. Boudot, 1697, in 4. maj.  
Alph. 8. plag. 4.

**M**Ajorem utique doctrinæ prudentiæque laudem consecutus est Arnaldus Ossatus Cardinalis, quam ut nomen ejus taceri posteris, aut ingenii monumenta negligi debeant. Qui vero ea in lucem denuo produxit Vir illustris, Amelotus Houssæus, nihil fecit reliqui, ut omnibus, quæ in libris requirimus, ornamentis cumulatissime aucta prodirent. Typorum nitor oculos delectat, mentem multo magis monumenta, quæ in prioribus editionibus non comparent: sed & quæ data opera reserata erant, suo loco bona fide restituta, vulneraque sanata videas; ut taceamus Annotationes doctissimas, quibus obscuris lux affunditur, & qui sub cortice latent, civilis prudentiæ fructus deteguntur, omnibusque degustandi proponuntur. Nos, quo minus ex ipsis Epistolis, quod speciminis instar sit, afferamus, rerum pulcherrimarum copia prohibemur: ipsorum quoque de civilibus negotiis judiciorum hæc est ratio, ut leviter saltem delibata, nec profint multum, nos delectent. Ne vero spe omni frustratum Lectorem hinc dimittamus, vi-

Qq q

tam

tam Cardinalis Ossati ab Houffzo operi huic præmissam, per summa rerum eundo capita, in compendium mittemus.

Editus in lucem est Arnaldus Ossatus d. 23. Augusti, anno 1536, apud Auscos, parentibus adeo nulla aut generis nobilitate aut muneris dignitate conspicuis, ut quodnam opificii genus pater tractaverit, nondum exploratum sit. Is cum moreretur, vix quod justis persolvendis sufficeret, supererat. Arnaldus autem novem tum annos natus, rerumque omnium, non tamen ingenii, inops, vix, quod miseris tamen semper licet, sperare audebat ex hisce miseriis se unquam emerfurum. Succubisset oneri suo extrema paupertate oppressa ingenua indoles, nisi Thomas de Marca, generis nobilitate apud Auscos insignis, prostratum sublevasset. Nepoti namque atque pupillo suo Johanni de Marca, ut socio & æmulo concitatus languorem excuteret, feliciusque in litterarum studiis proficeret, eum adjunxit. Hic qui opibus multo inferior erat socio, diligentia incredibili, suffragante ingenio, mox eruditione superior evasit, ut dignus etiam judicaretur, qui illum in litteris erudiret. Uterque Parisios venit A. 1559, Arnaldo munere suo ex omnium voto fungente, ut Thomas alios ex suis nepotibus illius disciplinæ committere non dubitaret. Reversus est A. 1562 in Vasconiam, ob fidem dexteritatemque affatim hæcenus comprobatam, gratus omnibus atque acceptus. Mox Biturigem concessit, Cujaciumque jura docentem audiavit, facultatemque, quæ concedi solet, jura docendi consecutus, ordini Advocatorum in Parlamento Parisiensi causas agentium adscriptus est. Litterarum tamen studiis se non abdicavit. Anno quippe 1564 edidit expositionem, ut vocat, in disputationem Jacobi Carpentarii de Methodo, qua Dialecticam Petri Rami, contra Carpentarium asserere conatus est. Hostem ideo expertus est Carpentarium, sed talem, qui præter obtrectationes & contumelias, quas in Ossatum effudit, nihil quod rem conficeret, proferendo, se ipsum, ut fieri solet, debellavit, seque turpiter traducendo, victoriam Ossato concessit. Ita Houffæus de ista contentione judicat. Vocavit Carpentarius Ossatum *Magistellum trium litterarum*, fortunæque tenuitatem & id genus alia illi exprobravit, quam impotenti fuerit animo, hoc ipso prodens. Ossato autem ad majora se campus aperuit, cum Paulo Foxio Henrici III Galliarum Regis ad Romanum Pontificem legato a literis

teris secretioribus esse juberetur. Romam itaque A. 1580 cum Foxio profectus est, illique ita se probavit, ut rebus gravissimis administrandis adhiberetur. Sunt nonnulli in eam adducti sententiam, Epistolas Foxii A. 1628 editas, qua formam stilumque, Ossatum habere auctorem, earumque genium hoc ipsum indicare luculenter. Mortuo Foxio conc. Noster in familiam Ludovici Atestini Cardinalis, Galliarumque apud Rom. Pontif. Patroni, ejusque domo exceptus, ut eodem munere fungeretur, tunc demum ingenii proferre dotes, & in amplissimo Curia Romanæ theatro ostentare cœpit. Tantam brevi tempore civilium rerum notitiam consecutus est, ut qui postea Romam venerunt Galliarum Regis Legati, Ossatum, ceu oraculum, consulere necesse haberent. Atestini quoque Cardinalis animum ita sibi devinxit, ut 4000 scutatos testamento illi legaret. Vivere is desuit ultimo die anni 1586, successoremque, quantum ad Gallicarum rerum curam attinet, Cardinalem Joyeusium accepit, apud quem Ossatus mandato Regis idem munus suscepit, volente idem & maximopere adprobante Cardinali. Ejus in Ossatum amorem vel inde intelligitur, quod eo annitente & adjuvante Prior Bellismensis factus est, primumque adeo ad ecclesiasticas dignitates conscendit gradum. A Rege Henrico III jam majoribus destinabatur. Voluit namque, ut sibi ab epistolis secretioribusque consiliis esset, quod tamen recusavit Ossatus, Scævola Sammarthanus auctor est, eum, quod sacris initiatus esset, id munus tanquam a sua professione alienum, modeste repudiasse. Addit idem, non defuisse qui hoc ejus factum sic interpretarentur, quasi Romano cœlo jam adfuetus, & arridentis fortunæ sibi conscius, ad ea se reservavit, quæ Romæ postea consecutus est, longe majoris ampliorisque dignitatis ornamenta. Quod minus verosimile videtur Housæo, qui recusasse hanc dignitatem Ossatum autumat, partim quod res Galliarum prostratæ penitus & afflictæ eum detererent, partim quod Villaregio munus illud abrogatum erat, quo tamen familiarissime, semper usus fuerat. Quicquid hujus sit, fortunam in consilio habuisse videtur, cum si oblatum acceptasset munus, mors Henrici mox incutata non potuisset non eum, eadem ruina involutum, præcipitem secum trahere. Nunc casu hoc felici sidere evitato, Henrico IV summæ rerum admoto, Regem sibi obstringendi suamque illi probandi fidem & dexteritatem, pulcherrima se illi obtulit occasio. Datum quippe ei

negotium est a Romano Pontifice hoc impetrandi, ut Henricum hæreseos crimine purgatum, Romanæque Ecclesiæ participem declararet. Industria & prudentia hic opus erat non vulgari, refragantibus animoque Pontificis ad alia omnia trahentibus Hispanis, renitentibus Lotharingicis, ipsi Huguenottis non serio, sed solum ad speciem, Henricum sacra Ecclesiæ Romanæ proferri, disseminantibus. Perrupit tamen incredibile acerrimumque Ossati studium, Pontificemque, anxium quidem & hæsitabundum, ut Regem voti damna-  
ret, impulit, remque adeo prius confecit, quam Perronius a Rege hanc ob causam ad Pontificem missus Romam perveniret. Mirifice Henrico Regi ista Ossati diligentia placuit, ideoque ad Rhedonensem Episcopatum, tribus post confectum istud negotiū mensibus elapsis, eum evexit. Quo minus tamen gregis sibi commissi curam capesseret ipse Ossatus, officiorum, ad quæ Regi se obstrictum sentiebat, ratio obstitit. Regis enim potius regni-que, quam suis consulere commodis maluit: Rege quoque insultus illorum, qui neglecti muneris eum arguebant, reprimente. Mens Septembri anni 1597, in numerum illorum, qui Regi a consiliis status sunt, adoptatus est, ipso quidem sic existimante, non tam novam ad dignitates suas accessionem factam, quam ad majorem diligentiam & vigilantiam, laborumque majorum difficultorumque tolerantiam, velut signo quodam sublato, se provocari. Nec adeo sua eum fefellit opinio; saltem quæ curam sollicitudinemque injicerent, nunquam defuere. Luxemburgius Dux eo tempore Legati Gallicani munere apud Romanum Pontificem fungebatur: huic consilio in rebus dubiis adesse jubebatur Ossatus. Fide summa, nec minori prudentia hoc præstitit; quod vel sequenti documento comprobari potest. Nolebat Pontifex Legatum ad solennem obedientiæ professionem admittere, nisi addita ratione Navarræ formula, sub Pio IV & Gregorio XIII. jam usurpata: *sine cujusquam & præsertim Regis Catholici præjudicio*. Hærebat, quin abnuobat Legatus. Ossatus contra sic diserebat, formulam istam nihil derogare juri Gallorum: sin persisteret in sententia Legatus, fore ut litem Cardinalibus dirimendam proponeret Pontifex, qui si pro Hispanis pronunciarent, quod eos facturos nemini dubium esse poterat, interpretaturos id eo Hispanos, ac si causa penitus cecidissent Galli. Quod cum Regi ipsi significaret, plane ut Ossatus censuerat, rem geri voluit. Dignus pro-  
fecto

fecto videri poterat, qui ipse Legatus ad summos Principes rerumque dominos iret. Missus itaque primum Florentiam, mox Venetias est. Magnus quippe Dux Etruriæ, Gallis eo bello implicatis, quod per Veruiniensem pacem finitum est, loca nonnulla eripuerat, quæ sepe tebat Henricus. Magnæ multæque utrinque se offerebant difficultates, Henrico ad extrema descendere parato, ni redderentur; simul tamen tum ob alias rationes, tum quod in rebus dubiis propensum erga se Etruriæ Ducis animum expertus esset, ut amice res componerentur, præoptante: ipso autem Etruriæ Duce magna & incredibili cupiditate arrepta retinendi flagrante. Non alium quam Ossatum obstaculis cunctis removendis parem ipse Rex judicabat, qui, ut ex litteris ejus constat, diserte profitebatur, solo Ossato administro ex voto rem impeditam perducere ad finem posse. Et fecit sane spei Regis affatim satis, ea lege pacem amicitiamque inter utrumque sanciens, ut non impleret modo, sed & superaret vota Regis. Venetias autem profectus est, ut Rempublicam de pace Veruiniensi inter Galliarum Hispaniarumque Reges certiore faceret. Quo nuntio ut nihil lætius Venetis obtingere poterat, ita Ossatus ipse lætitiâ augebat; quippe qui Venetæ virtutis & prudentiæ magnus semper admirator extiterat, adeoque unus omnium illis longe acceptissimus erat. Paucos dies Venetiis commoratus Florentiam revertitur, impetratque, ut in legibus, quibus inter se convenerant Principes, in gratiam Regis nonnulla mutarentur: iisque ex voto peractis Ferrariam se confert, Ducis Luxemburgii in Galliam profecti vices apud Romanum Pontificem suscepturus. Vergebat tunc ad finem annus octogesima nonus supra millesimum & quingentesimum, fatigabantque Romanam Aulam Societatis Jesu Sacerdotes, hæcenus Gallis, jussu Henrici IV Regis extorres, ut deprecatore Pontifice, irato Regi tandem conciliati, in pristinas sedes reciperentur. Ossatum itaque appellat Pontifex, eumque ut Jesuitarum causam apud Regem agat, rogat. Patuit hic cumprimis Viri prudentia. Namque palam Regi persuadet, se alieno ab iis esse animo, eoque efficit, ut dictis suis fides a Rege tribueretur: mox demonstrat, e re tamen Regis esse, hosce homines recipi, quod in litteris & ratione erudiendi juventutem regnent, Pontificemque non alia magis re propitium sibi Rex reddere queat. Enata inde est quorundam suspicio, iniquo in hujus ordinis viros animo fuisse Ossatum, quos

acriter redarguit Houffæus. Sane Tarquinius Gallucius ipse Societatis Jesu Sacerdos, restitutæ Societatis hujus sedibusque suis in Gallia redditiæ gloriam Ossato citra ambages vendicat. Nihil itaque tam arduum & inaccessum Ossato fuisse videtur, quod non tandem plenum & expeditum solertia ejus redderet. Disceptatio quidem Galliarum Regis cum Sabaudiarum Duce de Marchionatu Saluziarum exitum Galliarum Regi parum honorificum, sapientum judicio, fortita est: quo minus tamen aliter res ista eveniret, penes Ossatum utique non stetit. Si Houffæo credimus, Romæ anno Pontifici ejusque nepoti Cardinali Aldobrandino fides & integritas: Henrico constantia animique firmitudo defuit. Exstat Ossati epistola ad Villaregium, quæ in hac editione ducentesima quadragesima octava ad eundem est, & parte II legitur, qua id omni animi contentione agit, ut Regi persuadeat, æternum eum famæ suæ & existimationi iniustum dedecus, si Saluziarum Marchionatum Sabaudis concedat, nec ullam quantumvis ingentem argenti vim, nullas provincias aut urbes, ut amplissimas, sufficerent ad jacturam, quam Gallia inde factura sit, refarciendam. Quam parum autem apud Regem profecerit, res ipsa atque eventus docuit. Felicius Regis causam contra Lotharingiarum Ducem egit. Is in eo erat, ut Nanceji Episcopatum erigeret, bonis Episcopatum Metensis, Tullensis & Virodunensis locupletandum, Præsulibus qui hæc sedibus tum præerant, Duci, posthabitis Episcopatum suorum commodis, faventibus, at refragante Rege, qui ne consentiret, Pontifex per Ossatum effecit. Plura eodem successu ab Ossato perfecta referre possemus, nisi per illustriora solum documenta ire nobis esset constitutum. In Cardinalium denique ordinem receptus est a Clemente VIII R. P. d. 3. Martii A. 1599, ad quod dignitatis culmen sola virtute eum pervenisse, Pontificis testimonium neminem dubitare sinit, qui nihil in Ossato se desiderare, præter obscuros & ignobiles natales, palam professus est. Quemadmodum autem Galliarum quoque Regi hujus dignitatis accessionem haud immerito imputabat: ita ne de fide in eum industriaque quicquam remisisse videretur, diligentissime cavuit. Probandæ industriæ occasionem dedit Episcopus Senonensis, quem Archi-Episcopatu Bituricensi destinaverat Rex Henricus. Renuebat Pontifex: nec, ut videri poterat, sine ratione. Senonensis quippe Præsul Henricum Regem, veniam a Romano Pontifice nondum impe-

• impe-



impretrata, hæreseos immunem in Abbatia S. Dionysii pronuntiaverat, ad Clerum etiam Gallicanum de Patriarcha Galliarum creando retulerat. Hoc satis erat ad irritandam Curiam Romanam. Nec deerat, quod obtentui sumi poterat. Septies enim indies capiebat cibum, intemperantiæque adeo suspicionem evitare non poterat. Mirandum ergo non est, Ossatum tulisse repulsam, Pontifice hominem mirum in modum aversante: sed Ossatum denuo cum Bethunio Comite causam istam aggressum, & ex voto obtinuisse, id si quis miretur, justam forte prægnantemque habuerit causam. Quotidianus iste erat Ossati labor, per impeditos & lubricos Curiarum Romanarum anfractus enitens; quod ceteris, quæ momentum non trahunt, unico adhuc documento comprobabitur. Duxerat Barrensis Dux, Caroli III Ducis Lotharingici filius, in matrimonium Catharinam, Henrici IV Galliarum Regis sororem, quæ quod Reformatæ Ecclesiæ sacris addicta esset, Romanus Pontifex ratum id matrimonium habere volebat. Anxie id cupiebat Henricus, precibusque jam A. 1598, cum Pontifex Ferrariæ commoraretur, inpetrare conatus fuerat, sed frustra. Tandem denuo Ossato negotium datum, ut si posset, animum Pontificis flecteret. Res maximis circumseptæ erat difficultatibus. Pontifex serio & sanctissime professus erat, nunquam se consensurum. Nec hoc magno opere cupiebat Dux Barrensis, conjugis non adeo formosæ, nec ætate sibi paræ, pertæsus: quin ut dissolveretur potius hoc matrimonium, in votis habebat; nec id latebat Pontificem. Henricus contra sororis miseratus, urgere Ossatum non destitit. Omnes ergo ingenii & prudentiæ vires intendendæ erant, quibus tandem effecit, ut vel invito Pontifex invito marito consensum suum obtruderet, connubiumque istud ratum esse juberet. Atque dum hæc gerebat, Joyeusii Cardinalis rerum Gallicarum in Aula Romana protectoris, in Franciam reversi, vicibus fungebatur. Bajocassinensi autem Episcopatu A. 1600 admotus est, quæ tamen mox, annuente Rege, iterum se abdicavit. Nec magnum adeo vitæ spatium illi tum emetiendum restabat: obiit namque d. 3. Martii A. 1604. De morbo morteque ejus Villaregium certiore fecit Comes Bethunius, Galliarum Regis eo tempore ad Romanum Pontificem Legatus; cujus litteras Houssæus subjecit.

Parti priori Epistolarum additi sunt articuli conventionis, inter

ter Henricum IV Galliarum Regem & Ferdinandum Magnum Ducem Etruriæ, cujus supra injecta est mentio. In fine autem partis posterioris conspicitur Tarquinii Gallucii oratio in funere Offati habita, Elogia quoque, quibus a viris doctis passim ornatus est, ut & Regis ac Villaregii nonnullæ ad Offatum Epistolæ.

A DISCOURSE IN VINDICATION OF THE DOCTRINE OF THE TRINITY &c.

i. 6.

*VINDICIÆ PRO DOCTRINA DE SS. TRINITATE, UNA cum objectorum nuper a Sociniano ex Scriptura, antiquitate, & san- ratione, solutione: nec non præfatione diversos doctrinam de Trinitate proponendi modos, & finem ad quem Socinianismus collineat, concernente, Autore EDUARDO EPISCOPO WORCESTRIENSI.*

Londini, apud Henr. Mortlock, 1697. in 8. plag. 23.

**M**AXIME Reverendus Ecclesiæ Worcestriensis Præsul Eduardus Stillingfleet, cujus honorifica, quam meretur, mentio passim in Actis nostris extat, occasionem ex instituto abstrusissimum Trinitatis mysterium rimandi & explicandi inde nactus est, quod non ita pridem Sermonem ad populum de mysteriis fidei Christianæ ab eo habitum arrodere, ex Socinianorum grege nonnemo ausus fuisset. In illo autem stadio ita sibi decurrendum esse putavit, ut posthabitis novis artibus, hoc est, exquisitis illis, ac peculiaribus quibusdam mysterium istud explicandi modis, antiquiori & receptiori methodo unice insistat. Nova enim illa viarum diverticula, gravissimas non tantum inter fratres peperisse dissensiones, verum & adversariis animos addidisse observat: qui calumniandi inde veritatem tanquam incertam, & de qua ipsi propugnatores ejus dissentiant, occasionem arriperint, quintuplicem, quam sarcastice irrideant, Trinitatē inter Christianos defendi commenti. Ciceronianam scilicet, cujus patroni per tres personas exemplo Ciceronis tres tantum diversas relationes intelligant: Cartesianam, qua tres infinitæ mentes, sive spiritus, *unum Deum*

Præf. p. 2.

p. 3.

p. 5.

Deum constituere dicantur: Platoniam, quam profitentes tres divinas & coaeternas personas, dignitate, potentia & reliquis attributis suis sibi invicem subordinatas admittant: Aristoteleam, in qua unum esse statuunt Deum, quoniam tres divinae personae unam eandemque numero substantiam constituent: & denique Trinitatem vulgi, h. e. pigrorum quorundam hominum, qui breviter dicant, mysterium esse Trinitatem, nec eos magis qui explicare, quam qui oppugnare illud sustinent, culpa vacare arbitrentur.

Præcipue autem hæcenus Socinianos. copiosam triumphorum messem ex controversia, inter Gulielmum Sherlockum & Robertum Southum, quorum ille Cartesianam quam vocant, hic Aristoteleam Trinitatem defendit, maxima cum acerbitate agitata; sibi pollicitos esse monet. Southum enim & qui ejus sequuntur opinionem, Trinitarios, ut vocant, nominales, revera Sabellianismum profiteri: Sherlockum contra, Trinitarium, uti loquuntur, realem, in Tritheismi barathrum præcipitem sese dare; utrumque vero alterum solide confutasse, atque adeo in agone de Trinitate doctrinam esse, superbe calumniantur. Hanc vero gloriationem ut eis ereptum eat Max, Reverendus Autor, prolixissime utriusque horum Theologorum orthodoxiam tuetur, eosque in re ipsa amice consentire ostendit. Nam quod Rev. Southum attinet, verum quidem est, disertis verbis eum affirmare “quod Deus una divina intellectus alia substantia, sive realiter subsistens persona sit, tribus relativis modis, sive relativis subsistentiis distincta & modificata”; quæ Sabellianismum olere Socinianis videntur. At enim vero idem etiam, quod Rev. Præsul observat, “unamquamvis Divinitatis personam absolutam naturam distincte ad se pertinentem, non tamen distinctam & absolutam naturam habere”, item, “æternum Patrem, ut patrem subsistere, per generationem Filii, & communicationem essentiae suae cum alio” statuit: imo & Trinitatis doctrinam “in eo fundari ait, “quod unus tantum sit Deus: quod in Deo nihil sit quod non ipse sit Deus: quod in Deitate nulla dari compositio possit cum aliquo ente positivo reali, ab ipsa Deitate distincto; “Ecclesiam vero in S. Litteris trium mentionem invenientem, quibus “distincte Divinitas tribuatur, tres illos personarum nomine designasse, & personalitatem eorum per tres distinctos subsistendi modos,

p. 7.

p. 8.

p. 10.

P. II. 12:

“uni eidemque Deitati proprios, eosque tribus distinctis relationibus a se invicem divisos, definivisse. Quæ omnia Sabellianus ut largiatur, nunquam sese induci patietur, cujus Trinitas Basilio definiente ἐν πρᾶγμα ἐστὶ πολυάνθρωπον. Omnem itaque hic Sociniano-  
 rum errorem in eo versari Maxime Venerandus Eduardus noster putat, quod inter *Personas* & *Personalitates* non distinxerint. *Personas* pro modis & relationibus nuspiam venditare Southum, qui communicationem *essentia* divinæ admittat, & unicuique personarum, divinarum *naturam divinam* tribuat. De *Personalitate* vero aliam esse quæstionem; eam enim esse formalem distinctionis *Personarum* in eadem & indivisa natura rationem. Nimirum cum Scriptura affirmet, distinctionem in Deitate esse, & unam tamen esse essentiam; jam quaeritur, quid istam distinctionem faciat? Non attributa sane; illa enim in divina essentia, & in quavis ejus persona eadem esse oportet, alias integram divinam naturam personæ divinæ non haberent: non accidentia, quæ homines quidem ab invicem distinguunt, sed quorum divina natura capax non est: non separata & divisa substantiæ, quæ cum perfecta unitate consistere nequeunt. Quid ergo? Videndum quomodo Scriptura mentes nostras hic dirigat. Ea de Patre, Filio, & Spiritu Sancto, tanquam mutuis relationibus se invicem respicientibus loquitur; cumque in his nihil, quod divinæ naturæ repugnet, inveniat, distinctionis personarum fundamentum in eis a Southo quæsitum fuit. Atque istæ relationes distincti subsistendi modi ab eo appellatæ fuerunt, in quibus *personalitates* fundentur, quosque relativos proinde esse necessario oportet. Quantum vero ad *personam*, ea illud est, quod a natura & subsistentia divina sibi invicem junctis resultat: & quamvis *persona*, quatenus talis, relativum quid esse dici nequeat, cum modo tamen subsistendi considerata relationem involvit, ut adeo hoc sensu ens relativum non immerito dicatur. Ita igitur Cl. Southi sententiam Max. Rev. Episcopus explicat, & a Sabellianismi suspitione vindicat. At vero instant Sociniani, *personas* inter homines a *personalitatibus* distingui, quoniam illi distinctas habent substantias; ubi vero una tantum est substantia (uti ex Southi mente in Deitate est,) ibi *personam* nihil aliud quam modum, atque adeo idem cum *personalitate* esse. Huic itaque exceptioni Noster respondet: veram & primam *personalitatis* notionem nullam aliam esse, quam *illam*, quod sit

P. 14:

fit distinctus quidam subsistentiæ modus in eadem communi natura. Unamquamvis enim naturam in se spectatam indivisibilem esse, tantoque magis unam, quo perfecta est magis, ut a deo maxime unum sit primum ens, omnis vero *divisi* a distantia & imperfectione pendeat. Primum *distinctioni* fundamentum *diversitatem* esse; sine hac enim nihil aliud quam perfectam unitatem extitutum. *Diversitatem* omnem a duabus rebus pendere, *dissimilitudin* & *dependentia*. Ut adeo differentia quæ facit ut substantia a substantia differat, in rebus creatis, a duabus istis rebus pendeat, 1. a dissimilitudine accidentium interiorum atque exteriorum, & 2. a voluntate potestateque Dei, qui distinctam & separatam existentiam in eadem communi natura ipsis concessit. Sic igitur naturam v. g. & essentialiter hominis in se spectatam unam esse & indivisibilem, Deum vero separatam unicuique individuo subsistentiam largiri, per quam communis natura in tot distinctis substantiis existat, quot individua istius generis inveniuntur: atque unamquamvis harum substantiarum ab omnibus aliis esse distinctam, non tantum per principia vitæ interna & peculiare proprietates, sed & per externa quædam accidentia. Subjectum autem omnium horum accidentium esse peculiarem illam substantiam, quam cuivis individuo Deus dedit, & quæ, si de entibus rationalibus sermo sit, persona vocatur. At hisce ita positis concedendum quidem esse, in omnibus rebus creatis *personalitatem* supponere distinctam quandam substantiam, non tamen ideo quod personalitatis natura eam supponi requirat, sed quod conditio subjecti, in quo illa est, hoc exigat. Quando autem divina consideratur essentia, quæ perfectissime una est, nec ullam separatam existentiam aut accidentia admittit, tum nullam aliam distinctionis concipi posse rationem, quam eam, quæ per diversos subsistendi modos aut proprietates relativas in eadem divina essentia efficitur. Atque hic eodem modo quo in aliis de divina natura conceptibus nos procedere, ut omnem scilicet a Deo imperfectionem removeamus, & ea tantum quæ cum perfectione ejus consistere possunt, illi tribuamus, licet ratio eorum & mensura captum nostrum longissime exsuperet.

Hæc sunt præcipua, quæ ad Southi sententiam, inter plerisque Theologos orthodoxos receptam, a Sabellianismi suspitione liberandam magna cum subtilitate disputat. Jam videamus, quomodo a Tritheismi crimine Sherlockum defendat. Eum itaque fervore dispu-

- p. 21. tationis abreptum limites ab Ecclesia, quæ tres personas in una & individua essentia confessâ semper fuit, antea observatos transgressum esse non dissimulat, dum unamquamvis Trinitatis personam peculiarem & propriam sibi substantiam habere, tresque adeo dari in Trinitate distinctas Mentis statuit. Tritheismi tamen, cujus ipsum & Sociniani, & acerrimus ejus adversarius Southus accusavit, reum non esse, ita fere offendit.
- p. 24.  
p. 25. Primo loca ex ejus scriptis producit, in quibus unitatem divinam essentialem & inseparabilem disertè defendit, ita ut quamvis tres distinctas mentes in Deitate agnoscat, distinctæque & substantiali personæ distinctam & propriam substantiam tribuendam esse statuat; non tres tamen Deos, sed unam Deitatem, quæ tota, indivisibilis, & inseparabilis in tribus distinctis mentibus sive personis existat, fateatur, eandemque unicam divinam naturam totam ab æterno Patre cum æterno Filio, a Patre & Filio vero cum æterno Spiritu, sine divisione & separatione communicatam dicat. Omnem itaque controversiam inter Southum & Sherlockum, in explicatione tantum hujus articuli, non in ipso articulo dissentientes, in eo versari Episcopus noster ait,
- p. 27. an essentia communicata distinctionem substantiæ involvat. Atque hic quidem fatetur parum commodam Sherlockii explicationem esse, cum impossibile sit, tres individuas essentias cum una individua essentia conciliare; hæreseos tamen eum accusandum esse constantissime negat. Proptereaque prolixè pariter ac erudite contra Socinianos quosdam autores defendit, alias plane Philoponi, Joachimi Abbatis, & Valentini Gentilis sententias, ab Ecclesia tanquam hæreticas condemnatas, a Sherlockii opinione fuisse. Southo vero & Sherlocko gravissimis argumentis suadet, ut cum de re ipsa illis conveniat, nolint deinceps, quod in ea captum nostrum superat, nimis contentiose rimari, præcipue cum Socinianis pariter ac Naturalistis, ad quorum impietatem Socinianismum tendere fuscè & accurate ostendit, nimium quantum litibus istis eos prodesse omnibus pateat. Et hæc quidem omnia in præfatione fuscè tractantur. Quantum ad ipsum librum, tribus quasi ille absolvitur capitibus. Primo enim doctrinam Ecclesiæ de Trinitate, prout in symbolo Athanasiano traditur, contradictionibus & absurdis non laborare; altero ab ea, quam Christiana Ecclesia ab Apostolorum temporibus tenuit, sententiæ diversam non esse; tertio vero sanæ rationi non esse contrariam, ostenditur.

Ut

Ut autem de primo capite pauca dicamus, ad eo absurdam doctrinam de Trinitate esse jactant novelli in Anglia Sociniani, ut inter fidei Christianæ capita locum antea invenire non potuerit; quam Imperatorum & Pontificum vis eam omnibus obrufisset. Prima enim Christianæ religionis ætate hanc doctrinam fidelibus parum probatam fuisse, Nazaræis & Ebionitis in scenam productis probant; quos tamen hæreticos fuisse, quibus a recte sentientibus contradictum semper fuit, multis ea occasione eruditis observationibus allatis, doctissimus Autor ostendit. Qui frustra quoque Theodotionis, Pauli Samaritani, Luciani & Photini autoritatem, quæ nulla in veteri Ecclesia fuit, eos jactare erudite demonstrat, præcipue eum quorundam ex iis sententia longissime etiam a Socinianorum errore discrepet. At quantum ad ipsam absurditatem, qua laborare doctrinam de Trinitate calumniantur, primo contradictionem in numeris esse ajunt, si idem simul unum & tria esse statuatur; cui criminationi cum nihil aliud opponat Rever. Autor, quam quod jam olim ab Augustino Tr. 39. in Joannem & Boëthio Oper. p. 1121 repositum fuit, ad alteram accedimus, quam haud paulo prolixius tractavit. Contradictionem scilicet involvere ajunt, quod dicimus tres personas in una communi natura sive essentia esse; illam itaque propositionem ut a contradictione liberemus, tria observanda esse docet. Primo distinguendum esse ait inter rerum essentiam sive communem naturam, & existentiam sive naturam individuam. Deinde distinguendam esse unitatem quæ pertinet ad essentiam seu naturam communem, ab ea quæ individuis actu existentibus propria est. Unitatem essentia duplicem esse: vel enim talem esse essentiam, ut eadem sit cum existentia, ubi nimirum essentia involvit necessariam existentiam, quod solius Dei est: vel contingentem tantum existentiam esse, atque adeo non eandem cum essentia, uti in creaturis. Existentia unitatem rursus duobus modis considerari posse: vel in relatione ad seipsam, & sic vocari identitatem, sive rem quæ in eodem esse permanet; ejus identitatis in homine fundamentum est principium vitæ, ex corporis & animæ unione resultat: vel in relatione ad alios, h. e. quatenus unusquisque ab aliis individuis ejusdem speciei divisus est, quamvis in eadem communi essentia conveniant. Ab hujus postremi accurata cognitione rem omnem pendere, atque adeo duo esse expendenda. Primo, quid efficiat, ut individuorum.

c. II.

c. III.

c. IV.

c. V.

c. VI.

p. 69.

percipiamus differentiam; hancque perceptionem a differentia accidentium externorum, & internarum qualitatum & dispositionum pendere ait: secundo, quid proprie & formaliter, ut Scholæ loquuntur, efficiat, ut duo ejusdem speciei entia a se invicem individualiter differant; & hoc quidem a separata existentia, quam singula individua habent, ex mero arbitrio divino ipsis concessa, effici docet. Verum ista nondum sufficere ad penitus intelligendam hanc controversiam censeat, ideoque ista adhuc in personis individuis observari jubet. 1. Actuales existentiam in seipsa spectatam, quæ nisi ita dari posset abstracta, duæ naturæ in Christo duas necessario constituerent personas. 2. Existentiam ab omnibus aliis separatam & divisam, quæ ex actuali existentia resultat, abstrahi tamen ab illa potest; ut adeo humana Christi natura, quamvis subsistentiam substantiæ propriam habuerit, separata tamen post unionem hypostaticam non gavisâ fuerit existentia. 3. Peculiarem subsistendi modum, qui consistit in proprietatibus incommunicabilibus, in quibus formalis personalitatis ratio sita est, quæ in ente intelligente nihil est aliud, quam peculiaris modus subsistendi in hoc ente, qui nequit esse in ullo alio ente. 4. Communem naturam, quæ huic subsistendi modo jungi debet, ut persona inde exurgat, & sine qua ille merus modus esset, cum tamen persona sine juncta ei essentia nunquam a nobis concipiatur: atque hic Rev. Autor nullam omnino apparere contradictionem monet, si diversæ personæ in eadem communi natura admittantur. 5. Individua ejusdem speciei numero differre dici, ob distincta eorum accidentia & existentiam separatam, quæ faciunt ut numerari possint; ubi vero nec accidentibus nec divisioni locus est, ibi perfectam esse unitatem. 6. Ubicunque diversa sunt ejusdem speciei individua, ibi necessario separationem in natura contingere: non quod actualis localisque fiat separatio, sed quod separari tamen & dividi naturam oporteat, quæ in diversis subsistit individuis, cum omnia individua dividant speciem, communis vero natura eadem uniat. Jam ut hæc ad præsens negotium accommodentur, pateatque contradictione haud laborare propositionem, quæ tres personas & unum Deum esse dicit, essentiam divinam ita ait esse indivisibilem, ut eam personarum differentiam, quæ inter homines est, non admittat, quoniam accidentia diversa non habet, & separatam existentiam respuit, cum una in Deo cum essentia sit existentia. At

vero



vero nonne hoc modo discrimen personarum tollimus ad Sabellianismum prolabentes? Neutiquam vero, inquit Noster: Sabellianos enim unam tantum in Deo essentiam, unam item tantum personam agnovisse, Sociniani largiuntur; hic vero tres personæ, h. e., ne verbis ludamus, tres distinctæ subsistentiæ manifeste relinquuntur. Nec objici posse putat, quod persona sit ens intelligens, quamobrem tres personas tria entia intelligentia necessario esse oporteat. Id enim quidem concedendum esse, quod persona esse nequeat, ubi non est natura intelligens, quæ constituat personam: personam vero notionem entis intelligentis, separati ab aliis individuis ejusdem speciei, involvere negat, cum divina essentia hujusmodi separationem non admittat. Hanc autem doctrinam suam veterum quoque Patrum fuisse demonstrat, quibus falso affingi a Curcellæo aliisque hujus furfuris hominibus, ac si specificam naturam divinam statuissent, cujus individua Pater, Filius & Spiritus S. sint, clarissimis eorum locis allegatis evincit. Sed istis, quæ hæcenus dissipatæ sunt, calumniis veritatem onerasse non contenti adversarii, ipsum Symbolum Athanasianum aggressi sunt, & illud speciatim nescio quarum contradictionum accusarunt; quarum discussio cum hæcenus dictis penitus fere innitatur, illi quidem ulterius non immorabimur.

c. VII.

Nec in altero capite, quod modernam Ecclesiæ Christianæ de S. Trinitate doctrinam traditioni Apostolicæ plane consonam esse demonstrat, multum hærebimus. Sufficiat annotasse, prolixam textuum Apostolicorum contra Socinianorum contortas interpretationes institui vindicationem, ac ne antiquitatis suffragia nobis deesse videantur, institutionem baptismi potissimum urgeri, quam & Patres qui ante Concilium Nicænum vivere, ad confirmandam de S. S. Trinitate doctrinam assidue urfisse, & firmiter eandem contra Socinianos defendere, fusc ostenditur. Qua occasione simul de Symbolo Apostolico accurate disputatur, cujus autores ipsos Apostolos non esse, & si vel maxime sint, nihil tamen exinde detrimenti nostram de S. S. Trinitate doctrinam capere, cum neutiquam deitatem Filii & Spiritus S. illud excludat, sed ex totius Ecclesiæ consensu antea demonstrato supponat, evincitur.

c. VIII.

c. IX:

p. 225.

c. X.

De tertio capite, quo ea, quæ mysterio Trinitatis rationem humanam opponere Adversarii fingunt, solvuntur, quædam adhuc dicere

cere libet. Primo ajunt doctrinam de Trinitate, ipsis fatentibus orthodoxis, mysterium, adeoque supra rationem esse; obstringi autem neminem posse, ut quod supra rationem est, sibi persuaderi patiatur. Ista vero ut evertatur cavillatio, duo observanda esse Max. Rev. Autor existimat, quid nimirum ratio sit, & quæ causa rationi esse possit, ut rejiciat aliquam doctrinam supra se positam, quando illa tanquam res credenda proponitur. Quantum ad primum, neminem hæcenus Sociianorum, qui in ore tamen nunquam non eam habere solent, rationis edidisse definitionem monet, præter Tolandum, qui Christianissimum nihil mysterii habentem publicavit. Ille vero rationem definiturus, ita fere loquitur: "Unusquisque in se ipso sentit potentiam aliquam & facultatem varias ideas rerumque perceptiones formandi, affirmandi vel negandi, prout id conveniens vel disconveniens, esse viderit, atque hoc quidem omnino ratio est. Non enim illa accurate loquendo in nuda idearum receptione, verum in perceptione convenientiæ & disconvenientiæ, quæ est inter ideas nostras, qualiscunq; denique illa sit, consistit. Si perceptio sit immediata, ita ut non intercedant aliæ ideæ, tum non ratio, nis sed evidentia id esse dicimus. Verum cum mens intercedentibus quibusdam ideis utitur, ut ad convenientiæ & disconvenientiæ cognitionem perveniat, ista methodus scientiæ proprie ratio & demonstratio appellatur. Ut adeo ratio sit facultas animæ, rei dubiæ vel obscuræ certitudinem, instituta comparatione ejus cum re clare & distincte percepta detegens." Verum quam parum satisfacere nobis ista rationis descriptio possit, Venerandus Eduardus noster inde luculenter constare ait, quod supponat, claras & distinctas nos habere oportere rerum ideas, de quibus cum certitudine aliqua persuasi esse volumus, viamque unicam ad certitudinem perveniendi harum idearum esse comparationem, quo ipso excludatur omnis fidei rationisq; certitudo in rebus, quæ talem evidentiam non admittunt. Atq; hæc quidem etiam adversarii quem oppugnat opinio est, qui, ut rei de qua agimus in hæreamus, nullam esse nostram *substantia & persona* distinctionisq; inter utramq; cognitionem, a qua tamen cognitio mysterii Trinitatis pendet, defendit. Cum enim ingeniosissimi Lockii doctrinam, in doctissimo opere de mente humana propositam, secutus, nullum alium perceptionis modum quam sensationem & reflexionem, quarum illa

illa ideas rerum externarum, hæc animæ & rerum spiritualium in nobis gignit, admittat: substantia verò, quod ipse Lockius docet, neutra illarum viarum nobis innotescere possit; sequitur, nullam quoque ejus dari ideam, sed eam, quam dicimus, substantiam nihil aliud esse, quam suppositionem rei, externa, quæ videmus, accidentia sustinentis, cetera nobis profus incognitam: quam proinde cum illo Philosophi Indi *aliquid nescio quid* comparare Lockius amat, qui interrogatus, cui fulcro innitatur terra? elephanti respondit; porro vero instante illo qui interrogabat, quid elephanti sustinet? magna inquit testudo; quid vero testudinem? *aliquid nescio quid*, respondit. Hisce itaq; *Φιλοσοφήμασι*, quæ eo tendere videntur, ut omnem certitudinem doctrinæ de Trinitate nobis eripiant homines isti, ita obviam it Max. Rever. Autor, ut concedat, neque per sensationem, neque per reflexionem, claram & distinctam substantiæ nos habere ideam, verum ex hoc ipso etiam arguat, imperfectissimam esse idearum rationi necessariorum distributionem a Lockio institutam, tertiumque ad eum genus idearum quarundam generalium addendum esse, quas mens producat formando distinctas & generales rerum ideas ex particularium idearum contemplatione. Atque inter has aliquem ex primariis locis substantiam occupare, cujus idea inde exurgat, quod sentiamus, modos atque accidentia sine *substrato* quodam nos concipere haud posse. Quamvis autem *substrati* hujus suppositionem consuetudinem Lockius dicat, nil tamen hoc ipso lucratur. Quærit enim Noster, an ratione nitatur consuetudo illa, an minus? Si non nititur ratione, tum accidentia & modos per se subsistere necesse erit: si nititur, substantiæ habebimus ideam, quæ neque per sensationem, neque per reflexionem gignitur. Nec ipsum nomen *substantia* sensu nimis Grammatico accipiendum docet, qui favere adversario videtur, sed eo quo Cicero, Quintilianus, aliique id accipiunt, quibus idem cum essentia notare solent. Atqui ex eo quoque, quod dicit Cl. Lockius, "æque, distinctam notionem spiritus ac corporis nos habere, cum hoc supponatur esse substratum simplicium idearum, quas ab objectis externis recipimus, alterum operationum, quas in nobismet ipsis invenimus: proindeque non minus absurdum esse, si dicas spiritum non dari, quoniam distinctam a spiritualis substantiæ ideam non habes, quam si dicas corpus non esse, propterea quod corporeæ substantiæ evi-

denti cognitione non gaudes. ” ex eo, inquam, quoque sententiam suam Autor confirmat, atque evidens esse ait, corporeas pariter ac spirituales dari substantias, licet claras & distinctas earum ideas non habeamus. Hoc vero quomodo, inquit, fieri potest, si ratio nostra a claris & distinctis ideis pendet? Ratio ex hypothesi adversa non nisi circa ideas clare perceptas versatur, & nos tamen sine eis certi esse de re aliqua possumus: quid igitur? num certi esse possumus sine ratione? Neutiquam vero: sed rationem nostram veras rerum notiones sine claris istis ideis gignere, atque adeo novam istam de ratione hypothesin falsam esse, Reverendus Autor noster inde colligit. Sed his non contentus, pergit utgere adversarium, quomodo ad substantiarum spiritualium cognitionem perveniat, rogans. Respondere ait Lockium, se consequi eam per cogitationem in potentias illas, quas in nobis ipsis invenimus, & quæ a substantia mere corporea esse non possunt, reflexam. Recte hæc dici Noster concedit; verum id quæri ait, an argumentum hoc pro substantia incorporea sit depromptum a clara & distincta idea? Desumptum inde esse negat, cum in simplici idea istarum operationum neutiquam contineatur, quod a corporea substantia illæ procedere nequeant: siquidem ipse Lockius fateatur, impossibile esse, ut per contemplationem idearum nostrarum, sine revelatione, certi reddamur, an non omnipotentia divina certis quibusdam materiæ systematibus apte dispositis, cogitandi facultatem concesserit, quodque ideas quidem materiæ & cogitationis habeamus, nulla vero ratione discere valeamus, an ens aliquod materiale cogitet, an minus. Ut adeo nulla ei ex distincta idea demonstrandi substantiam spiritualem via supersit. Rursum, cum Lockius substantiam spiritualem non minus ab intellectu percipi quam corpoream docet, dum inquit: “ quemadmodum substantia corporea consistit ex cohaesione solidarum partium, & potentia communicandi motum per impulsum, ita spiritualis consistit in potentia cogitandi, volendi & movendi corpus: cohesio vero partium non minus ægre concipitur, quam cogitatio: nec in minoribus tenebris versamur circa potentiam communicandi motum per impulsum, quam circa potentiam excitandi motum per cogitationem &c. ” ex eo iterum Noster colligit, certos nos esse posse de substantiæ spiritualis existentia, quamvis neq; claram & distinctam ejus ideam habeamus,

amus, neque modum operationum ejus comprehendamus: frustra-  
que adeo omnis rationis & certitudinis fundamentum in clara & dis-  
tincta idea collocari. Nec rejici proinde posse doctrinam ad spi-  
rituales substantias pertinentem propterea, quod de modo & ratione  
ejus non consistet, utpote qui neque in rebus materialibus, neque in spi-  
ritualibus, uti ipsi fatentur adversarii, sit evidens.

Jam ulterius tendit Max. Rev. Autor, atque ostendere nititur,  
salvo isto, quod oppugnat, adversariorum suorum principio, nullam  
Dei demonstrationem dari posse, de quo tamen evidentia, quamvis  
mathematicam certitudinem exæquante, constare Lockius dicit. Inter  
omnia enim, quæ Lockius producit, solida sane, ad demonstrandum  
Deum argumenta, id quod a clara & distincta idea desumitur, ab i-  
pso Lockio rejicitur. Imo licet clarissima & distinctissima entis in-  
finiti idea necessariam existentiam involvat, nihilominus tamen  
dubiam admodum Dei demonstrationem, ob diversa hominum tem-  
peramenta, diversasque cogitationum eorum applicationes Lockius  
inde exsurgere fatetur. Unde Noster concludit, ipso fatente, claras  
& distinctas ideas argumenti vim pro diversa hominum conditione  
posse amittere, ut adeo præter ideas, ad verum ferendum judicium,  
rectum temperamentum, & justa mentis applicatio etiam requiratur.  
Post generalem itaque hanc demonstrationem, qua Maxime Ven. Epi-  
scopus defensum ivit, unicum certitudinis fundamentum claras & dis-  
tinctas ideas non esse, distinctionem inter *naturam* & *personam* expli-  
care aggreditur, cujus claram ideam nec reflexionem nec sensationem  
gignere posse docet. Quantum enim ad *naturam*, eam eandem esse  
cum *substantia*; per sensationem autem & reflexionem ad potentia-  
rum quidem & proprietatum, non vero ad substratorum iis, h. e. ad  
substantiarum seu naturarum cognitionem nos pervenire, ita ut na-  
turæ rerum ad ratiocinationem proprie, non ad ideas sint referendæ.  
Duplicem autem esse *naturam*: vel prout consideratur in *distinctis in-  
dividuis*, quæ nihil aliud est, quam natura communis, cum particulari  
subsistendi modo, unicuique individuorum proprio, qui ipsos in esse  
personarum constituit; atque hoc personarum discrimen partim per  
sensus, quatenus nimirum ex diversis accidentibus externis cognosci-  
tur, partim per rationem, quatenus diversam habent existentiam,  
nobis innotescere: vel prout *abstracte* consideratur, sine respectu

ad individua, atque sic integram per se notionem constituit. His ita præmissis considerat, quid harum rerum debeatur simplicibus ideis nostris per sensationem aut reflexionem excitatis, atque ab ipso Loskio (L. II. c. 30 §. 31. c. 32. §. 18. L. III. c. 3. §. 6. 15. 19. 20) concedi ostendit, dari essentiam realem, quæ sit quasi fundamentum, cui potentia & proprietates innituntur: quodque potentias atque proprietates hæc cognoscere valeamus, quamvis ipsa realis essentia menti nostræ non pateat. Hinc autem infert Noster 1) a genuinis & æquatis ideis modorum & proprietatum, sufficientem realis essentia certitudinem habere nos posse; vel enim per eas, vel plane non judicare de rebus extra nos positis, nobis licitum esse. 2) Per potentias & proprietates rerum tantum nobis de interna earum essentia intelcere, quantum illæ quasi revelant: h. e. id saltem nobis pateferi, dari entia potentiis & proprietatibus hujusmodi instructa. 3) Essentias rerum, prout a nobis cognoscuntur, realitatem in se habere, nec nominales tantum esse, utpote quæ solæ faciant, ut individua sint id quod sunt. 4) Ideam generalem non gigni ab ideis simplicibus per solum actum mentis a circumstantiis abstrahentis, sed a ratiocinatione & consideratione genuinæ rerum naturæ. Et hæc quidem sunt, quæ monet de idea *natura*. Jam quantum ad ideam *persona*, considerandum, quodnam sit fundamentum distinctionis personarum in una eademque natura specifica. Illud igitur proprie non in diversitate lineamentorum, locorum &c. positum esse ait, sed in modo subsistendi, qui in unaquavis persona individuus est & incommunicabilis, atque proinde personalitas appellatur. Jam quærit, an differentiam naturæ & personæ simplices ideæ nos doceant? atque inter abstractas ideas & particularia entia differentiam per objectorum externorum impressionem nobis manifestari quidem respondet, ut & substantiam intelligentem per internam perceptionem; an vero eam substantiam constituent, an non, aliunde esse cognoscendum. Si enim sola substantia intelligens personam constitueret, duarum naturarum unionem, qualis in unoquoque homine datur, dari non posse, sed naturas uniendas duas fore personas. Quando autem de finitis substantiis & personis loquimur, tum certum esse, distinctas personas distinctas substantias esse, quoniam distinctas & separatas existentias habent; aliter vero se rem habere cum infinita substantia, cujus idea necessariam existentiam involvit, adeoque nihil

nihil Deo tribui patitur, quod eum necessaria existentia conciliari nequeat. Jam igitur si supponamus distinctionem personarum in eadem divina natura, quod facere Scriptura jubet, ita id explicandum esse, ut cum necessaria existentia non pugnet: non pugnabit autem, si coexistere tres personas in eadem divina essentia dicamus; necessaria enim existentia coexistentiam divinarum personarum involvit. Unitas vero divinæ essentiae arguit, non posse hujusmodi individuarum substantiarum in divina natura statui differentiam, qualis in humana natura apprehenditur.

Atqui hoc ipsum est, inquit Adversarii, quod rationem humanam excedit, & ad quod credendum nemo propterea obstringi potest. Falsam vero esse hanc sequelam, secundo loco in postremo hoc capite ostendere Max. Venerandus Autor suscepit. Cujus omnis disputatio eo redit, ut quod contra rationem est, fidei objectum esse non posse largitus, id quod supra rationem ex parte est, omnino fidem propterea non amittere ostendat: cum omnes res, naturales etiam ex parte supra rationem esse, ipse *Christianismi mysterii nihil habentis* Autor largiatur. Cujus ineptas plane contradictiones ita luculenter ob oculos positas hic invenimus, ut plane perfricuisse frontem oporteat hominem, si sine pudore hæc legat. Verum ista fusius persequi nobis animus non est. Prolixitati vero nostræ, in iis præcipue, quæ ad Lockium pertinent, recensendis, eo magis paratam veniam apud Lectores nos inventuros confidimus, quod aliis libellis quibusdã ingenio & subtilitate maxime conspicuis, occasionem ea dederint, quorum argumentum deinceps indicabimus. Styli autem puritatis parvum observantes nos fuisse, facile excusabit Lector harum rerum gnarus, qui vix evitari insuperabilem pene obscuritatem posse meminerit, nisi in hujusmodi argumentis recepti loquendi modi adhibeantur;

*HENRICI WIDEBURGII, S. THEOL. D. ET IN ACADEMIA  
Julia Professoris Ordinarii, Systema Theologia  
Positiva. Opus posthumum.*

Helmstadii, apud Georg. Wölfg. Hammium, 1698, 4.  
Alphab. 2. plag. 13.

Q UAMVIS Locorum Communium, Compendiorum, Breviariorum,  
Ss 3 Manu-

Manualium, Instructionum & Systematum, quibus doctrinæ sanctioris capita explicari & Studiosorum commoda promoveri possint, abundantissimam omnino copiam extare, haudquaquam nesciret unicus celeberrimi Helmstadiensium Theologi, Henrici Wideburgii haud ita pridem fato immaturo defuncti Frater, ordini in Academia Julia Theologico itidem hodie adscriptus, Maxime Reverendus D. Christophorus Tobias Wideburgius: non denegare tamen tot efflagitantium votis novum hoc Theologiæ Positivæ Systema fraternum ob rationes in præfatione allegatas voluit, præsertim cum peculiari istud methodo conscriptum deprehenderet. Nimirum sicut ea discendi docendique ratione, quam Mathematici servare sueverunt, beatus Autor imprimis delectatus fuit: ita juxta hanc Theologiam quoque Theticam Auditoribus suis inculcare studuit. Cumque in istorum scholis ejusmodi docendi consuetudinem observari cerne- ret, juxta quam theoremate vel problemate quovis proposito utriusque termini declaratio tam perspicua subjicitur, ut absque omni verborum ambiguitate id, quod probandum vel faciendum proponitur, cuius innotescat; quo peracto quælibet propositio vel ad axiomata manifestissima, prima & immediata principia, vel ad propositiones, quæ e primis & immediatis antea demonstratæ fuerunt, reducitur: hinc & ipse doctrinam Christianæ fidei perspicuis thesibus comprehensam planissime primum explicuit, solidisque postmodum probationibus confirmavit, in his non tam de numero, quam pondere sollicitum se gerens, & cuncta ad ejusmodi propositiones reducens, quæ vel Sacrarum Literarum oraculis comprehensæ axiomatum vicem sustinere queant, vel alibi demonstratæ hypothesium loco censeremereantur. Ut autem juniorum captui eo melius confuleret, singulas fere argumentationes formulis inclusit syllogisticis, istoque pacto a natura Theologiæ consideranda exorsus, mox de Religione quædam disseruit, hinc de Sacra Scriptura commentatus est, qua delineata de quatuor Novissimis egit, utpote cum rectissime de fine hominis primo loco Theologiam dispicere existimavit. Hinc ad reliquos articulos perrexit, quæque de Deo, de mysterio Trinitatis, de Creatione, Providentia, Angelis, Divinis Pactis, Imagine Dei, Peccato qua originali, qua actuali, Christo, Prædestinatione, Viribus post lapsum humanis, Justificatione, Renovatione & Bonis Operibus, Penitentia,

Eccle-



*Ecclesia, Sacramentisque & generatim & speciatim spectatis, in scholis Theologorum alias traduntur, pro suo instituto retulit, quandoque theses deductioni antitheses etiam refutationem subjiciens.*

NOUVELLE BIBLIOTHEQUE DES AUTEURS  
ECCLESIASTIQUES &c.

i. c.

**BIBLIOTHECA NOVA AUCTORUM ECCLESIASTICORUM,**  
*auctore L. ELLIES DU PIN. Tomus IX.*

Parisiis apud Andr. Pralard, 1697, in 4. Alph. z.

**N**onus, quem luci publicæ exposuit Vir celeberrimus, Bibliothecæ Ecclesiasticæ tomus, Seculi post C. N. duodecimi historiam exhibet. Commissum cum Sacerdotio funesto certamine Imperium, laceratam per schismata Ecclesiam Romanam, Pontifices cum Imperatoribus, cum Episcopis Reges concertantes: Sacramenta impugnata, rejectum externi cultus & ceremoniarum apparatus, nascentem denique Theologiam Scholasticam cum Jure Canonico, & id genus alia narraturum se fufiusque expositurum Auctor ipse profitetur.

Initio ab Ivone Carnotensi Episcopo facto, ejusque cum Gothofredo ab Urbano II R. P. Episcopatu Carnotensi exuto contentionibus strictim commemoratis, scriptis autem, præsertim epistolis fufius enarratis, originem, progressum atque finem controversiæ Pontifices inter atque Imperatores magna vehementissimaque animorum commotione agitatz, de investitura Episcoporum edisserit. Paschalem II Pontificem antecessorum suorum vestigiis insistentem, anathematis fulmen itidem in Henricum IV Imperatorem vibrasse refert, cujus vim ut Imperator declinaret, persuasisse eum suis, edita sanctione, suscepturum se in Palæstinam iter, Imperiique habenas se Filio traditurum; quorum neutrum cum faceret, enata inde Filio occasionem fuisse, connitentibus & adhortantibus quibusdam Imperii Proceribus, arma contra Patrem capiendi. Hocce Henrici junioris facinus pessimum & naturæ ipsi adversum Nostro audit: nec dissimulat tamen, eum sumsisse religionem obtentui, hæreseos insinulasse Patrem, obsequiumque Pontifici promiss-

misisse. Quem istæ lites sortitæ fuerint finem, neminem fugit, nec Auctor quicquam hic affert, quod non præstantissimorum Historiæ communi consensu sit comprobatum. Ast investituræ jus hoc ipso nondum obtinuisse Pontifices; quin mortuo Henrico IV filium Henricum V adeo suo jure decedere noluisse, ut acriter potius istud sibi vindicaret, demonstrat. Meliora quidem initio sperasse Pontificem, sed intellecto Imperatoris consilio, cum jam in eo esset, ut Moguntiam peteret, mutata sententia in Galliam abiisse, ibique frustra denuo per Legatos Imperatoris Placentinumque Præfulem re ista disceptata, Trevis, quod est Campaniæ ad Sequanæ oppidum, A. 1107 Concilium congregasse ad litem istam finiendam, irrito tamen iterum eventu, quod neutiquam Imperator vellet in Gallia hæc de causa sententiam pronuntiari. Sequenti anno Italiam petisse Imperatorem; prius tamen, quam Romam perveniret, Legatos Imperatoris cum Pontifice, instituta iterum de jure investituræ disceptatione, ita tandem convenisse, ut penes Pontificem quidem istud jus permaneret, Imperatori autem fas esset, Ducatus, Comitatus, Marchionatus, & cuncta supremæ dignitatis jura, Episcopis adimere. Bene autem observat, nec Imperatori, nec cuiquam prudentum, dubium ullum fuisse, Præfules Germaniæ quidvis potius perperuros, quam ut his legibus initam a Pontifice pacem ratam haberent: idque comprobasse eventum. Unde Imperatore Romam jam ingresso, nec latum unguem a sententia sua discedente, rem eo tandem rediisse, ut in custodiam cum quibusdam Cardinalibus Pontificem mitteret, coercendum ita & in ordinem redigendum. Fama hujus rei percrescente, arma arripuisse Romanos, Pontificem liberaturos; remque ad certamen pervenisse, in quo Imperatori pro vita & salute depugnandum fuerit, victoria tandem ad ejus partes transeunte. Abductum hinc ab Imperatore Pontificem necessitati cessisse, jura de quibus disceptabatur transdidisse Imperatori, eique solenni ritu imposuisse coronam, administratoque rite augustissimo Eucharistiæ sacramento, partem hostiæ sumpsisse Pontificem, data Imperatori parte altera, & ita pactionem factam confirmasse, addita execratione, locum in Regno Christi illi non fore, qui primus initi foederis violasset leges. Tam sancte confirmatum pactum a Pontifice migratum fuisse, quis crederet? nisi post infinitos

tos fideque dignissimos testes prolixè quoque Vir doctissimus hoc doceret; qui accurate litis hujus seriem profèquitur, docetque sub Calixto II Pontifice controversiæ hujus rationem quodammodo immutatam esse. Gregorium namque VII ullam investituram Episcoporum, quocunque modo fieret, rite a Laicis administrari posse, diserte negasse, idemque sensisse Victorem III & Urbanum II. Ast per prius pactum cum Paschali II in initum, quod sacra Episcoporum dignitas a civili, qua itidem pollent, haud obscure discernebatur, factum esse, ut sub Calixto II eotandem quæstio rediret, an investituram per anulum & baculum ab Imperatore Episcopis conferri fas esset? Pontifice ejusquæ affectis hoc ideo præcipue negantibus, quod hæc essent symbola ecclesiasticæ dignitatis, a solo Pontifice illis confereudæ, ut ut qua vasalli Imperii investituram ab Imperatore accipere & possent & deberent. Putat itaque Auctor, in pactione Henricum inter & Calixtum II Pontificem mox inita, litem istam ita finitam fuisse, ut Imperator superior ex hoc certamine discessisse dici queat. Etenim Imperatorem ceterosque Reges hoc solum voluisse: 1) ne electio Episcoporum & Abbatum sine suo consensu fieret: 2) electum, priusquam consecraretur, per baculum & anulum ab Imperatore aliisve Principibus investiendum esse: 3) eundem jurejurando se illi obstringere, homagiumque, ut loqui solent, ratione regalium & feudorum præstare debere. Per pactionem autem memoratam concessum fuisse Imperatori Regibusque: 1) ut electio Episcoporum illis præsentibus adeoque consentientibus fieret; 2) in Germania ratione regalium Episcopum ab Imperatore per sceptrum investituram impetrare debere, priusquam consecratur; in ceteris regnis, nondum elapsis sex post consecrationem mensibus; 3) officia & servitia feudalia, quæ hactenus præstare consueverint, imposterum quoque illis esse præstanda. In eo proinde solum aliquid immutatum fuisse, quod constitutum fuerit, investituram non per baculum & anulum, sed per sceptrum peragendam, itemque quod hæc ad feuda & bona, quæ ut membra Imperii Episcopi possident, fuerit restricta. Vitam hinc litterasque Romanorum Pontificum, Honorii II, Innocentii II, Celestini II, Lucii II, & Eugenii III sistit: capite autem sequenti de Bernhardo ejusque scriptis disserit. Horum summam Auctor more suo diligenter exhibet, secutus ordi-

Cap. III.

Cap. IV.

nem, quem in última editione, quæ A. 1690<sup>o</sup> prodiit, Vir doctissimus Johannes Mabillonius observat. Inter alia ex libro ejus de amore Dei hoc affert, quod non prætermittendum censuimus, Bernhardum quatuor gradus amoris divini constituisse, quorum summus sit, cum Deum non propter aliam causam, quam propter ipsum Deum amamus; sed addidisse, ad istum amoris gradum in hac vita pervenire neminem posse, nec pervenisse quenquam, ne quidem ex sanctissimis martyribus.

Cap. V.

Cap. VI.

Bernhardum sequitur Petrus cognomento Venerabilis dictus, Abbas Cluniacensis: quem Hæretici seculi hujus, saltem qui Ecclesiæ Romanæ Auctorisque judicio pro hæreticis habentur, excipiunt. Hic de Petro de Bruis ejusque discipulo & sectatore Henrico, de Tanchelino, Petrocoriensibus, Coloniensibus, Tullensibus, Catharis, Passagianis, Arnaldistis, Albigenibus, Publicanis, Eudone vel Eone prolixè verba facit, conciliaque in quibus isti condemnati sint, memorat. Parum autem abest, quin Petrum Brusium pro parente & patriarcha horum hæreticorum, si non omnium, saltem plerorumque, venditet. Dogmata huic sequentia tribuit: baptismum non prodesse infantibus; adultos itaque baptizandos: templa & altaria non ferenda, sed ea destruenda: nec adorandam crucem: missam quoque usu carere, nec celebrandam: elemosynas & preces mortuis nullum afferre commodum. Sane ceteros antea memoratos Hæreticos omnes in eo fere consensisse, ut sacramenta, ritusque Ecclesiæ & ordinem hierarchicum impugnarent: nonnullos tamen Manichæismi insuper aut *Artianismi* fuisse reos.

Cap. VII.

Principem autem inter hujus ævi hæreticos locum merito sibi vindicaret Petrus Abælardus, si verum esset judicium Bernhardi, Auctori quoque memoratum, eum de Trinitate locutum fuisse ut Arrium, de Gratiâ ut Pelagium, de incarnatione Verbi ut Nestorium. Non tamen dissimulat Auctor, plerasque propositiones Abælardi, in quibus maximos errores se deprehendisse hostes ejus prædicabant, ita comparatas esse, ut æquus censor in commodiorem eas interpretari partem possit. Similitudines, quibus ad designandum Trinitatis mysterium usus sit, nec ipsum pro exactis venditasse. De Spiritu Sancto eum docuisse, quod non sit potentia, nec de substantia Patris, etsi tres personæ Trinitatis unam substantiam constituent: ast hoc ipso neutiquam eum negasse, potentiam, sapientiam, amorem, esse attributa communia tribus

per-

personis divinis; quin contrarium diserte docuisse: sed eum tribuisse potentiam Patri, sapientiam Filio, amorem Spiritui S. per appropriationem, adeoque nihil quod a Patrum receptaque Theologorum sententia abhorreat, asseruisse. Sic & docuisse eum, Deum non posse facere, nisi quod fecit: non inepte quidem, si recte capiatur. Nec enim de potentia Dei in se spectata hoc eum asseruisse, quod hisce limitibus sit circumscribenda, sed de potentia Dei cum sapientia ejus & voluntate conjuncta hoc illum accepisse: quo pacto recte dicatur, Deum non posse velle nec facere quicquam, nisi id quod vult & quod actu facit. Porro Abælardum negasse, quod Christus carnem humanam induerit, ut morte sua homines a servitute peccati liberaret, Auctor sibi non persuadet, cum pluribus in locis secus doceat: sed hoc eum sibi voluisse censet, liberationem generis humani a peccato non fuisse solum & unicum finem incarnationis Christi, sed eum etiam simul exemplum præire hominibus, ad quod suos compararent mores, voluisse. Pari ratione ceteras quoque Abælardi assertiones, paucis exceptis, emolliri posse, eundo per singulas demonstrare nititur. Ceterum de Gilberto Porretano Pictaviensi Episcopo, qui itidem hujus seculi hæreticis annumerari solet, Auctor etiam ex instituto disserit, & ex erroribus, qui illi tribui soleant, præcipuos hos esse ait, quod asseruerit, essentiam Divinam non esse Deum; proprietates personarum Divinarum non esse ipsas personas; personas Divinas attributorum locum in nulla unquam propositione subire; naturamque Divinam non fuisse incarnatam. Causam itaque Gilberti in concilio Parisiensi disceptatam, non tamen definitam, sed a Pontifice concilio Rhemensi reservatam fuisse porro refert, in quo etiam doctrina ejus fuerit damnata, nulla tamen ipsi Gilberto inflicta poena, quod serio eum mentem suam mutasse Bernhardus crederet. Ex scriptis Gilberti hæctenus nihil typis evulgatum esse observat, præter Epistolam de Eucharistia, quam Lucas Dacherius produxerit, quam lectu dignissimam judicat, quod Gilbertus in ea diserte doceat, corpus Christi totum sub unaquaque esse specie, itemque corpus & sanguinem Christi esse sub specie panis, etiam si vinum consecratum non adfit.

Cap. VIII.

Redit hinc cap. IX ad Pontifices, qui post Eugenium III ad finem usque hujus seculi sedi Romanæ præfuerunt, eorumque vitam

Cap. IX.

- Cap. X. & scripta ordine enarrat. Sequenti autem capite de Thoma Archi-  
Episcopo Cantuariensi celeberrimo, ejusque cum Henrico II Angliæ  
Rege litibus exponit. Patet vero ex iis, quæ Auctor narrat, summa  
Præfulus istius aut constantia aut pertinaciæ, dum quidvis perpeti ma-  
luit, quam vel latum unguem a jure quod sibi vendicabat discedere,  
nec ut obsequium fidemque, nisi addita solenni formula, *salvo ordine  
suo*, Regi polliceretur, induci ulla ratione potuit. Instituti autem sui
- Cap. XLXII. memor porro de Scriptoribus qui sæculo XII floruerunt agit, de præ-  
cipuis quidem & illustrioribus capite undecimo, sequenti autem de  
ceteris: de illis qui aliquid ad historiam Ecclesiasticam pertinens com-  
mentati sunt, capite XIII; quibus denique scriptores Ecclesiasticos O-  
rientis subjungit cap. XIV. Nos & nostri instituti leges observantes
- Cap. XIII. Cap. XIV. Cap. XV. ex his nihil decerpimus, sed quæ de Theologiæ Scholasticæ origine  
primisque Scholasticis exponit, paucis delibabimus. Apostolos pri-  
mosque Ecclesiæ Christianæ doctores doctrinæ ecelestis capita sine om-  
ni aut eloquentiæ aut philosophiæ apparatu mortalibus proposuisse,  
Hæreticisque & Judæis nihil aliud, quam Scripturam & traditionem,  
& fidem universæ Ecclesiæ opposuisse autumat, nec ut *mysteriorum*  
redderent rationes, eos fuisse sollicitos, sed tantum probasse, si quis  
salvus fieri vellet, cum hoc oportere credere. Hæreses quidem de-  
disse deinde illis occasionem quædam dogmata accuratius determi-  
nandi, certisque vobis, eeu sacris terminis ea circumscribendi; sed  
qui in justum corpus atque systema euhæta coire juberet, fuisse nemi-  
nem, cum non nisi occasione ab hæreticis oblata scriberent, & quædã  
doctrinæ capita pertractarent. Origenem quidem in libro de Principi-  
is tale quid suscepisse, infelici tamen successu, quod rationi habenas,  
ultra quam decebat, laxaret, nimioque Platonicæ philosophiæ flagra-  
ret amore. Contra Arrianos, Nestorianos & Eutychianos quidem  
more veteri ex Scripturis adhuc fuisse disputatum, sed postea sensim  
philosophiam admitti cœpisse, primo Platonicam, mox & Aristoteli-  
cam. Hac usum cum primis fuisse Boethium ad Trinitatis mysterium  
& incarnationem Christi explicandam. Johannem Damascenum  
autem primum fuisse, qui iusta methodo quæstiones Theologicas in  
unum corpus sive systema colligeret. Sæculo IX Johannem Scotum  
Bigenam methodum & principia Aristotelis in Theologiam inve-  
nisse, sed eo eventu ut nimia subtilitate in varios errores datus fuerit  
præ-

præceptis. Circa medium demum seculi undecimi philosophiam Aristotelicam ab Arabibus ad Europæos propagatam sustulisse caput, aditumque ad Theologiam mox liberaliter illi fuisse concessum; duobus cum primis & antesignantibus Johanne Sophista, Roscelino atque Anselmo, annitentibus Abælardo, Gilberto Porretano aliisque. Othonem vero Frisingensem Germanos suos Aristotelis disciplina imbuisse. Cum vero erroris periculo nunquam non expositi sint, qui novam viam ingrediuntur: sic mirandum quoque non esse, Roscelinum, Abælardum, Gilbertum aliosque non satis caute in hoc campo versantes, a veritate coelesti subinde fecisse divortium: Enatam porro hinc esse perennem infinitarum litium & controversiarum fegetem, eamque tanta celeritate efforuisse, ut jam ista ætate de remedio fuerit cogitandum. Hoc asserre voluisse Petrum Lombardum, composito ex Patribus Sententiarum libro, in quo procul faceffere jussit Aristotelis placitis, verbis sententiisque Patrum doctrinæ coelestis capita explicare aggressus fuerit: Receptum magno applausu fuisse librum, sed eos, qui istum commentariis suis illustrare instituerint, ad easdem mox controversias, revocata iterum Aristotelis auctoritate, fuisse relapsos, adeoque eandem mox Theologiæ rediisse faciem. Interim cum liber ille Sententiarum semper fundamenti loco poneretur, Lombardum hunc pro patre Scholasticorum recte reputari: Non defuisse tamen, qui in hoc Sententiarum libro quædam reprehenderent: ipsi Pontifici Alexandro III nonnullas loquendi formulas displicuisse: Joachimum Abbatem integrum contra eum composuisse librum & Facultatem Theologicam Parisiensem edidisse articulos, in quibus a Magistro Sententiarum plerumque discedatur: Gauterium quoque quendam memorat edidisse ea ætate librum contra quatuor Labyrinthos Gallix, Petrum Abælardum, Gilbertum Porretanum, Petrum Lombardum & Petrum Pictaviensem, eosque haud unius arguisse erroris, quos evitare non potuerint; dum Scholastica metho tractare Theologiam, eamque ad Aristotelis principia exigere ausi fuerint. Lombardo tamen perperam hoc exprobrari, cum ceteris hoc objiciatur jure meritoque, Auctor contendit: hunc enim nulla Aristotelis mentione factâ, Patrum tantum retulisse verba sententiasque. Theologiæ itaque Scholasticæ originem cum a Lombardo repetat, scripta ejus, præsertim librum Sententiarum fusius enarrat. Simili ratione

de Roberto Pullo Cardinali, Petroque Pictaviensi & Roberto Melodunensi, differit, quos ceu primos Theologiæ Scholasticæ conditores Lombardo adjungit.

Cap. XVI.

Novam quoque hoc seculo Scripturæ explicandæ rationem ortam, observat. Patres quidem aut litterales Scripturæ expositiones dedisse, aut in allegorias more tum recepto eam convertisse: seculi octavi & noni Scriptores confecisse Catēnas, h. e. loca Patrum, compilasse, & ex iis suos commentarios extruxisse: duodecimo demum seculo morem quæstiones & controversias in commentariis tractandi invaluisse. Hanc commentandi rationem secutum cum primis fuisse Rupertum Abbatem Tuitiensem, de quo, ut & Hugone atque Richardo a S. Victore, quorum itidem in Scripturam S. commentaria celebrentur, hac occasione differit.

Cap. XVII.

Collectionem Canonum a Gratiano itidem hoc seculo compilatorum, paucis describit, &

Cap. XVIII.

hinc Conciliorum generalium, quin & provincialium historiam in compendio sistit. Finiunt hunc tomum Observationes Ecclesiasticæ de auctoritate Pontificis, disciplina Ecclesiastica, ritibus Sacramentorum, statu Monastico, Canonicis regularibus, & ordinibus Equestribus.

Cap. XIX.

Auctoritatem Pontificis hoc seculo ad summum pervenisse fastigium non diffitetur, tantum abest ut per contentiones de jure investituræ ea fuerit imminuta. Obtinuisse enim eos summum imperium in urbem Romam, jugum Imperatorum penitus excussisse, quin jus coronam illis imponendi sibi vendicasse, suæque potestatis limites longe lateque protulisse. Clericorum mores magis compositos fuisse hoc seculo, quam præcedentibus, undecimo & decimo:

Cap. XX.

simul tamen & illorum auctoritatem magna sumsisse incrementa, omnibus in id consentientibus, ut Principum Regumque imperio se subducerent. Porro de Sacramentis verba faciens, communionem sub utraque hoc seculo adhuc in usu fuisse, non abnuat; sub initium tamen ejus jam quosdam utramque speciem, panem in vinum intingendo, conjunxisse, circa finem autem nonnullos una tantum specie fuisse usos. Vocem Transubstantiationis quoque hoc seculo usurpari cœpisse. Sed hæc ex præclaro hocce opere decerpisse sufficiat.

*Ferdinand Christophori Harprehti, Jcti et Antecessoria Tubingensis, Consultationum Tubingensium de insignioribus quibusdam juris quæstionibus Volumen Tertium.*

Tu.



Tubingæ apud Philibertum Brunnium, 1697, in fol.

Alph. 3. plag. 18.

Ejusdem Consiliorum Tubingensium Volumen Quartum.

Tubingæ apud Johann. Georg. Cottam, 1698, in fol.

Alph. 3. plag. 12.

**D**uos Tomos, Consilia 33 complexos, ac a Consultissimo Autore annis præcedentibus publicatos, in Actis nostris anni 1696 pag. 183 & 432 recensuimus. Hos jam excipiunt Volumen Tertium & Quartum, itidem Consiliis seu Responsis 33 constantia, ita quidem ut illud a Consilio 34 usque ad 50, hoc vero a 51 usque ad 66 decurrat. Nos speciminis loco pauca ex iis delibabimus. In Volum. 3, Consil. 34, vim transactionis & cessionis quoad heredes, in illustri Facti specie, Serenissimam Domum Wurtembergicam & Dni. Ferdinandum Franciscum de Rye, Comitem de Poitiers & consortes, de Dynastiis quibusdam controvertentes, concernente, expendit Consultissimus Autor. In Consil. 38 ostendit, quod jus retractus in emtione, sub ea conditione, ut emtor venditoris valetudinem diligenter curet, facta, locum non habeat, si venditor singularem fiduciam erga emtorem habeat, & eandem curam ab aliis sibi æque præstari non posse arbitretur. In Consil. 39 docet, quod jus retractus municipale vel vicarium (territoriale vocat Noster) contra emtorem vim nullam habeat, si hic in aliquo municipio civis sit, licet ibidem non habitet. Consil. 47 deducit, quod merces per Gallos mercatoribus Anglis in mari ablatæ, posteaque in Gallia a Germanis mercatoribus emtæ, ac in terras Romani Imperii illatæ, confiscari nequeant, si scil. in Tariffa seu designatione mercium prohibitarum aut contrabandarum non reperiantur. In Consil. 49 plures quæstiones de concurrentia jurisdictionis criminalis diversorum Imperii Statuum explicat. In Volum. 4, Consil. 51 docet, quod, si foemina sub initium mensis undecimi, a tempore stupri commissi, pariat, partus quantum ad tempus, legitimus censeri debeat, adeo ut ne quidem, intuitu termini nascendi tardioris, foeminae juramentum queat deferri. In Consil. 53 p. 997 contendit, Nobilitatem similemve dignitatem non nisi immemoriali tempore præscribi. In Consil. 54 varias quæstiones, ad testamenta judicialia pertinen-

nentes, tractat, ac in specie negat p. 1021, quod testamentum per nuncium judici offerri possit, contenditque quod compilerator Compendii Lauterbachiani, B. Lauterbachio, contra apertissimam ejus mentem, ex prælectionibus MSS colligendam, contrariam sententiam tribuerit in *Comp. Jur. Qui testam. fac. poss. sign. &c.* In Consil. 55 iramotis, ut ipse ait, rationibus evictum dare nititur, quod paræcianus, domicilium haut mutans, Confessionarium mutare, ac in alia Ecclesia absolutionem & S. coenam accipere non possit p. 1057; hinc porro infert p. 1069, quod contumax suspensione a sacra coena, poena pecuniaria, imo ademptione juris civici cogi possit, ad absolutionem a pristino Confessionario petendam & accipiendam. In Consil. 60 de concursu creditorum late agit, ac in specie p. 1133 proponit casum, quo libro mercatorio plena fides habeatur, nempe si concurrat chirographum debitoris, de quo Actuarius sua subscriptione testetur, quod propria debitoris manu scriptum sit. In Consil. 63 docet, quod si alicubi, ut Francofurti ad Moenum, societas bonorum acquiritorum inter conjuges ex statuto obtineat, tamen ea, quæ maritus praxi medica acquisivit, ejus propria censenda sint. In Consil. 66. de divortio & separatione a thoro & mensa sollicitus, speciatim contendit, quod facta separatione a thoro & mensa, mulier bona illata repetere queat.

**MICHAELIS BERNHARDI VALENTINI, MED. D. EJUS-  
que ac Philos. Nat. P. P. Ordin. Giff. S. R. I. Acad. Nat. Cur.  
Adjuncti & Recuperatorum in Italia Collegæ, MEDI-  
CINA NOV - ANTIQUA.**

Frankofurti ad Moenum, apud Joh. Day. Zunnerum, 1698, in 4.  
Constat plag. 28.

**D**Um plerique Modernorum in novis magis detegendis, quam scri-  
niis una Veterum rite excutiendis occupantur, Autor Clarissimus  
solida Artis Medicæ fundamenta, juxta principia naturæ mechanica, e  
limpidis potius venerandi Hippocratis haurire fontibus quam sedulo  
allaboravit. Postquam enim ille novissima dogmata in Senis lau-  
dati scriptis tam expressis sæpe verbis comprehendere observasset, ut vel  
Nostrates Hippocratis ævo docuisse, vel hic nostro sæculo revixisse vi-  
deretur, tanto diligentiori manu omnes Hippocraticos oculos versa-

re

re coepit, donec integrum Medicinæ Cursum ad mentem plane Recentiorum inde erueret, erutumque sub titulo Medicinæ Nov-antiquæ publico hic Eruditorum conspectui sifteret. Nempe quemadmodum universa Ars Medica systematice alias in Institutionibus octo absolvi partibus consuevit: ita in præsentis pariter Cursus Medici partibus totidem, (*Præliminariibus* præmissis, quæ Medicinæ naturam, originem, methodum, sectas & principia ostendunt,) pro exhaurienda omni arte, speciatim in *Physiologia* natura corporis humani, elementa, temperamenta, partes, humores, spiritus, facultates, functiones sive actiones œconomix animalis, tresque res secundum naturam, ac imprimis sanitas; in *Pathologia* morbus in genere, differentix morborum essentielles & accidentales, causæ morborum tum propinquæ, tum procatartica, atque symptomata; in *Semiologia* signa in genere, fontes & media signorum, signa diagnostica status n. & p. n. pulsus & urina, signa prognostica, generalia æque ac specialia; in *Hygiene* methodus conservandi sanitatem; in *Therapeutica* methodus medendi, partim in genere ejusque fundamentum, partim in specie, cum ordinaria, tum extraordinaria; in *Diatetica* res diæticæ in genere itidem, non minus quam in specie, aër, cibus & potus, somnus & vigilia, motus & quies, excernenda & retinenda, affectus animi; in *Pharmaceutica* medicamenta in genere, illorumque inventio, facultates medicamentorum, horumque præparatio & compositio, item dosis; in *Chirurgica* denique chirurgia in genere, instrumenta chirurgica, & operationes chirurgicæ, tam generales, exploratio & deligatio, quam particulares, synthesis, diæresis, aphæresis & exæresis, prosthesis & diorthosis; tali pertractata habentur ratione, ut in frontispicio cujuslibet capituli textus primum aliquis ex Hippocrate appropriatus, originalis pariter sive Græcus atque Latine redditus, compareat, mox in exegesi subjuncta idem uberius cum ex aliis Hippocratis locis, tum ex Recentiorum etiam quandoque scriptis, explanetur ac dilucidetur. Prolixitatis evitandæ gratia, duo solummodo in præsentibus capitula, locupletiora reliquis, breviter exhibere sufficiat. In ultimo videlicet Pathologiæ capite, quod symptomata perpendit, Hippocratis effatum e *lib. 1. de Morb. Vulg. Sect. 3. ab init.* præmittitur, dum, *Videnda sunt etiam, inquit, morborum vicissitudines, & qua ex quibus in qua succedant, ac ex his qua per hac contingunt.* Hinc,

Uuu

quam.

quamvis vox Symptomatis apud Hippocratem non nisi *lib. de Flatibus*. semel occurrat, sensu etiam Hippocratico, quo morbus omne audit, quicquid homini molestum est, distinctio nulla inter morbum & symptoma intercedat, in exegesi tamen, in quantum symptomata a morbo secundo fluant, sive ea, quæ (verbis Hippocratis) ex his (sc. morbis) per hæc (i. e. causas) contingunt, symptomata audiant, differentia aliqua cum plerisque Institutionum Medicinæ scriptoribus non solum admittitur, sed & species symptomatum sub actionibus læsis, excretis & retentis vitiose se habentibus, ac qualitatibus externis p. n. immutat, tanquam tribus summis generibus, cum Galeno indigitantur, & quoad formalitatem, sæpe etiam quoad prognosin & curationem, ex Hippocratis potissimum libris declarantur. Dysuria v. g. locum inter symptomata actionum vitalium obtinens, & alibi ab Hippocrate urina laboriosa, item in plurali *ἢ ἐν πύρρον* *lib. 1. Prædict. m. 59.* appellata, mictio dolorifica innuitur cum ardore, ab urethrae & vesicæ exulceratione orta, mala & frequens quæ pronuncietur in senibus *apb. 31. sect. 3.* quoniam in his omnia renum & vesicæ vitia difficulter curantur, *apb. 6. f. 6.* deducatur autem ab austrina constitutione *apb. 5. f. 3.* ac per siccitates *apb. 16. f. 3.* & quandoque solvatur V. S. si scilicet a plethora, ut & vini pota, *apb. 48. f. 7.* Alterum autem Pharmaceutices caput, facultatibus medicamentorum dicatur, *Hippocrati* monito, quo *lib. de decent. Habitu. f. 31.* virium medicamento sarum exactam notitiam commendat, *Medicamenta autem*, inquit, *tum eorum simplices facultates, tum si qua descripta sunt, probe tibi memoria teneantur*, superstruitur. Facultatum enim medicamentorum nomine uti vires, virtutes & qualitates illorum in expositione intelliguntur, juxta ipsum *Hippocratem lib. de prisce. medic. §. 52.* in particularum mixta constituentium textura atque figura radieat: ita divisiones quoque earundem in simplices & descriptas sive compositas, in temperatas & imtemperatas, in evacuativas itidem & alterativas, partim enodantur, partim & præcipue materia medica selectior, evacuationis vel alterationis scopo inserviens, ita enumeratur, ut quomodo ejusmodi medicamina operentur, & quænam ante, in, & post evacuationis actum mereantur attendi, satis una innotescat.

▲ CONTINUATION OF THE ACCOUNT OF THE NATURE,  
Causes, Symptoms and Cure of the distempers, that are incident  
to seafaring people, &c.

h. e.

Hoc est:

*CONTINUATIO RECENSIONIS DE NATURA, CAUSIS, SYMPTOMATIBUS, & CURATIONE MORBORUM, QUI NAVIGANTES SOLENT CORRIPERE, &c. auctore W. COCKBURN, Collegii Medici Londinensis Membro, Medicæ turma cærulea in classe regia, & Regiæ Societatis Socio.*

Londini, apud Hugh Newman, 1697, 12. plag. 7½.

**P**Ræstitit doctissimus Auctor, quod in ejusdem argumenti libro, a nobis in *Actu Eruditorum anno 1697, mense Decembr. p. 519.* laudato, fuerat pollicitus, observationibus quadraginta-quatuor tradens historiam ægritudinum, quæ in classe Britannica æstate præteriti anni fuerant ab ipso observatæ; de cujus instituti utilitate prolixius in Præfatione agitur. Quandoquidem autem in prima operis hujus parte conatus est evincere, evacuationem in febrium curatione absolute esse necessariam, eamque commodissime fieri sanguinis detractio; hujus libri principio statim disquirit, quibus cognosci possit indicia, quantum sanguinis dimittendum sit, idque sine virium ægritudine, ut respondeat particulis ob interruptam perspirationem in corpore detentis, aut certe efficiat, ut secretio fiat liberior, & sponte sua deinceps exhalet quod est superfluum, ostendens quam incerta frivolaque sint, quæ vulgo ab auctoribus de hac re traduntur. Ipse vero experientissimus Auctor, plenioris rei tractationem in aliam occasionem differens, duos hic proponit modos, quod quæritur investigandi. Primum enim ad pulsum respicere jubet, ejusque naturalem explorare constitutionem, quot scilicet in quolibet homine sano micet vicibus arteria minutis singulis, cur hoc cognito & comparato cum numero pulsuum ægroti, facile judicari possit de celeritate sanguinis aucta aut diminuta, quantumque mittendum sit ejusdem, ut ad statum naturalem reducatur. Deinde suadet thermometron in usum vocare, ut hinc innotescat, quantum naturalis hominis calor elevet thermometri liquorem, idemque deinde doceat, quantum calor increverit aut diminutus fuerit in præternaturali statu, quo deinde & numerus pulsuum cum calore minore majorique comparari, & tantum detrahi possit sanguinis, quantum requiritur, ut ad naturalem redeat temperiem.

Uuu 2

In

In Observationibus ipsis ( quarum priores haut pauca ad febres pertinent non solum tota curationis series recensetur, sed animadversiones quandoque non inutiles traduntur. Ita in *Observat. V* vertiginis causa deducitur ab arteriis, quae proximae sunt nervis opticiis, sanguine nimium distentis, quae pressione sua nervum opticum eique conjunctam retinam moventes efficiant, ut radii ab objecto fixo profecti in diversas usque retinae partes incidant, atque adeo objectum nobis moveri videatur. *Observat. XIX* febris intermittens personam podagrae induta repraesentatur. *Observat. XXII* venesectionio in brachio dysenterici instituta commendatur. *Observat. XXVII* apoplexiae, quae medelam admittit, causa constituitur in stagnatione sanguinis in arteriis cerebri & medullae spinalis, quae ideo principium nervorum comprimunt, ut spiritus animales per illos rite fluere nequeant; unde efficitur, nullum praesentius esse remedium, quam venesectionem in pede aut brachio, vel etiam vena jugulari institutam. In *Observ. XXIX* gonorrhoeam quoque olim Judaeos affixisse, neque demum in obsidione Neapolitana ortam, ex Levit. XV. 2. probatur. *Observat. XXXVIII* tussis venesectione curata & purgatione describitur. *Observatione ultima* contra illos, qui secretionem ope specificorum fermentorum fieri censent, disputatur.

### AN ENQUIRY INTO THE RIGHT USE, &c.

h. e.

*INQUISITIO IN USUM ET ABUSUM BALNEORUM ANGLIAE calidorum, frigidorum & temperatorum: auctore JOHANNE FLOYER, Armigero, Medic. Doctore.*

Londini, apud R. Clavel, 1697. 8. Plag. 15.

**R**omanam pariter atque alias gentes balneis olim frigidis, non tam delectationis aut munditiei, quam salubritatis causa, usas fuisse, satis constat. Quod remedii genus a nostris moribus, qui thermas potius sectamur alienum fere est, sed retentum tamen fuit in Anglia praecipue, quoad aquas Buxtonienses, quarum illa temperies est, ut ad frigus magis quam ad calorem vergat. Horum balneorum usum commendaturus experientissimus Auctor, praemissa prolixiori Praefatio-

fatione, ex Sanctorio præcipua de perspiratione insensibili dogmata repetit, reprehendens imperitos medicos, qui nescii quibus in casibus perspiratio augenda, quibus minuenda, aut quomodo æquabilis conservanda sit, ægros sine discrimine ad thermas ablegant, atque adeo in causa sunt, ut pereant multi, qui per balnea frigida sanitatem recuperare potuissent. Quod ut fiat manifestius, Cl. Auctor varia balneorum genera examinat, eorumque virtutes per qualitates sensibiles exponere conatur; deinceps vero confirmat, recte thermas adhiberi, ubi regnat intemperies frigida, sed frigida balnea, ubi calida intemperies dominatur, temperata tandem pro re nata in utroque casu, contextitque singulorum morborum catalogum, in quibus salubria singula balneorum genera fuerunt deprehensa, non omissis illis, in quibus plus noxæ quam commodi attulerunt. Potissimum autem Angliæ auctor est, magis ut frequentent balnea temperata, qualia Buxtoniensia, & deinceps frigida, qualia S. Mungi, S. Winefridi &c. atque his undis durent sua corpora, ut aeris injuriis eo melius resistere possint. Maxime autem Buxtoniensia commendat, quorum virtutem & usum singulatim describit, curationesque ibi peractas recenset.

A TREATISE OF THE GOUT &c.

h. è.

*TRACTATUS DE PODAGRA, IN QUO TUM EJUS CAUSÆ, tum curatio, demonstrative aperiuntur, a JOHANNÉ COLBATCH, Medico, Membroque Regii Medicorum Collegii quod Londini est.*

Londini apud Dan. Brovvn, 1697, 8. plag. 12.

**P**Auci abierunt anni, cum morborum omnium causa Acidum proclamatum fuit; jam, versa rerum scena, Alkali in medium ab Auctore Cl. producitur, omnisque culpa in illud congeritur. Unde & Podagræ sævissimi dolores illi accepti feruntur, sicubi in sanguine prædominetur. Quod ne gratis dictum videatur, ad experientiam provocat Auctor, confirmans, serum podagra laborantium, mixtum cum solutione syrupi violarum, semper colorem cœruleum in viridem, ut solent lixiviosa salia aut volatilia, non in rubrum, convertere. Dolorem ergo podagricum derivat Auctor ab extravasato humore alcali-

co, qui irritet membranas juncturarum & partium adjaentium relaxatarum. Quam sententiam hinc quoque probabilem reddit, quod topi nodique ex materia omnium consensu alcalica constant. Idem ex analysi sanguinis podagricosum chymica, collata cum analysi sanguinis sanorum probat, testatus alcali, quod in illorum sanguine reperitur, sepius se invenisse ad alcali, quod ex horum sanguine elicitur, ut 6 ad 4, aut quoque ut 5 $\frac{1}{2}$  ad 4. Remedia, quæ post venæsectionem in plethorici corpore celebratam, huic malo opponuntur, ex tartaro vitriolato cremoreque tartari constant, quibus additur, infusum radice bardanæ, eringii & ligni sassafras, ac tandem pulvis lapidis hæmatitis cum cremore tartari haustus in infusione, rad. ering. sem. bardanæ & fraxini. Externe applicat Auctor balsamum ex olei oliv. unciis octo & olei vitrioli optime rectificati unciis duabus mixtum, ejusque vires summis effert laudibus; vel etiam partes affectas fovet urina vaccæ, in cujus bullientis libris quatuor salis marini libræ tres fuerunt dissolutæ. Elixir sulphuris, quod pro infigni stomachico & antifebrili habet, podagricisque proprium componitur ex olei sulph. per campan. unciis duabus, spiritus vini optime rectificati libra una, sacchari cand. alb. unciis duabus, caryophyllorum & maceris ana drachmis sex, in matraccio optime clauso per dies decem digestis. Accedunt huic libro nonnullæ observationes medicæ de februm curatione per acida, quibus hypothesis Auctoris confirmatur.

THE DOCTRINE OF ACIDS IN THE CURE OF DISEASES farther asserted &c.

h. e.

*DOCTRINA DE ACIDORUM IN CURANDIS MORBIS USU  
ulterius asserta, seu Responsio ad Objectiones contra illam factas  
a Dr. F. Tuthill &c. Auctore JOH.  
COLBATCH.*

Londini apud Dan. Broun, 1698. 8. plag. 9.

Jungimus hunc librum præcedenti, cum totus in defendendo acidorum usu versetur, occasione sumpta ex litteris Dn. Tuthill ad Auctorem scriptis, in quibus non contemnendæ Auctori circa suam hypotheseum



the fin moventur difficultates. Ac primo quidem objectionum Auctor facile largitur, esse aliquid in sero alcalici aut huic analogi, quod ita commutet syrupum violarum, neque tamen hinc concludi posse putat, serum illud alcalizatum esse originem omnium morborum, præsertim cum bene valentium hominum serum eodem modo syrupum violarum viridi colore inficiat. Porro neque hoc phænomenon satis ipsi consistere videtur cum hypothese de sero alcalizato, quod scilicet serum illud viridi colore a syrupo violarum imbutum non effervescit cum spiritu vitrioli, more omnium alias alcalium. Deinde quamvis in sero sint nonnunquam particulæ quædam calidæ, quæ ab acidis optime domantur, in quæstione tamen adhuc esse ait, utrum alcalicæ sint nec ne? quoniam si essent fixioris naturæ, non appareat, cur summa petant & sero innatent; si volatilioris, acedine se sua prodere, cum tamen hoc experientiæ adversetur, qua serum illud fere inspidumprehenditur. Jam cum in hydrope, catarrhis & quandoque in podagra sanguis valde tenuis, fluxilisque reperiatur, quærit, annon hæc tenuitas acidorum potius, quæ sanguinem fundunt, quam alcalium abundantiam arguat? Provocat quoque ad rerum magistræ, quæ docet ab acidis exhibitis plurimum doloris excitatum fuisse, miraturque Auctorem lignum sassafras in usum trahere, cum tamen hoc lignum acidum non sit, nec alcali podagra laborantium subjugare possit. Tandem vel sine alcali posse syrupi violarum colorem mutari; hinc non improbabile putat, quod infantibus, in quibus nulla alcalium abundantia, sed quandoque pulveres testacei fermentationem excitant, exhibitus ab iisdem viridis excernitur.

His objectionibus ut satisfaciat libri Auctor, primum allegat experimenta sua, quibus ex sanguine morbidorum satis notabilem spiritum alcalici quantitatem elicit, nihil moratus illos, qui ab ignis violentia novas substantias, quæ concreto non inerant, produci contendunt, satisque firmo stare talo arbitratur, quæ de alcalibus ex commixtione cum syrupo violarum cognoscendis, omnium consensu tradantur. Porro non negat, etiam sanorum hominum sanguinem aliquid alcalici continere, præsertim cum rarissimi sint homines perfecta sanitate gaudentes; sed id sibi concedi quoque vult, plus alcalici in ægrorum reperi sero, atque id quidem considerandum esse, ut excrementum ex sanguine eliminandum, sit recrementum quasi flam-

mæ

ræ vitalis, quæ sulphureis pascitur particulis, quibuscumq; acida semper conjunguntur. Serum morbidorum cum oleo vitrioli effervescente omnino confirmat. Calorificas autem in sanguine particulas, de quibus objiciens loquitur, alcalicas esse statuit, quæ dum sanguinis globulos comminuunt, & sulphureas particulas, quæ pabulum sunt flammæ vitalis, dividunt, vel fermentationem excitant, vel flammam vitalem maxime augent. Cæterum quamvis Auctor ad probandum in sero alcali, id misceri jusserit cum syrupo violarum, non tamen eam sibi mentem fuisse testatur, ac si statuerit, in solo sero hæere alcalicas particulas, sed potius easdem toti sanguini esse admixtas. Neque vero concedit opponenti, serum febricitantium insipidum fere esse, cum Auctor sæpenumero satis acre illud, ut & linguam morficarit, invenerit; aut acida omnia sanguinem tenuiorem reddere, cum acida quæ plurimo sulphuri sunt unita, aperientia sint, & sanguinem succosque in convenienti fluiditatis statu retineant, sed quæ parum sulphuris habent, sint styptica, & sanguinem succosque nimis fluidos ad debitam consistentiam reducant. Ad acidorum autem classem refert Auctor non tantum manifesta acida, sed quæcunque destillationi exposita stagma fundunt acidum, uti v. g. ligna. Ad reliqua respondet, ab acidis dolores quandoque exasperari mirum non esse, præsertim initio & non sufficienti quantitate exhibitis: lignum sassafras ad acidorum tribum pertinere; syrupum violarum in infantibus viridi colore tingi a bile, quæ manifestum est alcali; esse tandem quandoque acidum aliquod in stomacho, ibique turbas dare, sed nulla alia in corporis parte. Appendicis instar adjunctæ sunt duæ observationes medicæ cum formulis remedium adhibitorum.

### A PLAIN INTRODUCTION TO THE ART OF

Physic &c.

h. e.

*FACILIS INTRODUCTIO IN ARTEM MEDICAM, CONTINENS fundamenta & necessaria præliminaria ad praxin, Auctore*

*J. PECHET Membro Collegii Medici*

*Londonensis.*

Londoni, apud Henr. Bonvick, 1697, & plag. 26.

Eum

**E**Um in finē cum conscriptus sit hic liber, ut tyronibus facilius redatur lectio auctorum practitorum, prima quidem ejus pars complectitur Institutiones Medicas ex optimis auctoribus collectas, Physiologiam, Hygienem, Pathologiam, Semioticam & Therapeuticam breviter explicantes. Secunda continet Materiam Medicam contractam, ex Ettmullero & Marggravio maximam partem depraetam, cui deinde accedunt alie quoque compositiones Pharmaceuticæ & remedia Chemica. In Semiotica de Uromantia luculenter agit Auctor, fraudesque Medicastrosum graphice depingit, ostendens quanto se periculo exponant, qui remedia post solum lotium inspectum præscripta ab impostoribus illis assumunt.

**ELUCIDATIO HISTORICA ACTORUM IN CONTROVERSIA**  
*super origine, antiquitate & historiis Sacri Ordinis B. M. de Monte Carmeli, inter quosdam illius & Societatis Jesu Scriptores Actuum Sanctorum illustrare professos; quæ est Pars tertia & ultima Responsonum DANIELIS PAPEBROCHII, S. J.*

*Th. ad Exhibitionem Errorum ipsi imputatorum ab Adm. R. P. Sebastiano*

*a S. Paulo, Carmelita,*

Antverpiæ, apud viduam & hæredes Henrici Thioullier, 1698, 4.  
 Alph. 1. plag. 5.

**N**On sensa solum sui animi, sed modum etiam, quo illa in Actis Sanctorum protulit ac sustinuit, quoque ea proferri ac sustineri Societas Jesu passa fuit, maximopere impugnari per annos jam triginta intellexit celeberrimus Papebrochius, indeque ista pariter ac hunc defendere uberius consultum arbitratus est. Sicut autem priorum Apologiam partibus duabus adversus P. Sebastianum a S. Paulo editis, justoque studio a nobis in Actis hisce A. 1696 pag. 500, & hujus anni mensē Febr. p. 81, nec non mensē Martio p. 129 recensitis, textuit: ita & posterioris patrocinium sigillatim suscipere non detrectavit; id quod in opere præsentis, cui titulum tertie ac ultimæ Responsonum partis indidit, ab eo præstitum videmus. Ac in Præfatione quidem in antecessum nonnulla monet de libello supplici anno 1683 Innocentio XI Pontifici a P. Sebastiano a S. Paulo ( prout affirmet

quidem hic, dubium tamen, an veritate integra,) exhibito, in quo adversus Acta Henschenii & Papebrochii iis in locis, ubi Carmelitarum impugnent auctoritatem, censura expetitur, & cui una cum adjectis rationibus typis impresso responsum tunc est a Conrado Jaenningo in brevi Instructione, quæ & ante primum Tomum Junii, & heic recusa deprehenditur. In isto autem libello supplici cum falsa veris misceri passim statuat Papebrochius, hinc ad historiam controversiæ Carmeliticæ plenius enarrandam accedit, multisq; ante omnia argumentis probat, Bollandum & Henschenium, utut de origine Ordinis Carmelitici semper dubios, amicitia tamen causa ab ea discutienda sic abstinere voluisse, ut nec confirmarent eam, nec sibi interdicerent obiter saltem monere, illam sibi non esse exploratam, Sanctosque, quos idem Ordo tam liberaliter sibi arroget ante seculum duodecimum, nequaquam sibi tales videri; in reliquis autem Ordinibus ejusdem, quorum Acta non undiquaque perspectissima haberent, moderata, cum opus esset, censura abstinere nollent. Arrisisse hoc consilium Patribus Carmelitis ostendit, nec quempiam scripto publico Actorum conditores impugnasse, usquedum P. Franciscus Bonæ Spei, provinciæ Flandro-Belgicæ Ex-Provincialis, edita *prima Armamentarii sui parte*, præter alios Societatis Jesu Soeios, Actorum quoque Scriptores ob illatam antiquitati Ordinis Carmelitici injuriam accusarit, & ad reddendam sui de ista controversia silentii affectati obscuræque brevitatis rationem provocarit. Dare hanc prius voluisse Henschenium, sed post provinciam istam in se devolutam Papebrochius observat, quam etiam in prolixo satis de B. Alberto, Ordinis Carmelitici Legislatore, commentario, Aprilis Actorum Sanctorum mensi inserto, functus fuerit, sed ita tamen, ut omiſſa adhuc dum definitione ultima, istud unicevictum dare laboraverit, quod parum solidis meritoque suspectis fundamentis in asserenda origine sua Carmelitæ niterentur. Quam promte autem plurimi Ordinum omnium Eruditi Dissertationi huic subscripserint, tam acerbè modis non unis contra eam insurrexissent Carmelitas quosdam, editamque anno 1677 *secundam Armamentarii partem*, imo & in Speculo Carmelitano *Propugnaculum istius Ordinis historia* a P. Daniele a Virgine Maria adversus Actorum Collectores congestum innuit, sed posterius tamen aliquot demum ab Auctoris morte annis, cum plurimis iisque acerbissimis, & quæ ipsis paulo

paulo mitioris ingenii Carmelitis displicerent, accessionibus in lucem emissum queritur. Secundæ Armamentarii parti responsum se parasse in Tomis ad Majum mensem facientibus, & tentatam quidem cum Carmelitis concordiam, excisa quoque inde vita S. Angeli ipsis molesta; sed istam multis mediis ab ipsismet impeditam fuisse postquam late enarravit, de libellis istis, quos spargi Carmelitæ fecerint, quales, *Nodus Papebrochio indissolubilis, Præco Marianus, Novus Ismaël, Prodromus Carmelitanus, Heroica Carmeli Regula, Pomum discordiæ, &c.* ulterius differit, scriptamque de eorum nonnullis ad Serenissimum Hassiæ Landgravium, Ernestum, Roma a Conrado Janningo epistolam subnectit. Aliam deinde a Carolo du Fresne, Cangii Domino, ad Antonium Wion de Herouval Gallice perscriptam, libellosque Carmelitarum improbantem producit, & hanc una cum appendice quadam ex mente Scriptoris ab alio addita, jussu & sumtu Serenissimi, quem modo nominavimus, Landgravii in Latinum idioma translata, impressamque anno 1683 fuisse memorat; missas ea propter ad hunc per F. Stephanum a S. Johanne Evangelista, Francofurtensem Carmelitarum Priorem, literas multum de isto instituto querentes, sed & a Cancellista Principis oppositas responsorias, & quæ has exceperunt, novas Stephani illius apologeticas priorum in medium afferens. Ea vero occasione audax, quod appellat, Carmelitarum Leodiensium figmentum perstringit, qui sub Herouvallii nomine epistolam ad Cangium conceperint, & istum ita scribentem introduxerint, ac si hunc ob latum de Carmelitis judicium admodum reprehenderet. Enimvero meras egisse homines illos imposturas, e testimoniis ipsius Herouvallii pluribus, quibus hic se ignorare & rejicere epistolam illam confirmat, palam evincit. Veritos igitur adversarios, ne, si fraus detegeretur, malam in Curia Romana gratiam incurrerent, querelas suas de vulgata passim Cangii ad Herouvallium epistola ad Romanum Pontificem, Innocentium XI detulisse, sed præsentem tunc Romæ Janningum, opposita rei totius enarratione genuina, id obtinuisse, ut Pontifex ulteriore Carmelitas scriptione interdiceret; quo tamen interdicto posthabito, libellus pseudonymos anonymosque divulgare hi nequaquam omiserint, ut puta: *Nibilum Jesuiticum, Debita Papebrochiana, Papebrochium bombardizantem, Herculem Commodianum in Papebrochio redivivum*, quorum titulos æque ac contenta Noster

studiose recenset, seque interim ad singulos eorum consulto facentem in digerendis Actorum Tomis strenue perrexisse testatur. Postea quara vero jam ad quatuordecim volumina opus, cui cum Henschenio ipse insudarat, exerevisset, anno 1693 cum sua, quam nuncupavit, *errorum Exhibitione* in scenam produisse dicit R. P. Sebastianum a S. Paulo, qui factam annis antecedentibus ad Inquisitionis Hispanicæ tribunal delationem, clandestinam eam quidem, sed & penitus tunc rejectam, instaurari isto pacto fecerit, dum Carmelitæ totam fere Exhibitionem in librum Hispanicum, sub titulo *Exposición de los errores* Madridi anno 1694 impressum, transfuderint, & hunc secutum ait anno 1695 Decretum Hispanicum Acta Sanctorum Henschenio-Papebrochiana proscribens, quod Carmelitæ Latino, Hispano. Gallico Teutonicoque idiomate mox imprimi & undique dispersi curarint. Miratos tunc prudentiores, qui fieri potuerit, ut tam brevi spatio volumina tot legerentur examinarenturve; plerosque autem, quod fide non optima protractum fuerit Decretum istud, penitus sibi persuasum habuisse. Quinimo Supremum in Hispania Inquisitorem annuisse, ut apologia pro Actis exhiberetur, instituereturque causæ revisio, in cuius rei fidem decretum anno 1697. mense Augusto conceptum allegat. Prout autem cum Sebastiano a S. Paulo congregientem primum Conradum Janningum introducit, & libros utro citroque evulgatos enumerat, sic delationem Janninganorum quoque meletematum ad Hispanicum tribunal a Vice-Rectore Salmanticensi anno 1696 factam fuit, nec scripta alia, veluti *Theses Hispalenses & Vocem veritatis*, ad decretum Hispanicum palliandum ab adversariis confarcinata reticet, obiter, quid in sui defensionem alii susceperint, subinnuens. Paulo vero prolixior est in commendando plurimum per Germaniâ Episcoporum, Archi-Episcoporum, Electorum studio, quo exaratis quoque Romam ad Pontificem ipsum Prælatosque complures literis, Sanctorum Acta protegere allaborarint. Epistolas quoque ab Augustissimo Imperatore LEOPOLDO ad Pontificem æque ac Hispaniarum Regem sub initium anni 1696 missas apponit, & quomodo ad priorem illam Carmelitæ fictam Papæ responsionem conflarint, posteriorem verò coram ipsa Inquisitione tanquam hæreticam, schismaticam, suppositivamque accusaverint, negotio tamen utrinque non satis feliciter cedente, fusius ostendit. Interim se coactum refert, ut apologiam suam ad-

adversus Exhibitionem errorum Sebastiani a S. Paulo conderet, quam spatio quindecim mensum perfectam, in Italia, ubi dextre fatis de eadem ( quicquid contra machinentur Carmelitæ.) judicetur, Societatis Jesu Generalis œcudi jufferit. Similem eventum se ab ea in Hispaniam missa expectasse, præsertim cum P. Antonius Xaramilius aliam Hispanica lingua defensionem struxerit; verum & hanc suppressam, & illam sub prætextu Decreti alicujus obstantis a tribunali rejectam, sibi que, ut apologia secreta Hispanico idiomate composita se purgaret, injunctum; ast vero ad hanc, mense Junio anno 1696 jamtum primo ac secundo Tomo Martii exhibitam, nullum responsum datum haberi dolet. Denique adversarios suos Carmelitas eousque progressos addit, ut exhibitio Regi Hispaniarum libello supplici, Regni quoque illius Episcopis, mutatis modo, quæ mutare fas erat, oblato petierint, vellēt a Romano Pontifice postulare præceptum silentii iis omnibus imponendi, qui istorum ab Elia successionem minus probarent. Ast uti hocce desiderium iniquum admodum pronunciat, ita P. Xaramilius alium concepisse libellum supplicem observat, quem P. Antonius Beltran Regi tradiderit, quemque, ut paulo proximior, integrum heic legendum dat. Hunc cum totius curiæ applausu vutatum, preces quidem ad Pontificem pro indicendo silentio deferendas impedivisse asserit, sed libros tamen Sebastiani non minus ac alios, aut pro se aut contra se conscriptos, mandato sub prætextu pacis utrinque silentio, in Hispania colligi iussos; at suæ innocentie, a sola forsan Curia Romana aliquando vindicandæ, subsidium nullum allatum fuisse memorat.

*EXAMEN DIVINITATIS, QUAM IN CARMELO VESPASIANI  
annu consuluit; sive C. Suetonii Tranquilli locus de Deo Carmelo Hispanice explicatus per Excellentissimum Dominum D. GASPAREM de MENDOZA, Interprete Daniele  
Papebrochio.*

Antverpiæ, apud viduam & hæredes H. Thieulhier, 1698. 4.  
plag. 5.

POSTEAQUAM labore contenta responsum, quas R. P. Sebastiano a S. Paulo Papebrochius opposuit, recensendi in Actis hisce nostris

xxx }

stris defuncti sumus, pauca quædam adhuc monere par est de nonnullis operibus, quibus alii etiam Scriptores causam Papebrochianam sive obiter sive ex instituto magis adjuvare. Ac istud quidem, cujus titulum heic exhibuimus, Hispanice jam A. 1678 prodiit, periochamque adeo nostram aliquot annis antevertit; quamobrem, ut in ejus prolixiori delineatione occupemur, necessarium haud est. Id modo observamus, quod Excellentissimus illius Auctor sententiam Carmelitarum, & Patris maxime Laurentii Angeli Espin, ac si memoratus apud Suetonium & Tacitum *Deus Carmelus* verus esset Deus, & Vespasianus sua ætate continuatam successionem discipulorum Eliæ in monte Carmelo deprehendisset, multis argumentis refutarit, atque contra Carmelum ipsum pro Deo a Gentilibus superstitione habitum cultumque fuisse docuerit. Sed cum hoc parum arrideret Carmelitis, arrepta aliunde occasione Auctorem velut Papebrochio faventem ad Inquisitionis Hispanicæ tribunal detulerunt, ejusque scriptis ignorantia notam impegerunt. Adversa igitur hæc sui causa Virum illustrissimum pati cum doleret Papebrochius, honori ejus consulendum ratus est Latina versione operis, quod Carmelitas imprimis offendit, quo, dum lingua eruditis communi istud legeretur, judicarent omnes, jurene an injuria ignorantibus accenseaturis, a cujus ingenio monumenta istiusmodi proficiscantur. Cæterum in ipsa Hispania Papebrochium coram tribunali sacro fufius defendit P. Antonius Xaramilius, scripta Hispanice *pro veritate Apologia, contra varias imposturas & accusationes publicas adversus personam & libros P. Danielis Papebrochii ipsumque Societatis Jesu institutum*, quam Latine redditam aliquis e Societatis Jesu Theologis, P. Petrus Cant, Antverpiæ A. 1698 auspiciis Papebrochianis fecit imprimi. Certa insuper, quæ nuncupavit, *Praambula* cum Exhibitioni suæ præmiserit R. P. Sebastianus a S. Paulo, & Papebrochius in respondendo occupatus his neglectis ad ipsum statim opus perrexerit, hinc istorum *Examen Juridico-Theologicum*, tribus adeo responsionum partibus præponendum, additus nunc Papebrochio Socius, Nicolaus Rayæus, in se suscepit, ipsoque hoc anno Antverpiæ vulgavit. Ultrique tamen nihil fere dicitur, quod cum responsionibus Papebrochii haud coincidat, suoque loco abs eo uberius deductum non sit: quamobrem, si circa scripta hæc diutius hæere vellemus, metuendum esset, ne Benevolo Lectori supervacanea jam

tum



tum dictorum repetitione tedium crearetur. Isti autem, quod ultimo loco nominavimus, Examini *Synopsis Questionum curiosarum Historico-Theologicarum* Papebrochius subnexuit, & cuncta, quæ in tribus responsionum suarum partibus late persecutus est, in compendium accuratissime redegit, quod proinde post dedicatorem primæ partis Epistolam inferi non incongrue posse existimat.

*LUCII COELII SIVE CAECILII LACTANTII FIRMIANI Opera omnia, quæ exstant. CHRISTOPHORUS CELLARIUS recensuit, & Adnotationibus illustravit.*

Lipsiæ, apud Thomam Fritsch, 1698, in 8. Alphab. 2. plag. 4.

Quantum Lactantii nomen inde ab ætate ejus in Ecclesia fuerit, luculentis testimoniis antiquorum juxta & recentium scriptorum approbatum est. Plures equidem e Græcis Latinisque Paganorum impietatem stylo oppugnaverunt; nemo autem fortius, si robor argumentorum spectemus: nemo elegantius, si ornatum dictionis: neque etiam, si vim & pondus eloquentiæ, quisquam efficacius id præstitit, quam Firmianus Lactantius. Ex quo illustrissime apparet, quantum etiam sacris studiis humaniorum præ momentum & subsidium, si scite adhibeantur, adferant. Cuius vero optimus Auctor in nostris oris raro admodum proculsus fuerit, ut ex Britannia arcessere necesse esset, quem juventuti ad legendum imitandumque commendaremus: faciliori ejus usui apparando clarissimus Editor, ut unanimes editionum tolleret, ad MSSorum fidem correctum, novisque adnotationibus illustratum, in lucem & usum publicum emisit. Sex ad id usus est MSS. codicibus, quorum tres ipse evolvit, ex Paulina nostra Bibliotheca acceptos: tres ab aliis integre collatos enotatosque; in emendationis consilium adhibuit. Binos enim Cantabrigiensis editio clæ Ioc LXXXV, Academiæ alterum, alterum Emmanuelensis Collegii, ubi dissentiant a vulgatis, cum cura excerptos exhibet: unum, in Serenissimi Ducis Saxonis Gothani Bibliotheca adservatum, vir itidem clarissimus Wilhelmus Ernestus Tenzelius, id rogatus a Cellario, cum Cantabrigiensis editione composuit, & quæ illius propria sunt & singularia, diligentissime adnotavit. Nec minus hac nova editione illorum ratio fuit habita, quæ doctissimi Editores, Janus Parrha-

Parrhasius, Xyftus Betuleius, Michael Thomafius, Servatius Gallæus, & Thomas Sparkius, in fuis quifque codicibus manufcriptis obferunt, & quæ fummi viri Jo. Friderici Gronovii Monobiblos Obferuatorum in Scriptoribus Ecclefiafticis, Lactantio emendando fingulares eruditasque caftigationes propofuit. Quorum omnium induftria collatione tandem hæc, quam commendamus, adornata & confecta eft editio. Additus eft fingularis liber de Mortibus Perfecutorum, a celeberrimo viro Stephano Baluzio in lucem nuper protractus, in quo ex illorum obferuationibus, qui ad libellum illum commentati funt, quod a quouis præclare inventum monitumque fuit, carptim quoque nofter Editor appofuit: & ne quidquam editione nova defideretur, Carmina quoque tria, a nonnullis Lactantio adfcripta; ut de Phœnice, de Pafchate, de Paffione Domini, adjecit, ufus in iis doctiffimorum ingenio, Nicolai Heinfi in primo, in altero Chriftophori Brovveri, in ultimo tandem Andreæ noſtri Rivini. Quod vero Lactantius quaſi promus omnis eruditæ antiquitatis, veterumque rituum ac ceremoniarum eſt, quibus vel ipſa vetuſtas obſcuritatem quandam obduxit; non hæc modo adnotationibus illuſtrata dedit, ſed Latinitatis etiam explicandæ, quæ fecunda ſeges hujus Auctoris eſt, operam non poenitendæ contulit. De Vita Lactantii quantum haberi poteſt, in modum excerptorum cum Præfatione conjunctum eſt: in fine adjecti tres Indices, primus Auctorum, quibus uſus eſt Lactantius: ſecundus Rerum notabiliorum: & tertius Verborum ac Formularum, ſive Latinitatis, hæc quoque percommoda editione in majus & melius, quod laudati Editoris ſtudium eſt, feciliter provehendæ.

---

 L I B R I N O V I

*The Anatomy of Humane Bodies, by William Cowper, Surgeon. Oxford and London by Samuel Smidt and Benjamin Walford, 1698, in fol. maj.*

*Guilielmi Cave Scriptorum Eccleſiaſticorum Hiſtoria Literaria. Pars altera. Londini apud Rich. Chiswel, 1698. fol.*

\* \* \* \* \*

# ACTA ERUDITORUM

*Publicata Lipsia*

*Calendis Decembris, Anno M DC XCVIII.*

*VOLUMEN RERUM GERMANICARUM NOVUM, SIVE DE  
Pace Imperii Publica Libri V. Autore JOHANNE PHILIPPO DATT,  
Serenissim. Wurtemberg, Duc. in Super. Consil. Confistor.  
& Senatu Eccles. Consiliario.*

Ulmæ, typis Eliæ Kühnen/ 1698, in fol. Alphab. 8. plag. 19.

**U**Ti nulla est Respublica, quæ non juxta diversas temporum periodos variis casibus subjaceat: ita Germania nostra, multiplicem eamque sæpe difficillimam experta est sortem, adeo ut non tantum vinculum civile fuerit enormiter laxatum, imo sublatum, sed & communis socialitas tantum non interciderit; in cujus rei seriem & causas inquirere, nostrum jam non est. Imprimis vero temporibus Henricorum, usque ad sæculi decimi sexti initia, oppido turbulentus fuit Germaniæ status, sæpeque Proceribus Germanicis pacis publicæ utcunque reducendæ ac firmandæ imposuit curam. Hanc rem memorabili ac laboriosissimo hoc opere Consultissimus Autor, B. Knipschilddii, Icti post fata etiam celeberrimi, ex filia Nepos, executus est, ac Actorum publicorum documentis, ex archivis Reipublicæ præcipue Eslinganz depromtis ita roboravit, ut instituti hujus diffusam per præcipua Juris Publici capita utilitatem vero pretio eos, quibus Actorum publicorum irrefragabile pondus, & quam obseptâ hodie sint Archivorum limina, notum sit, esse æstimaturos, ipse merito existimaverit. Opus hoc historicum quidem est, sed solidioris Jurisprudentiæ, qua divinæ qua humanæ, placita passim insperfit, tantaque fa-

cundia doctas cogitationes ubique explicavit Nobilissimus Autor, ut eadem opera & in historia Germanica profunde doctum, ac doctrinæ civilis omnique elegantioris literaturæ peritissimum se ostenderit. Sed eamus in rem præsentem. Partitus est Noster totum opus in quinque libros. In *primo*, postquam foedam illam bellorum privatorum seu fadarum licentiam, feroci Germanorum genti olim solennem, geminamque impietatem, qua duella decidendis litibus ac eruendæ delictorum veritati adhibebantur, recensuerat, ad media pacis explicanda se confert. Cum vero inoliti abusus statim in totum aboleri non possent, de induciis primum & pace temporaria cogitatum fuit, & pia quidem Episcoporum quorundam sollicitudine effectum est, ut saltem statis diebus hostilia, cruentæ cædes & rerum vastatio cessarent, quas inducias *Treugam Domini, Dei Treviam pacemq; Dei* nominabant. Ad harum imitationem etiam *pax publica* constitui cœpit, cui formandæ variaz constitutiones factæ sunt, inque earum firmamentum plura foedera expresso vel tacito Cæsarem consensu inita, quæ tamen sine suo exciderunt, ac intestino bello inter Principes Civitatesque causam præbuerunt. Imprimis memorabile est foedus magnum inter Rhenanas & Suevicas civitates anno 1381 contractum, quod tamen paulo post dissolutum est, constituta in conventu Egrano A. 1389 pace publica. Illius tamen restitutio aliquoties fuit tentata, plura etiam foedera in diversis Imperii provinciis, Alsatia puta, Franconia, Bavaria aliisque in emolumentum publicæ pacis sunt inita; quæ omnia Noster diversis capitibus *persequitur, insertis ex instituto* copiose Actorum publicorum formulis. Postea etiam *ex professo* docet, foedera illa legitima non fuisse, nisi ex consensu Cæsarem; hinc illicitas conspirationes & confederationes quoque explicat. Cum tamen pax publica istis temporibus solum pacis temporariæ rationem haberet, nec diffidationes ac bella privata cessarent, inde diffidationum forma ac modus Constitutionibus vel foederum tabulis præscriptus, effectusque latius ab eodem explicatur, nec non quomodo pax publica publicata, Irenarchi seu iudices eo nomine constituti, quodque præcipuum eorum officium fuerit, aliaque ad jurisdictionis administrationem, executionem, pacisque defensionem pertinentia recensentur. Speciatim deinde exponitur, quomodo pax publica in Comitibus Norimbergensibus A. 1431 sit constituta; qua occasione de expedi-

peditione Hussitica legibusque castrensibus, prima Imperii Matricula, communi denario in usum Hussiticæ expeditionis tum indicto, differtur; quam dissertationem excipit ulterior pacis publicæ in Comitibus Egranis A. 1437 & Norimbergensibus A. 1438 constitutæ ac firmatæ, nec non originis Circulorum Imperii, Judiciorumque Austregalium consideratio. Quibus omnibus tandem, quid circa constitutionem & promulgationem pacis publicæ in diversis comitiis, præsertim, conventu Franckofurdiano A. 1486 actum sit, subjicitur. Omnia autem Actorum publicorum documentis firmari & illustrari, amplius admonendum non est, ac in sequentibus quoque semper intelligi debet, cum id institutum doctissimi Autoris generaliter insinuet. In *secundo* libro celeberrimum illud fœdus Suevicum, defendendæ paci Franckofurdianæ A. 1488 initum, ex professo expositurus Noster, per modum præludii quædam de diversis societatibus San-Georgianis præmittit, ac in quantum societatis Clypei S. Georgii elogium Suevico fœderi conveniat, ostendit, præcavendo errori, ne quis fœdus hoc cum laudatis societatibus indistincte coincidere existimet. Postea ad ipsam fœdus conversus, de ejus origine, causis suasoriis, deliberationibusque eo nomine institutis fatagit, tabulas fœderis A. 1488 conclusi producit, illius incrementa, allectis in id variis, etiam valde potentibus sociis docet, diversas prolongationes, ipsam etiam Pontificis Romani confirmationem adducit, ac ex quibus causis fœdus A. 1534 artibus vel Caroli V, vel Francisci Galliarum Regis, fuerit dissolutum, ostendit. His explicatis interiorem fœderis illius habitum, & quomodo illud, quo pacis publicæ defensionem sufficeret, formatum sit, expendit, hinc de Consilio sive Senatu fœderis, speciatim de Ducibus, Consiliariis, Judicibus, Assessoribus & Actuariis disserit; inde ad fori competentiam, actiones ac causas in judicio Suevici fœderis ventilatas, formamque processus judiciarii, ac appellationes quibus sententiæ judicum subjectæ fuerunt, digreditur; denique modum expeditionum bellicarum, fœderis nomine susceptarum, nec non officia sociorum inter se proluxe ac erudite exponit.

Hactenus Germania pace solum temporaria fruebatur. Sed Maximilianus in comitiis Wormatiensibus A. 1495, æterna ac semper valitura lege eam sancivit. Horum itaque comitiarum Noster in libro *tertio* celebritatem in genere primo indicat, ac repetita ex prio-

ribustemporibus deliberationum comitialium historia, summa propositionis Cæsareæ, in laudatis comitiis discutendæ, de bello nimirum Turcico, Geldrico, Italico, de stabilienda pace publica & reformatandis judiciis, capita proponit. Inde auxilium pecuniarium, in Italicam expeditionem Cæsari indultum, fœderaque contra Gallos percussa persequitur: postea vero historiam *communis denarii*, in subsidium præcipue pacis publicæ solvendi, prolixè texit, adjectis iis, quæ ad expeditiones Maximiliani Italicæ pertinent, insertoque per utilissimam jucundamq; digressionem libello temporibus Caroli IV scripto, Cæsaremque in Italiam ad componenda Italorum dissidia invitante, necnon designatione civitatum ac castrorum Italicorum, quæ ea tempestate ad Imperium Germanicæ-Romanum pertinebant. Explicato ita primo pacis publicæ fulcro, deinceps ad alterum, scilicet *Regimentum Imperii* progreditur. De eo constituendo jam in laudatis comitiis Wormatiensibus A. 1495 deliberatum esse, secus ac vulgo sentiant, dum ejus prima cunabula ad initia seculi XVI demum referant, idem censet, ac ordinationis Regimenti formulam novam & extensivorem in his comitiis conceptam adducit, quidque vel ulteriori deliberationi reservatum, vel Regimento demandatum sit, per aliquot capita exponit, atque ita de Concordatis Nationis Germanicæ, restoratione politicæ, judiciorum ecclesiasticorum excessu aliisque disserit. In libro *quarto* tertium pacis publicæ fulcrum, nempe *Camerale Judicium*, in comitiis Wormatiensibus constitutum, expendit Consultissimus Autor, contexta prolixiori ejus historia, in qua inter alia censet, judicium Camerale olim etiam judicium Cæsaris Aulicum appellatum fuisse, sed post conventum Wormatiensem, hoc sub nomine Consilii Aulici, *des Kayserlichen Reichs Hoff Rath*, ab illo fuisse distinctum. Postea de judiciis Westphalicis, ut præcipuo pacis publicæ turbamento, disserit, & licet Bœclerus existimaverit, ex archivis vix alia de his judiciis haberi posse, quam quæ de eorum abusu testentur, Noster tamen plura consignavit, quæ legitimum eorum usum ostendant. Hinc de fori competentia, de causis ad hæc judicia devolutis, de literis citationum, mandatis procuratoriis, sententiis interlocutoriis, definitivis, personis in judicio adstantibus, absolutionumque formulis, aliisque documentis, rem judiciariam illustrantibus, varia memorabilia afferuntur, quibus reformatio judicii vetiti Westphalicæ,

phaliæ, nec non declaratio variorum articulorum, ad iudicium illud pertinentium, a Scabinis anno 1404 ad interrogationem Ruperti Imperatoris facta, ex MSSis membranaceis additur.

In libro *quinto* textus Noster historiam constitutionis pacis publicæ, in qua tum occasionem ejus, tum diversas Cæsaris Statuumque deliberationes eo nomine in comitiis A. 1495 habitis, percurrit, cur historiam confirmationis laudatæ pacis subjungit, & quomodo in ejus tutelam diversa fœdera inita, quæque ei contrariabantur, sublata fuerint, ulterius commemorat. Cum autem in fine constitutionis pacis publicæ Nobilitatis Equestris fiat quoque mentio, atque hinc illi, qui hujus partes tuentur, colligant, Nobilitatem immediatam olim comitiis interfuisse, ac Status Imperii fuisse, Consultissimus Autor noster dubium hoc erudita conjectura removet, ostendendo, non omnem, sed Suevicam solum ad Hegoæ tractum & Danubium, sub S. Georgii Clypeo, jam inde ab initiis seculi XV confœderatam Nobilitatem ad comitia, in Suevia præsertim habita, fuisse convocatam, occasione solum fœderis Suevici, in quod laudata Nobilitas concesserat, & in quo classi Prælatorum Comitumque adscribebatur: quamvis, quomodo cum Nobilitate, hac occasione ad comitia vocata, actum sit, haut expeditum esse idem fateatur. Atque ex ista hypothese speciatim Autori, qui ita pro Nobilitate immediata calamum strinxerat, ut eam non solum olim comitiis interfuisse, sed & hodie a collegio Comitum in iisdem repræsentari, atque eo sensu adhuc Statum Imperii esse contenderet, respondet, docetque quod collapso fœdere Suevico omnis Comitum Suevicorum & Equestris Ordinis conjunctio conciderit, ut hunc ab illis repræsentari, nulla idonea ratione ostendi queat. Cum porro idem Autor Civitatibus Imperialibus iniquior esset, earumque jus Status ab anno 1582 solum repeteret, hinc convelliendæ huic sententiæ, historiam controversiæ, de voto Civitatum Imperialium decisivo, a suis inde initiis usque ad pacem Westphalicam deducit, ac tandem operi eorundem impositurus, integræ Acta comitialia conventus Wormatiensis A. 1495, nec non Recensum comitorum Lindaviensium A. 1597, Wormatiensium A. 1597, Friburgensium A. 1598 habitorum, formulamque postulationis Cæsareæ ad comitia Friburgensia directæ exhibet.

Atque hæc est summaria delineatio nobilissimi operis, ex qua

Lectori perito facile constabit, ea tempestate in Germania adeo non fuisse unam Rempubicam, ut ne quidem civitas in ea, generatim spectata, fuisse videatur, sed potius status naturalis, plura corpora, in aliquem habitum civilem utcunque digesta, complexus; in quam fere sententiam jam tum graviter differuit Ludolphus Hugo, Nostro l. 1. c. 3. n. 17. seqq. laudatus. Specialiora heic referre, instituti nostri angustia, imo operis hujus elegantia prohibet. Cum enim in illud nihil nisi quod eximium ac memorabile est, relatum sit, ideo delectum aliquem facere vix licet. Unicum tamen seorsum memorabimus eo saltem fine, ut appareat, quantopere in placitis jus privatum præcipue respicientibus, ultra vulgares Juris peritorum regulas Noster etiam nitatur, & quam omnis solida jurisprudentiæ, qua publicæ qua privatæ mensuram implere idem sit idoneus. Moverat Illustris *Kulpius* (cujus vix XLV annos nati mortem, quam die 2 Septembris hujus anni obiit, merito nobiscum Orbis Eruditus luget) aliquando sub nomine *Conradi Sinceri* dubium, an in *Comitiis Wormatiensibus* A. 1495 habitis, *Maximilianus* constituerit, ut in *Camera* ex legibus etiam Romanis jus diceretur, quod hætenus plerisque juris interpretibus persuasum fuit: dubitaverat etiam idem, an nomine juris communis *jus Romanum* in variis *Recessibus Imperii* intelligatur? quod tamen *Conringio* aliisque indubium videbatur. Utrumque dubium Noster l. 4. c. 1. n. 103. seqq. erudite discutit, & quoad primum quidem censet, licet *Lehmannus*, ex quo vulgo *Cæsaris* Statuumque Constitutionem asserunt, non de constitutione aliqua expressa, sed consensu ac approbatione tacita, probabiliter explicari queat; sibi tamen vero magis consentaneum videri, quod ille, visa fortassis in *Spirensi* archivo formula, *Judici & Assessoribus* A. 1495 præscripta, non abs re statuerit, conventum tunc fuisse inter *Cæsarem* & *Status*, ut in *Camera* secundum leges Romanas tanquam jus Imperii commune judicaretur, ut mirum sit, cur formulam illam omiserint, qui codicem *Recessuum* primi dederint. Alterum vero dubium decem observationibus explanat, quarum summa est, elogium *juris communis* non idem semper, sed aliquando jus Romanum, aliquando Germanicum notare, de quo ex materia modoque conjunctionis, juxta regulas hermeneuticas sit judicandum; & videntur utique observationes istæ citius applausum esse merituræ, quam distinctio *Sinceri*, qua nimis abrupte contendit,

titu-



titulum juris communis ad leges Germanicas pertinere, quoties in Recessibus de jure agatur, ad cujus regulam sententiæ pronuntiandæ; quoties vero de jure, ad quod processus ratio adornanda sit, sermo instituitur, tum illo elogio etiam jus Romanum, Canonicum, imo Interpretum sæpe communes opiniones indigitari. Interim dicendum forte videtur, quod in ista disquisitione, cæteroquin eruditissima, cardo negotii non vertatur. Nam licet in Comitibus Wormatiensibus de jure Romano nihil statutum sit, de ejus tamen receptione, hodie imprimis, ambigi non potest. Porro licet detur, quod indistincte jus Romanum, nomine juris communis, in Recessibus Imperii veniat, quando tamen probari non potest, quod ejus receptione jura Germanica sunt sublata, (uti hoc nunquam probabitur) id nihil amplius erit, quam *commune subsidium*, seu jus quo deficientibus legibus domesticis, per universam Germaniam in subsidium uti liceat. De cætero doctissimo Auctori nostro vitam integramque valetudinem, nec non otium apprecamur, quo Opera, quæ vel ipse meditatur, vel ex schedis Knipschildianis parat, (*vid. præfat. ad lectur. l. 2. c. 1. n. 3. l. 3. c. 15. n. 40.*) in usum Reipublicæ, suo tempore lucem adspiciant.

*ACTUS PROMULGATIONIS PRIVILEGIORUM UNIVERSITATIS ALTORSINÆ NOR. INDULGENTISSIME CONFIRMATORUM & AMPLIFICATORUM, SEPTIMO SOLEMNI PETRO-PAULINO 3. Kal. Julii cIdo Idc XCVIII celebratus.*

*Accessit Renunciatio Doctorum Theologiae Prima, cum Programmatum & Altionum Gratiarum auctario.*

Altorsii, apud Henricum Meyerum, 1698, in 4to. Alph. r. plag. 5.

Quod Julius Cæsar Scaliger in metricis suis urbium elogiis de Nurenberga canit prædicatque:

Quis putet horrifico fociatas Marte Camœnas?  
 Sacra tamen duplex tempora laurus obit  
 Martis habe & Phoebi felicia tempora laude:  
 Sanctaque sit valido foedere juncta fides.  
 Omnibus ex istis ne tu ne demseris unum,

Addere quin potius omnia magna tuum est:

id Inelytus ejusdem Senatus, præter alia documenta vetustiora, egre-

egregie præstitit ante biennium; dum, durante adhuc tristi bello-  
rum tempestate, Camœnas suas Altorfinas benigno respexit vultu, &  
quod celebri illi Academiæ deerat unum, addere elaboravit; ut nimi-  
rum privilegia superiore & hoc ipso seculo ab Imperatoribus Rudol-  
pho II & Ferdinando II clementissime ipsi concessa, confirmarentur,  
& sicut hæctenus in ea Doctores ac Licentiati Juris & Medicinæ, Philo-  
sophiæ item Magistri Baccalaurei ac Poëtæ, creati sunt, ita & S. Theo-  
logiæ Doctores & Licentiati pariter ibidem renunciari possent. Im-  
petrata igitur facile hac etiam potestate ab Augustissimo LEOPOL-  
DO, Cæsare ac Domino nostro omnium Clementissimo (fabula enim  
est e trivio petita, eaque passim in hoc libro refutata, quasi olim ob im-  
prudenter quandam interrogationem, Ordini Theologico Doctores  
creandi facultas denegata fuerit) decrevit Illustri Senatus, ut anno  
superiore 1697 die festo Petro-Paulino, solennis privilegiorum Cæsar-  
reorum amplificatorum promulgatio Altorfii singulari cum splendo-  
re institueretur; & quo celebritas hæc feris etiam posteris innotescer-  
et, demandavit celeberrimo Oratoriæ Professori Ormeiso, ut quo or-  
dine & apparatu Panegyris illa adornata & peracta fuisset, referret in  
litteras, habitosque tum ab aliis tum ab ipso sermones & orationes  
colligeret, ac rem omnem litterato cum orbe communicaret. Paruit  
ille prompto lubentique animo, & actus hujus solennis (ad instar fere  
Publicationis Privilegiorum Doctoralium, in eadem Altorfina anno  
seculi hujus 23 celebratæ, & sequente A. 24 divulgatæ) descriptionem  
elegantè concinnavit; cujus summa tantum capita nunc recensēbi-  
mus. In Præfatione ad Lectorem causa scripti indicatur; nimirum  
ut publico hoc monumento prædicetur immortale Cæsaris Augustis-  
simi beneficium, quo insigniter Academiam Noricam ornavit, & quod  
parcius dederant Antecessores Gloriosissimi, plene cumulateque nunc  
adstruxit. Præfationem excipit ipse Actus Promulgationis Privile-  
giorum Cæsareorum Academiæ amplificatorum, & sermo sit de Festis  
Natalitiis Principum aliorumque hominum, urbium etiam, templo-  
rum & scholarum illustrium: ac duo mox inseruntur Programmata,  
unum nomine totius Inclyti Senatus Norimbergensis, alterum nomi-  
ne Magnifici Rectoris & Senatus Amplissimi Universitatis, quibus pu-  
blice denunciatur solennitas ista & celebritas Natalis Academiæ ter-  
tiii. Primus enim fuit dies S. Jacobo sacer A. 1580, quo publicaban-  
tur

tur privilegia Rudolphi II, quibus nobili tunc Scholæ facultatem Philosophiæ Baccalaureos & Magistros renunciandi concessit; alter, dies festus Petro-Paulinus A. 1623, quo Ferdinandi II Imperatoris magmenta privilegiorum, quibus Juridicæ ac Medicæ Facultati creandi Doctores & Licentiatos, ac Philosophico Ordini Poetas coronandi potestatem indulgit, sollemnissime promulgabantur. Invitantur quoque programmatibus istis ad instantem panegyrim urbis & territorii Norimb. cives, incolæ, accolæ & vicini; nobilisque Studiosorum Ordo monetur, ut dignum se præstet tantis beneficiis, Academiæque Patronos & Hospites debita veneratione morumque civilitate excipiat. Sequitur hinc succincta ipsius celebritatis descriptio, ac enarratur, quæ diei præcedentis vespere contigerint, & quam magnifice Generosi Universitatis Curatores, aliique Hospites venerandi, urbem Altorfinam hujusque arcem ingressi fuerint; qua dein pompa, ipso festo Petro-Paulino, mane Corpus Academicum ex collegio in arcem, atque inde, una cum Patronis Universitatis & Hospitibus, in templum processerit; qui ibidem concentus musici, quæ preces, orationes sacræ & civiles, quæ post ipsius diplomatis Cæsarei solennem prælectionem ceremoniæ, congratulationes & gratiarum actiones, maxima spectatorum & auditorum frequentia, institutæ ac peractæ fuerint; amplius, quo ordine processions series e templo in collegium Velsarianum se contulerit; & quam lautum convivium finem illius mox in arce oppidana exceperit. Delineantur etiam numismata duo majora argentea, sollemnitatis hujus memoriæ dicta ac distributa, unumque minus post paulo Norimbergæ cusum. Subjiciuntur dein speciatim concio sacra a Venerabili Antistite D. Sontagio habita; ac propositio sive oratio Viri Excellentissimi Hieronymi Scheurelii a Deffersdorff, J Cti & Illustris Reip. Norimb. Consiliarii primarii; cui adnectitur ipsum diploma Cæsareum, hujusque tenoris perspicua ad populum explicatio. Succedit novorum privilegiorum & insignium, nomine Inclyti Senatus Norimb. ab eodem Generoso Scheurelio facta traditio, horumque a Magnifico Academiæ Pro-Cancellario, Dn. Christophoro Pelleri J Cto, acceptatio; atque hujus insuper Magnifico Universitatis Rectori eorundem insignium, nomine Amplissimorum Academiæ Curatorum, exhibitio & commendatio. Sequuntur Rectoris, Joh. Fabricii, S. Theol. D. & Prof.

celebratissimi, qua illa acceptavit, oratio: Magni Danielis Omeisii, Moral. & Orat. Prof. famigeratissimi solennis gratiarum actio; & carmina duo Germanica ingenii autorum suorum dignissima. Exhibetur porro plenissime in altera libri hujus parte Actus Promotionis Doctoralis in Facult. Theol. primus, postridie celebratus; & adjiciuntur programmata, Juridicum, Medicum, Philosophicum & poëticum: nam præter tres in Facultate Theologica, etiam novem in Juridica & sex in Medica Doctores sunt creati; tres etiam Philosophiæ Magistri, & ex iis unus Poeta Laureatus, renunciati; quorum, ut & Brabeutarum, nomina cernere licet in programmatibus. Sequitur oratio die tertia in novi Rectoris & Decanorum electione habita a laudato D. Joh. Fabricio, fasces Academicos tertium deponente, & Universitati Altorfinæ, quod ad Juliam seu Helmstadiensem vocatus esset, valedicente; nec non sermo panegyricus Cl. Omeisii, quo aliquot post menses Augustissimo privilegiorum Academicorum Amplificatori Universitatis nomine devotissimas egit gratias, ac simul ob victoriam Turcis in Pannonia ad Tibiscum mense Septembri ejusdem anni gloriose reportatam, pacemque Germaniæ mense Octobri divinitus redonatam, est congratulatus. Denique & post carmen eucharistico-gratulatorium Joach. Negelini, Philos. M. & P. L. C. a typographo subnectitur diploma Cæsareum, vi cujus laudatæ Universitatis Pro-Cancellarii Comitiva S. Palatii Lateranensis, singularibus cum prærogativis, sunt mactati.

*M. FABII QUINCTILIANI DE INSTITUTIONE ORATORIA libri duodecim, ejusdemque Declamationes: innumeris locis emendavit & recensuit ULRICUS OBRECHTUS.*

Argentorati, sumptibus Jo. Reinholdi Dulfsekeri, 1698. in 4.  
Constant alph. 10. plag. 14.

**M.** Fabius Quinctilianus, Romanæ, ut Martialis ait, *togæ gloria*, artis, quam per viginti annos Romæ summa cum laude docuit, præcepta & institutiones reliquit, quæ plerisque omnibus in hoc genere scriptis palmam facile præripiunt. Oratorem enim inde usque a pueritia formandum suscipiens, quæcunque ad illum instituendum pertinerent, undiquaque in hoc opus conduxit, & ex Philosophiæ præ-

præsertim civilis fontibus aridiora dicendi præcepta irrigavit; ut qui sentiret, *virum vere civilem & publicarum privatarumque rerum administrationi accommodatum, qui regere consilium urbes, fundare legibus, emendare iudiciis posset, non alium esse quam Oratorem.* Neque ergo nudam dicendi artem, id est, præceptionum quoddam inane corpus exhibuit, quibus ea sola traderet, quæ Rhetoricæ ditionis vulgo censentur: sed & illa ubertim est persecutus, quæ virum bonum (qualem Cicero oratorem definit) rebusque gerendis idoneum instruerent: eumque dictionis cultum rebus adhibendum esse censuit, qui facundiam alere viresque eloquentiæ augere posset. Quibus de causis doctissimus & prudentissimus quisque has Institutiones in magno pretio habet, quibus non dicendi studia modo insigniter adjuvari, sed & præclaræ virtutis ac prudentiæ documenta passim inculcari animadvertimus; ut hic vere locum inveniat quod ait Cicero: *Operam qui dat eloquentia, dat prudentia.* Tantum vero scriptorem quum etiam post Hackianam editionem anno 1665 a Jo. Fr. Gronovio, viro de bonis literis & prisca scriptoribus eximie merito, ac recentissimam Oxoniensem a viro clarissimo Edmundo Gibsono curatam, multis gravibusque vulneribus scaterere deprehenderet Ulricus Obrechtus, vir non minoris eruditionis quam dignationis, non indignum censuit, in quo sanando & emendando aliquid temporis subserviivi poneret. Adjecit ergo magnis in rem litterariam meritis non exiguum cumulum, dum summo Rhetori summus ipse Orator salutarem operam tulit, eumque quot centenis locis emendatum nitore pristino restituit. Eandem medicinam fecit *Declamationibus*, quæ nomen Quinctiliani præferunt, & cum Institutionibus oratoriis, seu de Institutione oratoria libris, conjungi ab Editoribus consueverunt. Hæc ergo, quæque alia Quinctiliano tribui solent opera, veluti *Dialogum de causis corrupta eloquentiæ*, & quam Oxonienses e MSto primum e-ruerunt, *Declamationem, Tribuni Mariani* titulo insignitam, in duo volumina distribuit, & non solum ab innumeris mendis purgata, sed & eleganti cultu habituque ornata, excellentissimus Obrechtus publici juris fecit. Neque indices desiderari est passus, cum auctorum, quorum in Quinctiliani libris fit mentio, tum rerum verborumque memorabilium: ei vero, qui Institutionibus subjectus, ex apparatu rhetorico Boecleriano inserta sunt plura Græcorum Latinorumque scriptorum loca, quibus ars oratoria illustratur. His accessit breviarium

totius operis, quod non modo librorum sed & capitum argumenta satis plene & distincte per singula membra persequitur. Præterea extat in fronte utriusque voluminis elenchus locorum bene multorum, quæ partim ope manuscriptorum codicum, præcipue Argentinensis, tum etiam Colbertini & Victorini, partim ex ingenio felicissime emendata testantur, celeberrimum Editorem, gravioribus quamvis Reip. curis a Rege maximo dudum adhibitum, pro acerrimo iudicio tamen & capitali, quo pollet, ingenio, sic in hac palæstra versatum, ut vel summis Criticis, qui hoc unum tota vita egerunt, palmam reddat ambiguum. Liceat vero unam atque alteram emendationem ex illo agmine decerpere, ut, quid in hac editione sit præstitum, eo facilius intelligi possit. Sic quum Oxoniensis Institutionum Orat. editio Lib. I. cap. 2. habeat *studia multo plus secreti temporis desiderant*; Obrechtiana vocem *temporis* multo elegantius omittit. Quod in illa nullo sensu cap. 4. ejusdem libri p. 23. legitur: *Atqui litera I sibi infidit*; emendatus in hac p. 25. rescribitur: *A quidem literam I sibi miscet*. Elegans non minus quam certa est emendatio Libri III. cap. 7. p. 181. ubi *Thersita atque Iro* restituitur, pro eo, quod in Oxoniensi erat *Thersita at vero*. Lib. IV. cap. 2. p. 232. strepitu excitari iudex ad *custodiendum patronum* multo verius legitur, quam quomodo Oxoniensis: *strepitu ipsum iudicem, deinde patronum excitari*; ut totum locum expendenti patebit. Lib. V. cap. 7. p. 266. *utilitatem* testibus humilibus apte objici traditur, non *utilitatem*, ut Oxoniensis legit. Lib. VI. cap. 3. p. 363. venustas redditur dicto *Cœlii literulæ mutatione & ope interpunctionis*: *Hic subsecutus, quomodo transferit, utrum rater, an piscatorio navigio, nemo sciebat*. Antea sic *subsecutus* legebatur, eaque verba a dicto Cœlii detracta, cum præcedentibus Auctoris verbis male cohærebant. Lib. IIX. cap. 5. p. 484. vox, qua caret Oxoniensis, omnino adjicienda erat huic de Germanis sententiæ: *caput nescio ubi in nube posstrum*. Lib. IX. cap. 1. p. 504. pro *Zoilo*, qui inter Rhetores ignoratur, *Cacilius* merito reponitur. Ejusdem libri cap. 3. p. 536. *rebus agentibus* tanquam formula, quæ vulgo auctore evaluit, olim a Pollione damnata, observatur: at Oxoniensis p. 455. hic ita est depravata, ut nihil ex ea sani exsculpas. Ejusdem libri cap. 4. p. 583. monstruosa & nihili vox *Hyperoargu* feliciter mutatur in hæc verba: *Ego impero Argis*. Lib. X. cap. 7. p. 636. *Ars semel percepta, mora labitur*

*bitur*, verissime emendatur, quum falsum sit quod Oxoniensis p. 539. habet, *non labitur*. Lib. XI. cap. 3. p. 681. *Nam more avium cuique sunt jucunda, qua cantat ipse*: in Oxoniensi p. 576. sic legitur: *Nam nec cuiquam sunt injucunda, qua cantat ipse*. Libr. XII. cap. 10. p. 752. ubi in Oxoniensi p. 634. *priores Catonem Gracchòsque*, melius hic legi, *priores Catone Gracchisque* consequentia aperte demonstrant. Has paucas e multis emendationes speciminis loco selegimus: non, quod his reliquæ concedant, sed ut his non dissimiles intelligantur. E Declamationibus, quæ nec paucioribus locis nec minus feliciter restitutæ sunt, nihil afferimus, ne justo simus prolixiores. Index locorum emendatorum, & cum Hackiana editione collatorum, etiam iis præmissus satis demonstrat, quid in altera corruptum sit, quid in altera correctum. Præter has vero emendationes, in contextum orationis receptas, plures in promptu se habere celeberrimus Auctor significat, peculiari propediem volumine representandas, quo & fontes emendationum recludet, & præcipuos eruditorum virorum commentarios complectetur. Quod ut primo quoque die lucem adspiciat, omnium, qui eloquentiam amant, commune erit votum: utpote quo opere perfecto eruditus orbis de digne ornata, omnibusque numeris absoluta, præstantissimi Rhetoris editione poterit gaudere.

**HEPTATEUCHUS, LIBER JOB, ET EVANGELIUM NICOLAI Anglo-Saxonice. Historia Judith Fragmentum Dano-Saxonice. Edidit nunc primum ex MSS: Codd: EDWARDUS THWAITES**

Oxonii e Theatro Sheldon. typis Junianis, 1698; 4. Alph. 1. plag. 4

Quanto applausu excepti fuerint Fr. Junii & Th. Mareschalli labores, quos restaurandis literis Anglo-Saxonice; maxime vero editis (post Londinensem, A. 1571 studio Matth. Parkeri Archiepiscopi Cantuariensis, atque Jo. Foxi notissimi illius Martyrologi Anglicani, primo publicatam editionem,) Novi Testamenti libris, ab Ælfrico monacho antè septingentos annos, in usum suorum popularium Anglo-Saxonice redditis, impenderant, tot Virorum eruditissimorum elogia satis testari possunt. Conferatur Vita Junii præfixa libro ejus de *Pictura Veterum*; de Mareschallo autem videndus Colomesius in

Obf. Sacris p. 3. 20. & 81. Idem vero Ælfricus Veteris quoque Testamenti versionem adornaverat, uti cuius legenti Tractatus de V. & N. T. ab eodem Anglo-Saxonicè conscriptos innotescet; quæ tamen hætenus, præter Psalmodiarum librum, quem Jo. Spelmannus A. 1640 in lucem emisit, intra privatos parietes delituit. Hujus versionis partem, nempe Pentateuchum, libros Josuæ & Judicum, ac librum Job, nunc primum in publicum protraxit clarissimus horum monumentorum Editor, quod interesse Ecclesiæ, una cum Viro celeberrimo Georgio Hickesio, cui istud opus suum dedicavit (quem literaturæ Anglo-Saxonice instauratorem nuncupat, & cujus industria proxime Concilia Anglo-Saxonica excusis multo auctiora in lucem proditura esse, spem facit,) existimaret, ut inter reliquas Scripturæ S. versiones, quæ omnium ferme gentium, omnium linguarum prodire, majorum suorum vernacula ista conspiceret lucem. Adjecit vero & alia ejusdem idiomatis monumenta, nempe Evangelium Nicodemi ex Latino (quo sermone tantum publice innotuit Lipsiensi editione A. 1516, ex qua Germanica Smalcaldiensis A. 1687 profuxit; Græca enim authentica exemplaria in Biblioth. Reg. Paris. & Monachiensi servantur) Anglo-Saxonicum factum, & Fragmentum Historiæ Judith Dano Saxonice, scriptum quo tempore Dani in Angliâ regnarunt. Sub calcem notæ quædam tum in præfationem Ælfrici, tum in ipsos sacros libros reperiuntur, in quibus passim diversitas codicis Laudiani, ad cujus fidem hæc expressa sunt, a reliquis codicibus, Cantabrigiensi & Cottoniano notatur; nec non variantes lectiones ab Exodi fragmento, quod olim Guil. Nicolsonus Edmundo Gibsono dono dederat, cujus characteres antiquitatem quatuor seculorum præ se ferunt, afferuntur: ut de variantibus lectionibus Evangelii Nicodemi, collectis ex margine apographi Juniani, quod ex codice MSto Bibliothecæ publicæ Cantabrigiensis descriptum, & cum alio codice Bibliothecæ Cottonianæ a magno illo linguæ Anglo-Saxonice oraculo Fr. Junio F. F. collatum fuerat, nihil amplius adjiciamus.

*APPARATUS AD BIBLIOTHECAM MAXIMAM VETERUM Patrum & antiquorum Scriptorum Ecclesiasticorum Lugduni editam; opera Dom. NICOLAI LE NOVERRY, Presbyteri & Monachi Ordinis S. Benedicti e Congreg. S. Mauri. Tomus II de Scriptoribus Secundi Ecclesiæ Seculi.*

Pari-



Parisis, apud Joannem Anisson, 1697, in 8. Alphab. 2. plag. 54.

Quo prolixius olim & de editis variorum cura Patrum, quæ vocari solent, Bibliothecis, & de ratione instituti, quod in suo ad maximam istarum Apparatu tenere celeberrimo Nourrio placuerit, præfati sumus, cum primum hujus Tomum in Supplementorum nostrorum Parte altera p. 527 recenseremus: eo nobis in exordiando nunc licet esse brevioribus, ubi ad Tomum ejusdem secundum ut progrediamur, ordo postulat.

Sicut autem circa Ecclesiasticos secundi a nato Christo seculi Scriptores in hoc ille occupatur: ita res, quæ ad præcipuos eorum attinent, potissimas sex Dissertationibus est persecutus, quarum *prima* generalis est, & ante omnia in illorum ingenium, studia, occupationes, datasque ad scribendum occasiones docte inquirat. Videlicet in custodiendis defendendisque ac ornandis sacris literis præcipuum ipsos studium posuisse, Ethnicæ tamen simul cum theologiæ, tum moralis & philosophicæ doctrinæ cognitionem indefesso studio sibi comparasse innuit; prout & primarium eorum laborem operamque difficiliorem in eo consumatam observat, quod scriptis adversus Paganos & Judæos apologiis, veritatem religionis Christianæ invicte demonstraverint: ubi quænam utrinque ars & quænam arma ab iis fuerint adhibita, declarat. Nec minorem certe ipsorum de hæreticis triumphum laudat, victoriamque eo gloriosiore, quæ & major hæreticorum numerus, & gravius in ipsa Ecclesia intestinum ac civile ab iis bellum accensum fuerit. Inde vero ad ipsas hæreses paulo distinctius contemplandas pergit, & a *Millenariorum* sententia exorsus satis se mirari non posse testatur, cur plerique Scriptores de iis ita disputent, quasi una eademque fuerit omnium opinio; cum tamen certum sit, plures e Patribus longe diversa a Cerinthi erroribus de millenario Christi & Sanctorum in terris regno statuisse. Quamobrem Cerinthi primum, Marcionis, Nepotis & Apollinarii; tum vero Papiæ, Irenæi, Justini Martyris, Tertulliani & Lactantii sententias proponit, & posteaquam singulos placita sua suismet verbis explicantes introduxit, mox quid alii etiam Scriptores de omnium universim Millenariorum opinionibus prodiderint, sedulo investigat, nullum autem severioris censuræ notam hæresi illi inuisse, quam Hieronymum, ostendit. Primum de cætero

pag. 2.

4.

6.

12.

15.

16. -- 22.

23. -- 40.

41.

erro.

erroris istius autorem non Papiam facit, sed Cerinthum isto antiquiorem, licet Papiam a Cerintho sua mutuatum haud fuisse facile concedat, eum Cerinthus, utpote cupiditatibus & voluptatibus corporeis addictissimus, multa huic opinioni addiderit honestati pudorique minus consentanea, & Papias e contra summa commendatus pietate nihil de isto mille annorum regno, nisi sanctum atque honestissimum, docuerit & cogitaverit. Quinimo longe ante utriusque tempora plures a Judæis decantatas fuisse de millenaria post resurrectionem ætate fabulas superaddit, & memoratis variis Millenariorum impugnatoribus disserere de iis plura definit. Progressus hinc ad hæreses, quæ tunc propullulaverunt, alias, circa *Valentinianos* imprimis diu detinetur, æonesq; Valentini triginta in schemate peculiari delineat ac uberius illustrat, iis admodum se opponens ex Scriptoribus recentioribus, qui cuncta de æonibus dogmata nihil nisi omnino sanum & orthodoxum ac Christianæ fidei plane conveniens in se habuisse, audacter satis affirmant. *Marcionem* duo tantum principia, non tria, aut plura, ceu velint alii, constituisse asserit. *Montanistas* utique ab *Irenæo* etiam refutatos dicit, licet hic eorum nomen reticuerit, idque fortassis ideo, quia nec magnus eorum apud Gallos fuerit numerus, nec magno Lectorum suorum emolumento futuram nominis huius declarationem apertam crediderit. Post hæreses ad *Scholam* pergit, & non modo celebratam primo jam tum Tomo Alexandrinam illam, sed alias quoque alibi hac ætate erectas laudat, inque iis Propheticam & Apostolicam doctrinam, Tyrannis nequicquam prohibentibus, passim traditam fuisse probat. Episcopos iis, in aliquibus saltem locis, præfuisse censet, provinciam tamen hanc non minus & aliis demandatam existimat, eosque Doctoris communiter nomen gessisse observat. In istis autem Christianorum seculi secundi scholis publice, ut deinceps, rudimenta Philosophica & alias humanarum scientiarum artes atque disciplinas tradi consuevisse, neutiquam concedit.

*Secunda* Dissertatio consecrata est *Justini, Philosophi ac Martyris*, operibus, quæ vel hodiernum extant, vel inter deperdita connumerari merentur. Circa illa cujusvis primum analysin suppeditat, deinceps, num pro genuino Justini foetu habendus quisque sit, disceptat, tandemque, quinam integri ac incorrupti, qui contra mutilati aut depravati ad nos pervenerint, coniectat. Hæc vero memora-

tis,

tis, qui ad ea provocent; Auctoribus plerumque saltem indicat. Nec de manuscriptis operum Justiniani codicibus agere omittit; prout & variarum eorundem editionum non minus ac additarum a non paucis notarum observationumque indicium subnectit. Partem tamen hujus dissertationis præcipuam fere conficiunt observationes, quibus Auctor ipse loca Justiniani plurima aut exponere, aut emendare, aut illustrare, aut vindicare studet, unde nonnulla in benevoli Lectoris gratiam huc apponemus. Mosca a Justiniano scriptorum omnium antiquissimum jure optimo vocari ostendit, validumque ejus, quod a Græcarum literarum inventionem Mose multum posteriore petierit, argumentum pronunciat. Poetas & Philosophos in Ægyptum sese contulisse, & ex incolis per Israelitarum commercium in aliquam veræ religionis cognitionem olim deductis discere potuisse, quid Judæi de uno Deo aliisque ad fidem pertinentibus sentiant, verò absurdum haud censet, Lactantiumque, qui hac in re adversa fronte cum Justiniano aliisque e Patrum numero concurrere videatur, ab hallucinatione liberare nititur. Justinum tamen, libros Moysi & Prophetarum, atque Jeremiæ præcæteris vaticiniis, a Platone lecta fuisse affirmantem memoria lapsum esse, & ad certas chronologiæ leges haud attendisse largitur, cum Scriptura, quam ante Olympiadem 124 in Græcum sermonem minime translata constat, ab antiquis Philosophis Hebraice nescientibus nullo plane modo legi potuerit; nisi forsitan Justinum de Scriptura ab aliis Platoni explicata loqui dixeris. Loca, in quibus Judæos textum versionis LXXviralis adulterasse & corrupisse perhibeat Justinus, sigillatim enumerat. Per pompas & hymnos, in sacrarum Synaxeon locis a Christianis celebrari solitos, quidnam Justinus intellexerit, anquirat, & *πομπῶν* primo & proprio significato Latine sonare missionem, impulsum & instinctum; hymnorum autem vocabulo psalmos Davidicos designari respondet, indeque Christianos in Synaxibus suis magna cordis emissionem seu effusionem, vel ardorem magno psalmos Davidicos decantasse colligit. Errorem de Angelis malis mulierum amore captis, & cum iis concumbentibus, condonari Justiniano cupit, cum per tria secula priora tot tantisque is ad stipulatores habuerit. Graviorem interim errorem vocat illum, quando demones sempiterno igne nondum cruciari docuerit, imo Satanæ ante Christi adventum non liquido cognitam fuisse damnationem suam

254.

258.

260.

278.

303.

308.

310.

statuerit. Istum tamen censura itidem mitiori notandum arbitratur, quod hæc opinio nullo damnata Concilio, & a Patribus nec paucis nec  
 314. indoctis asserta olim fuerit & propugnata. Animarum humanarum  
 immortalitatem, æternosque impiorum post mortem cruciatus Justinum negasse inficiatur, eundemque Gentiles Philosophos sola ratione  
 321. duce salutem æternam posse consequi nusquam dixisse, ac ne somniasse quidem, sibi persuadet. Hebraicæ autem linguæ imperitum falsas  
 343. nominum plurimorum interpretationes dedisse eum, minime diffimulat, idque allatis in medium vocabulorum *Satanas* & *Israel* expositionibus ab ipso confictis probatum dat.

Differtatio *tertia*, eademque multum antecedenti brevior, ad *Athenagoram*, Philosophum Christianum, nos deducit, in cujus operibus excutiendis methodo non alia, quam circa Justinum Martyrem, uti clarissimo Autori placuit. Alium esse Athenagoram ab Athenogene demonstrat, & illum presbyterali dignitate auctum fuisse præter rationem a nonnullis affirmari judicat, in clericorum tamen inferiorum atque imprimis catechistarum collegium cooptatum non dubitat, quandoquidem publicam apud Christianos de mortuorum resurrectione concionem in librum postea peculiarem redactam habere, nisi ecclesiastico prius ordine initiatus, haud potuerit. Quemadmodum autem *Legationis pro Christianis*, & libri, quem modo nominavimus, de *Resurrectione* autorem eum dicere nullus ambigit: sic lucubrationem *de vero & perfecto amore* ipsius nomen falso præ se ferre, Huetio ad stipulatus, concedit. In suis ad opera Athenagoræ genuina observationibus, inter alia doctrinam ejus de SS. Trinitate deque summa Christi divinitate rectam atque orthodoxam appellat, ac prolixè vindicat; sed non item illam de gigantibus ex angelorum coitu prognatis, de quorum animabus pro dæmonibus, qui circa mundum oberrent, hominesque ad errorem, & maxima, præsertim idololatriæ ac libidinis peccata pelliciant, habendis statuat. Nuptias autem secundas quod *decorum quoddam adulterium* vocaverit, emollire modis omnibus an nititur.

De *Theophili, Patriarchæ Antiocheni*, operibus *quarta* agit Differtatio, in qua post *libros tres ad Autolyicum* Scriptori huic assertos, alia, quæ ad eosdem attinent, commemorat, ac demum in observationibus dogmata quædam Theophili examinat, Petavio ante omnia se oppo-

opponens, qui, quod de Trinitate parum ille recte senserit, ac unam tantum Trinitatis personam agnoverit, fundamento licet idoneo destitutus, affirmavit. Cur Noah eunuchus ex quorundam mente apud Theophilum nominetur, conjectando se assequi non posse ait, ac potius ad amanuensis lapsum, qui in Græcum textum irrepperit, confugiendum arbitratur. Libros quosdam Theophili intercidisse ex ipsiusmet verbis probat; quinam autem illi aut quales fuerint, divinare difficillimum existimat. In chronologia Regum Alexandrinorum non satis accuratum, sed in Catalogo Regum Ægyptiorum ex Manethone, & Tyriorum ex Menandro Ephesio, vel forte etiam Josepho, adornato magis eum felicem fuisse autumat. Utrumque ergo horum apponit, addita Chronologia generali, quam idem hinc ab orbe condito ad suam usque ætatem non sine studio magnoque labore perfecit. *Commentaria sive allegorias in quatuor Evangelia* Theophilo frustra adscribi contendit, cum ad scriptorem potius Latinum Hieronymo posteriorem referri debeant.

*Quinta* conjungit *Tatianum Assyrium & Melitonem Sardinem Episcopum*, ac de prioris quidem *Oratione ad Græcos* prolixè commentatur Auctor, eamque more suo variis observationibus illustrat, quibus ejus de Mosis & Scripturæ antiquitate ac hujus perspicuitate, de Christi item divinitate doctrinam tuetur. Dæmones autem naturæ cujusdam corporeæ & materialis ab eo minus recte statui, & animam hominis tanquam corpoream ac mortalem admodum incongrue sisti, nequaquam diffitetur. Sicut autem in oratione ista Tatianus plurimos autores allegavit, ita suas circa eosdem annotationes uberioribus Noster superaddit. Illam commentationem, quæ sub nomine *Diateffaron* hodie circumferatur, Tatiano minime tribuendam, & longe aliam lucubrationem ex quatuor Evangeliiis ab eo collectam & *δια τῶν ἀποστόλων* inscriptam fuisse reputat, cujus apud Eusebium & Theodoretum mentio injiciatur. De Melitone deinceps plura in medium haud affert, quam quod insulsum utique & spurium esse librum *de transitu Mariæ Virginis*, eidem a nonnullis adjudicatum, demonstrat.

Diutius autem in Dissertatione *sexta* commoratur circa *Irenæi* libros quinque adversus Valentini similiumque hæreses, quos ab auctore suo Græca lingua primum conceptos nullus dubitat, sed Latinam tamen versionem vel ab ipsomet, vel a quodam ejus amico cura-

633. tam arbitratur. Structa interim singulorum analysi, & variis, quæ ad historiam eorum spectant, recensitis, ad observationes suas pergit, inque his præter orthodoxas sententias passim confirmatas, nævos apud Irenæum, uti satis constat, hæud infrequentes modo taxat, modo excusat, modo aliis tantum apparere tales pronunciat. E pluribus paucissima hinc exempla dabimus. Christum intra annum ætatis quadragessimæ & quinquagesimæ munere in his terris Prophetico fuisse functum, Irenæo hæud credit. Animam hominis velut mortalem ab ipso describi, negat. Ne concedere opus habeat, quod Henochum ad angelos pravos missum fuisse Irenæus docuerit, verba ejus hæc: *cum esset homo, (Henochnus) Dei legatione ad angelos fungebatur; nihil aliud notare contendit, nisi istas prædicationes, quibus aut voce aut scripto futurum hominum impiorum in idololatriam, ad quam perverfis dæmonum & pravorum angelorum artibus impellendi essent, prolapsus Henochus certo prænunciaverit. Matthæum Hebraice scripsisse suum Evangelium, Ecclesiamque Romanam a Petro & Paulo fundatam esse, recte omnino in scriptis Irenæi perhiberi, extra controversiam ponere totus allaborat.*

635.

653.

Excipit hæc Dissertationes peculiaris aliqua appendix, *Gregorii* cujusdam opusculum Græco-Latinum *de anima adversus Tatianum* sistens. Ineditum istud hæctenus refert doctissimus Nourius, & in manuscripto codice Bibliothecæ Regiæ, a Bessarione monacho Veneto A. 1539 exarato, post Tatiani Legationem repertum, atque a Francisco Faverolles suis precibus in *Latinam linguam* novissime conversum. Et istam quidem ob rationem opusculum hoc typis excudi se curasse monet, quoniam hinc affatim dispalescat, quod, dum negatam fuisse a Tatiano animæ & spiritualitatem & immortalitatem superius tradiderit, ullam isti-injuriam fecisse hæud arguendus sit. Utrum vero eadem hæc scriptio perfecta omnino & incorrupta reputari debeat, in dubium fortassis hæud immerito vocari posse fatetur. Ex septem namque capitibus, quæ Autor in præmio enucleanda tractandaque proposuerit, secundum prætermissum videri. Occurri equidem difficultati huic posse tradit, si in describendis titulis errasse librarium, & secundum illud caput in primo luculenter explicari asserueris. Ast utrum hæc responsio satis omnibus factura sit, dijudicandum aliis relinquit.

ΜΑΝΕΘΩΝΟΣ ΑΠΟΤΕΛΕΣΜΑΤΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΕΖ.

h. e.

*MANETHONIS APOTELESMATICORUM LIBRI SEX, NUNC  
primum ex Bibliotheca Medicea cruti, cura JAC. GRONOVII, qui  
etiam Latine vertit ac notas adjecit.*

Lugduni Batav. apud Fred. Haaring, 1698, in 4.

Constat 1 Alph. 17 plag.

**Q**uoniam in his terris quædam cælestium ductu moveri animadver-  
sum est, maria puta, herbas, & hujusmodi alia; omnes res hu-  
manas, tanquam stellis atque sideribus connexas atque revinctas, duci  
ab istis regique sibi persuaserunt mortales; omnes etiam suas actiones  
quasi habentibus quibusdam de cælo gubernari existimaverunt. Cùm pri-  
mis ex astrorum positura & ordine, & vi qua influunt adspicientibus  
lucem infantibus, vitæ atque mortis rationem disponi, nec alias esse  
Parcas quæ nascentibus fata dispensent, indeque mortales vitam, cu-  
piditates, læta & tristia sortiri, creditum est: certique huic studio de-  
diti philosophi, Chaldæi & Babylonii sive Ægyptii, in artem redege-  
runt hanc scientiam, futilem licet ac præstigiatoriam. Ubi enim mo-  
mentum, quo mater infantem peperit, resciverunt, in tabula cæli ima-  
ginem finxerunt, & sideribus certas constituerunt domos, ea in illis  
collocantes, quæ, cum lucem primum infans conspiceret, obtinuerunt.  
Jupiter, Sol & Venus optimi planetarum sunt habiti: deterrimus au-  
tem cum Marte Saturnus: Mercurius & Luna varii, ex sorte loco-  
rum quos insidunt. Cujus illorum regnum fuerit, cum nasceretur in-  
fans, quo gradu, quo adspectu illum ceteri temperarint, vel viderint,  
inquisiverunt, indeque quicquid eventurum sit per integram vitam,  
collegerunt. Nata hinc disciplina Genethliacorum, cui prorumpen-  
tes tanquam ex abdito formulæ, audientibus ignotæ, venerationem  
conciliarunt. Adversus eam gravis extat dissertatio Favorini philo-  
sophi apud Gellium lib. XIV. Noct. Attic. cap. 1; vanitatem divinati-  
onis hujus etiam ostendit, & ea se aliquando captum fuisse dolet Au-  
gustinus Lib. VII. Confess. cap. VI. Tradidit hanc artem ex Petosiri-  
dis & Necepsi (præstantissimorum Ægyptiorum philosophorum,

Αααα 3

quos

quos Plinius citavit Lib. II. cap. 23. & Lib. VII. cap. 49. ) placitis, in sex *Ἀποτελεσματικῶν* libris, ad Ptolemæum regem scriptis, ipse Ægyptius Manethon: quibus lucem, in qua posthac versentur, primus conciliavit omnis eruditæ antiquitatis antistes & promus condus Jac. Gronovius. Nam cum alta nocte & nomen Manethonis, & scriptum isthoc ejus premerentur, ac sepulta ferme essent hæctenus, nemine notitiam auctoris hujus habente, ætate etiam ipsius parum cognita; unicus autem codex restaret in Florentina bibliotheca, qui minuto & difficili caractere scriptos hos sex Apotelesmaticorum libros contineret; beneficio illustris & ad promovendas bonas literas compositi viri Ant. Magliabechi (cujus clarissimo nomini eosdem dicavit) copiam describendorum eorum nactus Cl. Editor effecit, ut in plurium & notitiam & usum isti pervenirent. Absolutum autem calamo, & d. 20. Aug. A. 1674 finitum, (ut in epistola nuncupatoria idem indicat) cum hoc demum anno prælo submitteret Ægyptium hunc Poetam, versibus venustis Chaldaicam hanc scientiam (quo nomine venit ea Firmico lib. IIX. cap. 25. & Sexto Empirico Lib. I. contra Gramm.) tradentem Gronovius, id operam dedit, ut emendate & accurate Græcus textus excuderetur: quod linguam istam illustrari ex carminibus his, ejusque latifundia mirabiliter ampliari posse, dum opificia vel in Ægypto vel alibi usitata recensentur, & ad venustatem maximam gratiamque describuntur, existimat. Ad ea Notas p. 265 & seqq. adjecit, in quibus loca obscuriora illustravit, dubia felici conjectura restituit, minus sana ingeniosa emendatione aliorumque collatione emaculavit, voces rariores nec alibi obvias explicavit, obscurumque & cum tenebris luctantem Ægyptium hunc, protractum ex iis clara in luce collocavit & perspicuum reddidit. Ut vero eundem rectius cognoscerent, & non modo siderum cursus conjunctionesque, verum etiam sententiam istius ævi hominum de efficacia astrorum in sortes humanas, cunctaque *ἀποπλείσματα* intelligerent, qui Græca non satis capiunt, eorum imbecillitati Latina interpretatione subvenit. Ad quam tamen conficiendam invitum se adduci passum esse affirmat, quod ex ipsis Græcis auctorum scriptis, neutiquam horum interpretationibus, eruditio vera & cognitio cujusvis rei petenda sit. Quam in rem præclara sunt ejus verba: *Non est hoc genus doctrina, quod legi mereatur nisi sermone suo, aut ullum opera fructum afferre velit spondearve aliis*



lis, quam qui ipsum legunt; Græca qui legerit, ille enim vero percipiet u-  
beritatem satis fertilem ac pinguem. Quare ad ipsas apotelesmatum ex-  
positiones potius, quæ canente Auctore sub init. continent

Ἄζρων ἔργον ἰόντε Φάσεις ἀπλανῶντε πλανῶντε,  
Ὅσα βροτοῖς τελέειν ἐπιβλέψαντες ἐν ἀρχαῖς  
Σπειρομένοις καὶ τικτομένοις δελοῖσι βροτοῖσι,  
Μοιρῶν ἀρρήκτοις μίτοις Ἰσομοῖσι τ' ἀνάγκης

Lectores ablegamus, quam prolixiori de iisdem sermone studia eo-  
rum moramur.

JOHANNIS CONRADI BARCHUSEN PYROSOPHIA.

Lugduni Batavorum, impensis Corn. Boutestein, 1698, 4. plag. 61.

**D**ivisum est hoc opus in tres partes, quarum prima in *Iatrochemia*,  
altera in *Metallurgia*, tertia in *Alchemia* explicanda versatur. Ac  
primum quidem illa exponuntur, quæ ad naturam Chemiæ intelli-  
gendam requiruntur, pauloque deinde accuratius de *principiis Che-*  
*mici* agitur, quorum Auctor quatuor statuit, duo nempe activa, *sal &*  
*oleum*, unum neutrum, *aquam* scilicet, quoniam hæc in corporibus  
quibusdam solvendis revera agit, passive autem se habet, cum cætero-  
rum partes in se recipit, & tandem unum passivum, *terram*. Hinc  
*operationes Chemicæ*, v. g. amalgamatio, circulatio, cohobatio &c.  
percententur, referunturque sigillatim *Chemiæ producta*, v. g. acetum,  
alcohol, clyffus &c. & quid sint, exponitur. Porro autem ipsa  
*remedia*, sive ex regno minerali, sive vegetabili, sive animali depro-  
menda, afferuntur in medium, ita ut primum ipsa tradatur remedii  
præparatio, deinde vires, usus & dosis, & tandem subnectatur proces-  
sus ætiologia. Quibus omnibus passim quædam notatu non indigna  
adsperguntur. Ita v. g. sal alcali, quod in vegetabilibus ignis tantum  
productum est, præexistere in quibusdam mineralibus, *p. 14. 16* hinc  
probare vult Auctor, quia si v. g. metalla aut ossa in f. q. spiritus nitri  
dissolvantur, solutio inspissata instar nitri ignem concipit. *Pag. na.*  
Circulatum majus & minus Paracelsi describit, neutrum cum Alca-  
hest convenire asserens. *Pag. 118.* menstruum non dari universale  
contendit. *Pag. 130.* nihil dubitat, aurum in tenuissimas particulas re-  
ductum subigi posse a fermento ventriculi. *Pag. 157.* historiam mer-  
curii ex plumbo renati, quæ in D. Helvetii laboratorio contigit, re-  
fert.

refert. *Pag. 194* miratur Chemicos scribentes, Mercurium sublimatum arsenico depravatum dignosci posse, si ei olei tartari gutta una atque altera instilletur, atque illum esse bonæ indolis, si rubescat, pessimæ, si nigrescat; cum tamen omnis Mercurius corrosivus, etiã optimus, ab adperso illo oleo, primo flavam, post rubram, & si diutius aeri exponatur, quadantenus nigram contrahat maculam. *Pag. 197* cinnabari officinarum, licet raro interne adhibeatur, putat iisdem cum antimonii cinnabari viribus esse præditam, & tuto posse assumi. *Pag. 214* probat, diaphoretica antimonialia non esse calces inutiles, sed sudorifera non contemnenda. *Pag. 217* ostendit, regulo antimonii martiali purissimam ferri substantiam admixtam esse, & in regulo stellato, non modo in superficie & foris, verum etiam intus stellam conspicuam esse, si ferra dissectetur. *Pag. 256* suspicatur, tincturas smaragdi & sapphiri particulis æneis a mortario, dum contunduntur, ab arsis plerumque originem suam debere. *Pag. 265* notat Glaferum, & Feburium, qui sal succini cum acido effervescente tradiderunt. *Pag. 269* talco exiguam olei partem adesse hinc concludit, quia nitro aspersum cum eodem accenditur. *Pag. 290*, item *358* contra illos, qui acidum omnium morborum originem esse putant, differit. *Pag. 298* methodum Tachenii præparandi tartarum vitriolatum, præfert vulgari. *Pag. 361* parum tribuit medicamentis lithontripticis, putatque illos calculi accretionem promovere, qui crebro utuntur terreis, salinis & oleosis remediis. *Pag. 330* monet, iis, qui morbo chronico a visciditate humorum orto laborant, vel nunquam, vel rarissime minimaque in dosi, opiata esse propinanda. *Pag. 339* communicat præparationem balsami apoplectici affinis balsamo Zelleni.

Atque hæc prima pars maximam totius voluminis partem occupat. Breviori spatio concluditur *Metallurgia*, in qua primum exhibentur ejus instrumenta, deinde vero traditur, quomodo venæ metallicæ non solum visû dignoscendæ, sed quoque examinandæ & excoquendæ sint. Accedit ratio separandi diversâ metalla, excoquendi mineralia nonnulla, & metalla incrustandi. Quæ in parte tertia seu *Alchemia* habentur, huc redeunt: quamvis quæ pro transmutatione metallorum petuntur argumenta, ex mutatione ferri in cuprum, aut mercurii coagulatione nullius, sint momenti, eandem tamen totul-tam testimoniis temere negari non debere, sed pro possibili habendam.

dam. Quoniam enim duo requiruntur ad transmutationem, ut scilicet viliora metallata tingantur, & malleo obedientia reddantur; tincturam possibilem esse, vel ex confectioe auri musivi Auctor probari posse putat, cumque pauca admodum grana reguli antimo: ii metalla friabilia reddat, vero admodum simile esse censet, dari quoque in rerum natura corpus aliquod aut arte effici posse, cujus exigua quantitas ductilitatem metallis conciliet. Accedunt in fine elenchii aliquot laborum chemicorum, ab anno scilicet 1695 in laboratorio Academico Ultrajectino huc usque exantlatorum.

# INDEX AUCTORUM

quorum Libri aut Inventa hoc volumine recensentur.

## 1. Theologica & ad Historiam Ecclesiasticam spectantia.

<b>A</b> Nonymi <i>Vespera Groningana, sive Amica de rebus sacris Colloquia.</i>	345
- - - <i>Apologia pro Amore &amp;c. cum Animadversionibus in Principia Dn. Archi-Episcopi Cameracensis.</i>	476
Antonii (Pauli) <i>Concilii Tridentini adeoque &amp; Pontificiorum Doctrina publica exhibitae.</i>	172
Archelai <i>Disputatio cum Manete Haresiarcha.</i>	394
D. Augustini (Aurelii) <i>Libri duo de adulterinis conjugis ad Pollentium cum notis Jo. Schilteri.</i>	339
Brussoni (Claudii) <i>Animadversiones in Versionem Novi Testamenti Gallicam Dionysii Ameloti.</i>	147
Calixti (Georgii) <i>de Tolerantia Reformatorum circa quaestiones inter ipsos &amp; Augustanam Confessionem professos controversas Consultatio.</i>	244
S. Ephraemi Syri <i>Orationes Asceticae duae haedennis ineditae.</i>	396

-Bbbb

Eutha-

Euthalii <i>Aëtuum Apostolorum, &amp; quatuordecim S. Pauli, aliarumque septem Catholicarum Epistolarum editio.</i>	400
Frickii (Joannis) <i>Vetus Testamentum Græcum ex versione LXX interpretum.</i>	74. 77.
Graverolli (Joannis) <i>de Articulis fundamentalibus Religionis Christianæ</i>	115
Gregorii Nysseni <i>Opera nonnulla hæcenus inedita.</i>	396
Heideggeri (Joannis Henrici) <i>Historia vita &amp; obitus Jo. Ludov. Fabricii.</i>	171
Jägeri (Job. Wolffg.) <i>Jus Dei Federale delineatum.</i>	412
Kortholti (Christiani) <i>Paganus Obtrectator, sive de Calumniis Gentilium in veteres Christianos.</i>	420
Lactantii (Lucii Cælii) <i>Opera omnia cum adnotationibus Christophori Cellarii.</i>	535
Locke (Joannis) <i>Repetita libri de Rationalitate Religionis Christianæ Vindicia.</i>	341
Lydii (Jacobi) <i>Syntagma sacrum de Re Militari.</i>	249
S. P. Macarii <i>Homilia, curante Jo. Georgio Pritio.</i>	486
Maji (Johannis Henrici) <i>Synopsis Theologiae Judaicæ veteris &amp; novæ.</i>	239
Meieri (Gebhardi Theodori) <i>Historia Religionum.</i>	242
Le Nourry (Nicolai) <i>Apparatus ad Bibliothecam Maximam veterum Patrum. Tomus II.</i>	550
Papadopoli (Nicolai Comneni) <i>Prænotiones Mystagoga.</i>	1
Papebrochii (Danielis) <i>Responsio ad Exhibitionem errorum per P. Sebastianum a S. Paulo evulgatam.</i>	81
<i>Responsionis Pars II.</i>	129
<i>- - - Pars III.</i>	529
Picteti (Benedicti) <i>de Consensu ac Dissensu inter Reformatos &amp; Augustinæ Confessionis Fratres Dissertatio.</i>	144
Du Pin (Ludovici Ellies) <i>Nova Bibliotheca Auctorum Ecclesiasticorum.</i>	160. 232
<i>Tomus VIII.</i>	511
<i>Tomus IX.</i>	455
Rittangelii (Stephani) <i>Libra veritatis &amp; de Paschate Tractatus.</i>	268
De Salignac Fenelon (Francisci) <i>Archi-Episcopi Ducis Cameracensis Præcepta Sanctorum de Vita interiori.</i>	282
- - - <i>Instructio Pastoralis.</i>	

# INDEX AUCTORUM. 563

<i>A</i> Schellstrate ( <i>Emanuelis</i> ) <i>Antiquitatis Ecclesie illustrata Tomus II.</i> 321	321
<i>Sculteti</i> ( <i>Danielis Severini</i> ) <i>Iterata Ecclesie Reformata Invitatio ad pi- um in doctrina fidei consensum.</i>	141
<i>Stillingfleet</i> ( <i>Eduardi</i> ) <i>Episcopi Vigorniensis Vindicia pro doctrina de S. Trinitate.</i>	496
<i>Testamentum Vetus Græcum ex versione LXX interpretum.</i>	74
<i>Thomasi</i> ( <i>Josephi Mariae</i> ) <i>Psalterium cum Canticis nova literali expla- natione dilucidatum &amp;c.</i>	62
<i>Thwaites</i> ( <i>Eduardi</i> ) <i>Heptateuchus, Liber Job, &amp; Evangelium Nico- demi, Anglo-Saxonice.</i>	549
<i>Van der Wayen</i> <i>Dissertatio de Ἄνο'γω adversus Jo. Clericum.</i>	455
<i>Wideburgii</i> ( <i>Henrici</i> ) <i>Systema Theologiae Positivæ.</i>	509
<i>Zacagnii</i> ( <i>Laurentii Alexandri</i> ) <i>Collectanea Monumentorum veterum Ecclesie Græcæ &amp; Latine.</i>	393

## II. Juridica.

<i>Datt</i> ( <i>Jo. Philippi</i> ) <i>Volumen rerum Germanicarum novum, sive de Pace Imperii publica libri V.</i>	537
<i>Engelbrechti</i> ( <i>Georgii</i> ) <i>Compendium Jurisprudentiæ secundum ordinem Digestorum concinnatum.</i>	102
<i>Harprechti</i> ( <i>Ferd. Christoph.</i> ) <i>Consultationum Tubingensium Volumen III. &amp; IV.</i>	518
<i>Itteri</i> ( <i>Jo. Christiani</i> ) <i>de Honoribus sive Gradibus Academicis liber.</i>	403
<i>Kestneri</i> ( <i>Henr. Ern.</i> ) <i>Prudentia Juris Naturalis.</i>	484
<i>Kraufoldi</i> ( <i>Friderici</i> ) <i>Tractatus Juridico-Politicus de miraculis &amp; egre- gis usibus S. Raspi, i. e. Ergasteriorum publicorum.</i>	475
<i>Menckenii</i> ( <i>Luderi</i> ) <i>Tractatio Synoptica Institutionum Juris Justinia- nearum.</i>	181
<i>Papadopoli</i> ( <i>Nicolai Comneni</i> ) <i>Prænotiones Mystagogicae ex Jure Ca- nonico.</i>	1
<i>Schilteri</i> ( <i>Joannis</i> ) <i>Nota ad D. Augustini libros II de Adulterini Con- jugii ad Consentium.</i>	339
<i>Spelmanni</i> ( <i>Henrici</i> ) <i>Opera posthuma ad Leges &amp; Antiquitates Angliæ pertinentia.</i>	441
<i>Strykii</i> ( <i>Samueli</i> ) <i>Tractatus de Actionibus Forensibus investigandis, ut &amp; de Actionum prescriptione.</i>	180

Wächterli (Christfrid) *Epistola ad Perillufirem & Exc. Dn. C. D. Bofum de Pace Rysvicenfi.* 168

### III. *Physica ac Medica.*

- Bagliui (Georgii) *de Praxi Medica ad priscam observandi rationem revocanda Libri II.* 33
- Barckhufen (Jo. Conradi) *Pyrosophia.* 559
- Bergefi (Jo. Goshofredi) *Epistola de Arteria Aorta divisione in ramos Carorides & Subclavios.* 295
- Bidloo (Godefridi) *Vindicia quarundam delineationum Anatomica-rum.* 32
- S. Clair (Roberti) *Habessiniana Philosophia confutata, seu Telluris Theoria nec sacra, nec cum ratione conveniens.* 219
- Cockburn (Wilhelmi) *De natura & curatione morborum, qui navigantes solent corripere.* 523
- Colbatch (Johannis) *Tractatus de Podagra.* 525
- - - - *Doctrina de Acidorum in curandis morbis usu ulterius asserta.* 526
- Comuelini (Joannis) *Rariorum Plantarum Horti Medici Amstelodamensis Descriptio & Icones.* 128
- Connor, Bernhardi) *Evangelium Medici, seu Medicina Mystica de suspensis Natura legibus.* 335
- Contoli (Jo. Baptista) *Instructio Medica de Glutine in corporibus humana, ejusque effectibus Calculo & Arthritide.* 137
- Floyer (Johannis) *Inquisitio in usum & abusum balnearum Angliae.* 524
- Guglielmini (Dominici) *de Natura Fluminum Tractatus Physico-Mathematicus.* 297
- Hoffmanni (Friederici) *Annotationes & Addisamenta ad Opera Poterii.* 389
- Leibnitii (Goshofredi Gulielmi) *De Ipsa Natura, sive de vi insita actionibusque creaturarum, pro Dynamicis suis confirmandis illustrandisque.* 427
- Marsilii (Ludovici Ferdinandi) *Comitis Dissertatio Epistolica de Phosphoro minerati seu Lapide Bononiensi illuminabili.* 148
- Pechey (Johannis) *Facilis Introductio in Artem Medicam.* 528
- Pierce (Roberti) *Observationes Thermales, seu Curationes morborum, Thermarum usu perfecta.* 361
- Pote-

INDEX AUCTORUM. 565

Poterii (Petri) Opera omnia Practica & Chymica.	389
Ramazzini (Bernardini) Liber de Fontibus Mutinensibus, cum Praefatione & Notis Roberti S. Clair.	220
Riedlini Viti Linearum Medicarum Annus II. & III.	192
Ruyfchii (Frederici) Responſio ad Godefridi Bidloii Libellum, cui nomen Vindiciarum inſcripſit.	136
Schelhammeri (Gunsberi Chriſtophori) Natura ſibi & Medicis vindica- ta.	63
Tyſon (Eduardi) Anatomie Marſupialis Americani.	406
Valentini (Michaëlis Bernardi) Medicina Nov-antiqua.	520
Vieufflens (Raymundi) Epiftola de Sanguine humano, nec non de Bili uſu.	439

IV. Mathematica.

Bernoullii (Jacobi) Demonstratio Synthetica Problematum de infinitis Cy- cloidibus absque admiculo infinite parvorum &c.	223
- - - - Solutio ſex Problematum Fraternalium.	226
- - - - Solutio Problematum Fraternalium de Curva infinitas Loga- rithmicas ad angulos rectos ſecans.	230
Bernoullii (Joannis) Solutio Problematum a Fratre Jacobo Bernoullio propositorum.	52
- - - - Investigatio Algebraica arcuum parabolicorum assigna- tam inter ſe ratiōnem habentium &c.	261
- - - - Theorema univerſale rectificationi Linearum curvarum inſerviens. Nova Parabolarum proprietates, Cubicalis primarię arcuum meſura &c.	462
- - - - Annotata in ſolutiones Fraternalium Problematum quorun- dam ſuorum.	466
Gregorii (Davidii) Cannonaria.	305
Guglielmini (Dominici) de Natura Fluminum Tractatus Phyſico- Mathematicus.	297
Honoldi (Jacobi) Obſervatio Mercurii in Sole.	90
Hospitalii Marchionis Solutio Problematum a D. Jac. Bernoullio propoſiti.	48
Hugenii (Chriſtiani) Κοσμοθεωρος ſive de Terris Cęleſtibus earumque ornatu conjectura.	448

Bbbb 3

Mano

Manethonis <i>Apothelematisorum Libri VI, cum Notis Jacobi Gronovii.</i>	557
Ozanami <i>Gurfum Mathematica.</i>	246
De Tschirnhaus (Ehrenfried Waltheri) <i>De Methodo Arcus Curva Parabolica inter se comparandi.</i>	259
Wurzelbaur (Job. Philippi) <i>Observatio Mercurii sub Sole.</i>	86
- - - - <i>Situs Geographicus Civitatis Noriberge.</i>	138

## V. Historica.

Agathemeri <i>Geographia Compendiaria.</i>	59. 61
Alberici Monachi <i>trium Fontium Chronicon.</i>	353
Alting (Mensoni) <i>Descriptio, secundum Antiquos, Agri Batavi &amp; Frisii, una cum conterminis.</i>	20
Angelini (Jo. Andrea) <i>Bontempii Perusini Historia originis Saxonum.</i>	421
Anonymi <i>Chronicon Cœnobii Montis Francorum Goslarie.</i>	122
- - - <i>Chronographus Saxo.</i>	150
- - - <i>Gesta Trevirorum.</i>	150
- - - <i>Chronicon vetus Holsatia.</i>	151
- - - <i>Chronicon Belgicum.</i>	188
Benthem (Henr. Ludolphi) <i>Status Ecclesiarum &amp; Scholarum Belgicæ.</i>	27
Blanchini (Francisci) <i>Historia universalis antiquis monumentis confirmata, Veterumque Symbolis illustrata.</i>	91
Cellarii (Christophori) <i>Inauguratio Academia Fridericiana.</i>	369
Clerici (Johanni) <i>Compendium Historia Universalis.</i>	391
Le Comte (Ludovici) <i>Commentarii novi de presentis statu China.</i>	375
Crenii (Thomæ) <i>Animadversionum Philologicarum &amp; Historicarum Pars III.</i>	240
De la Croix <i>Geographia Universalis.</i>	196
Danielis (Gabrielis) <i>Historia Francia.</i>	153
Datt (Jo. Philippi) <i>Volumen rerum Germanicarum novum, sive de Pace Imperii Publica Libri V.</i>	537
Dherbeloti (Bartholomæi) <i>Bibliotheca Orientalis Notitiam Orientalium populorum complexa.</i>	105
Dionysii Orbis <i>Descriptio cum Veterum Scholiis &amp; Eustathii Commentariis.</i>	56
Durani (Jo. Viti) <i>Chronicon.</i>	150

Gerac.



# INDEX AUCTORUM.

<i>Gerardi Noyiomagi Vita Philippi Burgundi.</i>	567 189
<i>Gronovii (Jacobi) Geographica antiqua.</i>	59
<i>Heideggeri (Jo. Henrici) Historia vita &amp; obitus Jo. Ludovici Fabricii.</i>	172
<i>Hennepin (Ludovici) Detectio nova vastissima regionis in America.</i>	68
<i>Hermannii Goudani Historia Belli a. 1507 inter Hollandos Geldrosque gesti.</i>	191
<i>Houffizi (Ameloti) Notæ Historica &amp; Politica in Cardinalis Offati Epi- stolas.</i>	489
<i>De Konigshofen (Jacobi) Chronicon Germanicum Universale &amp; Alfa- ricum.</i>	362
<i>Leibnitii (Godofr. Guil.) Accessiones Historica.</i>	149. 353
<i>De Lemmege (Joannu) Chronicon Groningantum.</i>	188
<i>Matthæi (Antonii) Veteris Ævi Analethæ.</i>	186
<i>Molleri (Job.) Homonymoscopia Historico-Philologico-Critica.</i>	120
<i>Olivarii Marcani Rationarium aula &amp; imperii Caroli Audacis Ducis Burgundia.</i>	190
<i>Omeisii (Magni Danielis) Actus promulgationis privilegiorum Univer- satis Alsorsina amplificationum.</i>	543
<i>Offati (Arnoldi) Cardinalis Epistole.</i>	489
<i>Phædri Fabula Æsopia, cum Commentariis Marquardi Gudii &amp; alio- rum, edente Petro Burmanno.</i>	343
<i>Ponti (Antonii) Hariadenus Barbarossa.</i>	186
<i>De Rabutin (Rogerii) Comitis de Bussi Commentarii Historici.</i>	23
<i>Rechenbergii (Adami) Dissertationes Historico-Politica.</i>	195
<i>Schilteri (Johannis) Observationes Historica in Chronicon Jacobi de Konigshofen.</i>	362
<i>Schmidii (Gregorii Andrea) Sculptura historiarum &amp; temporum memo- ratorum.</i>	9
<i>Schonhovii (Antonii) Commentatio de origine &amp; sedibus Francorum.</i>	187
<i>Scylacis Periplus Maris Mediterranei.</i>	59
<i>Spelmanni (Henrici) Opera posthuma.</i>	441
<i>Twaites (Eduardi) Dionysii Orbis Descriptio.</i>	56
<i>Wæchtleri (Christfrid) Epistola ad Perillustrem &amp; Exc. Dn. C. D. Bo- sum de Pace Rysvicensi.</i>	168
	Philo-

## VI. Philologica & Philosophica Miscellanea.

<i>De Aguirre (Josephi Saenz) Cardinalis Disputationes Ethica de Virtutibus &amp; Vitiis.</i>	119
<i>Ancillonii (Davidis) Miscellanea critica.</i>	287
<i>Bartoli (Petri Sancti) Sepulcra antiqua sen Mausolea Romana &amp; Etrusca.</i>	201
<i>Blanchini (Francisci) De Lapide Antiat Epistola.</i>	183
<i>Bonanni (Philippi) Numismata Summorum Pontificum Templi Vaticani fabricam indicantia.</i>	204
<i>Cellarii (Christophori) Anotationes in Epistolas Ciceronis ad Diversos.</i>	372
- - - - - <i>Anotationes in Opera Laetantii.</i>	535
<i>Ciampini (Joannis) Explicatio duorum Sarcophagorum sacrum Baptismatis ritum indicantium.</i>	46
- - - - - <i>Abbreviatoris de Curia compendiaris Notitia.</i>	67
- - - - - <i>De Vice-Cancellario Romana Ecclesia.</i>	67
<i>Ciceronis (M. Tullii) Epistole ad Familiares.</i>	37
<i>Clerici (Joannis) Ars Critica.</i>	11
- - - - - <i>Opera Philosophica.</i>	486
<i>Crameri (Job. Jacobi) Exercitationes Philologicae de Ara exteriori Templi secundi.</i>	95
<i>Erenii (Thoma) Animadversionum Philologicarum &amp; Historicarum Pars III.</i>	240
<i>Daumii (Christiani) Epistola ad Jo. Fridericum Hekelium.</i>	373
<i>Dherbeloti (Bartholomaei) Bibliotheca Orientalis.</i>	105
<i>Erici (Jo. Petri) Genesis Humana Lingua.</i>	29
<i>Evelin (Jobannis) Dissertatio de Numismatibus antiquis aequae ac modernis &amp;c.</i>	331
<i>Gravii (Jo. Georgii) Thesaurus Antiquitatum Romanarum.</i>	302
- - - - - <i>Glossarium Isidori emendatum &amp; notis illustratum.</i>	351
<i>Gronovii (Jacobi) Nota in Manethonis Apotelesmaticorum libros.</i>	557
<i>Isidori Glossarium cum notis Job. Georgii Gravii.</i>	351
	Itte-

# INDEX AUCTORUM.

569

Itteri (Jo. Christiani) de Honoribus sive Gradibus Academicis Liber.	403.
Kestneri (Henr. Ern.) Prudentia Juris Naturalis.	485.
Kraufoldi (Friederici) Tractatus Juridico - Politicus de usibus Ergasteriorum publicorum.	479.
Lloyd (Guil.) Olympionicarum cum annis mundi &c, collatio.	119.
Lucchesini (Jo. Laurentii) Scrutinium Stultitia Machiavelli.	352.
Lycophronis Chalcidensis Alexandra seu Cassandra.	103.
Lydii (Jacobi) Syntagma de Re Militari.	249.
Martini (Matthia) Lexicon Philologicum, praecipue Etymologicum & Sacrum.	350.
A Melien (Jacobi) Sylloge Nummorum ex argento uncialium, vulgo Thalerorum seu Imperialium.	422.
De Mendoza (Casparis) Examen Divinitatis, quam in Carmelo Vespasianus consuluit.	533.
Molleri (Johannis) Homonymoscopia, sive Schediasma de Scripturibus homonymis.	110.
Morhofii (Danielis Georgii) Orationes & Programmata	329.
Muratorii (Ludov. Antonii) Anecdota.	57.
S. Paulini, Episcopi Nolani Poemata quatuor haecenus anecdota.	57.
Pindari Olympia, Nemea, Pythia, Isthmia.	118.
Potteri (Joannis) Lycophronis Alexandra.	103.
Ptolemæi (Jo. Baptista) Philosophia Mentis & Sensuum secundum utramque Aristotelis methodum.	367.
Quintilianii (M. Fabii) de Institutione Oratoria Libri XII, ejusdemque Declamationes, ex recensione Ulrici Obrechtii.	546.
Rechenbergii Dissertationes Historico-Politicae.	195.
Scrivenii (Petri) Epistola 15 ad Jo. Isacium Pontanum.	192.
Sudorii (Nicolas) Versio Latina Pindaricorum carmine Lyrico.	119.
Theauri (Emanuelis) Idea arguta & ingeniosa dictionis.	255.

## INDEX

### RERUM NOTABILIORUM

in hoc Volumine obviarum.

**A** Bælardi (Petri) dogmata, quae rarius explicata sunt, sive in  
 bare sin sapere videbantur, mihi Abbreviatoris de Curia munus in  
 Cccc 514-59.  
Aula

- Aula Romana.* 67.
- Abnegatio sui quid Mysticis? 271.
- Abrahami Genealogia. 112.
- Abulfe la integer in Bibliotheca Orientali Dberbeloti exhibitus. 107.
- Academix Fridericiana seu Hallensis inauguratio. 369.
- Altorfina privilegiorum amplificatorum publicatio. 543.
- Academici honores seu gradus. 403. sq.
- Accusatio sui ipsius apud Sines. 385.
- Acida omnia num sanguinem tenuiorem reddant? 527. sqq.
- Acidorum in curandis morbis usus. 526. sqq.
- Acidularum potus per biennium non sine fructu continuatus. 193.
- Acidus humani sanguinis spiritus ex ejusdem sale fixo destillatus. 460.
- Actiones Forenses. ut investiganda & cause eligenda? 180.
- & immanentes & transientes Substantiis vindicata. 433.
- Activitas, quam ab anima abesse cupiunt Mystici, quid? 273. 274. 285.
- Adami, velut capitis totius generis humani, factus cum Deo ante lapsum. 214. sq.
- vires ad implendam foederis conditionem.* 216.
- Ademari inedita haftenus Epistola. 238.
- Ob Adulterium factio divortio num parti lesa ad secundas nuptias liceat transire? 340.
- Aegidius num a Francis in Childerici locum Rex fuerit constitutus? 156.
- Aelfridi Monachi in transferendis in linguam Anglo-Saxonicam S. Biblis studium. 549. sqq.
- Aëris fluiditas & elasticitas explicata. 299.
- Ætas Ordinandorum apud Græcos. 3.
- Ætheris particula quomodo ab aëre differant? 299.
- Ætna furens cur aquam simul cum igne nonnunquam eructet? 223.
- Agendi vis infra creaturis vindicata. 430. sqq.
- Agilulfi Longobardorum Regis ejusque conjugis Theodelinda Hæreticus 47.
- De Aimoino historia Francica conditore memorabilia. 166.
- Alamannorum lex tempore Lotharii Imperatoris lata. 366.
- Alcali morborum, speciatim podagrica, causa. 525.
- Alcoranus, Mahomedis miraculum 113.
- Alexander (Natalis) correctus. 236.
- Alexandra Lycophronis editiones varia

<i>varia.</i>	103.	<i>terra sanctos, cadat?</i> 270. 278. 280.
De Algeri Cluniacensis scriptis iudicium.	234.	<i>pro regula Verbum Divinum habet, non inspirationem miraculosam.</i> 27.
Allatius (Leo) notatus,	238.	<i>num nullam sui ipsius curam admittat?</i> 273. sq.
Ex Aloes ligno quomodo aqua odoratissima queat parari?	390.	<i>num hominem omnium peccatorum expertem reddat?</i> 277.
Altaria num a Mose & Salomone ex terra constructa?	96.	<i>num omnibus promiscue commendandus?</i> 278. 280. 282.
<i>ex lapidibus politis cur lege Mosaiica prohibita?</i>	97.	<i>Mysticorum commentum.</i> 476. 499. 483.
<i>Ebraorum cum aris Gentilium comparata.</i> 96.	399.	Amor Dei num fluat ex amore propria nostra beatitudinis? 283. 477
<i>quatenus asylum praberint?</i> 201. sq.		<i>felicitatis propria num semper vitiosus?</i> 482.
Altorfina Academia concessum jus Doctores Theologia creandi.	406. 544.	<i>amicitia. quomodo differat ab amore concupiscentia?</i> 478. sq.
<i>privilegiorum amplificationum publicatio.</i> 543. sq.		<i>Dei perfectus quis?</i> 480.
<i>Pro-Cancellarius Comitiva S. Palatii Lateranensis donati.</i> 546.		<i>spei quis?</i> 483.
Alveorum in fluviis origo.	300.	Amoris erga Deum varia genera. 268. 499. 480 514.
Ameloti (Dionysii) Versio Gallica Novi Testamenti sub censuram vocata.	147. 599.	<i>perfectissima species Amor purus.</i> 269.
America inter Mexicam Novam & Mare Glaciale nova regio detecta.	68.	<i>concupiscentia usus.</i> 269.
Americani Marsupialis seu Possum anatome.	407. 599.	280. 283.
Amor purus num timorem & spem admittat?	270. 271.	<i>funesti exemplum.</i> 294.
<i>num in omnes, licet ce-</i>		<i>concupiscentia discrimen ab amore amicitia.</i> 478. sq.
		Amyraldus (Moses) refutatus. 216.
		Analogiarum in re Medica falsum genus. 34.
		Anatomia corporis humani Godefredi Bidloo vindicata, 32.
		Cecc 2
		Mar

- Marsupialis Americani* fructu pota. 194.  
 407. sq. particularum figura. 299.  
 Ancilloniana parorata. 288. in Planetis qua conditio?  
 B. Angela, Diva fabulosa. 86. 450.  
 In Anglia quando Communes ad Aquilinius (Cesar) auctor libri de  
 Parliamenta admitti? 444. tribus Historicis Concilli Tridenti-  
 Angli coronarum, qualibus bodie tini, quis? 290.  
 Europa Reges utuntur, auctores. De Ara exteriore Templi secundi  
 332. Heros. Exercitationes. 95. sq.  
 Anglici regiminis forma sub Saxo- Arbor scientia boni & mali num Sa-  
 num imperio. 444. cramenti rationem habuerit?  
 Anima quid proprie sit? 360. 216. 218.  
 brutis asserta. 436. Arboris vita qua ratio? 216. 218.  
 Animalia, etiam rationalia, Plane- Architekti Basilica Vaticana. 205. sq.  
 tis vindicata. 450. sq. Archelai cum Manete heresiarcha  
 Anima & corporis quodnam vincu- colloquium. 394  
 lum? 66. Arcuum parabola comparatio. 259  
 pars inferior quo sensu di- 261. 464  
 catur separari a superiori in ten- Aræ sub dio. 96  
 tationibus. 273. 280. 285. Argentoratensibus vindicata a typo-  
 Anonymi Scriptores detecti. 289. graphia inventio. 365  
 Anselmi Cantuariensis Archiepisco- Argentorati antiquitas, nomen,  
 pi scripta. 237. regimen. 365. sq.  
 Antimonialia diaphoretica non im- Argutiarum ars. 255  
 probanda. 560. Aristocrata Sinen sibignorata. 377  
 Antium Campania Romana oppi- Aristotelis Rhetorica commendata.  
 dum magnificis olim adificiis ex- 253  
 ornatum. 184. Philosophia ut sensim in  
 Aortæ arteria divisio in ramos Ca- Theologiam fuerit inventa? 516. sq.  
 rorides & Subclavios. 295. Arminianorum religio. 28  
 Apollinaris heresis a Gregorio Nys- Arnaldus (Antonius) notatus. 161  
 seno confutata. 397. Arteriæ Aortæ divisio in ramos Ca-  
 Apoplexiæ causa. 524. rorides & Subclavios. 295  
 Apostolorum prerogativa in qui- Arthritis ex glutine.  
 bus constituerit? 324. 137  
 Aquæ pluvia instar acidularum cum remediis anti-scorbuticis  
 curanda. 104  
 Asia-

INDEX RERUM. 573

Afrâel, <i>Angelus mortu.</i>	112	Begani in <i>conquirendis illustrum</i>	
Afylum <i>quatenus prebuerint alta-</i>		<i>virorum imaginibus studium.</i>	
<i>ria?</i>	101		337
Athanasianum <i>Symbolum Atha-</i>		Belgicorum <i>Theologorum diffidia.</i>	28
<i>nasio recentius.</i>	130		
S. Athanasius <i>num Treviris per</i>		Belgii <i>Ecclesiarum Scholarumque</i>	
<i>annos septem in cisterna sicca</i>		<i>status.</i>	27. seq.
<i>delituerit?</i>	85	Bellidis <i>egregius adversus tussim</i>	
Athenagoras <i>num Presbyter fue-</i>		<i>usus.</i>	194
<i>rit?</i>	554	De S. Benedicti <i>corpore controver-</i>	
Atomi <i>rejeſta.</i>	438	<i>sia inter Italos &amp; Gallos.</i>	82
S. Attalæ <i>Abbatissa Argentinensis</i>		Benedictus IX <i>puer 12 annorum ad</i>	
<i>vita.</i>	365	<i>Pontificatum Romanum erectus.</i>	85
S. Augustini <i>de conjugii adulteri-</i>		Betengarii <i>causa in articulo de Eu-</i>	
<i>nis sententia paradoxa.</i>	339. seq.	<i>charistia.</i>	233
Avi <i>titulus apud Sinenses honora-</i>		Bernini <i>Equitis in exornando Bi-</i>	
<i>tissimus.</i>	381	<i>Petri altari dexteritas.</i>	210. 213
Aula Caroli <i>Audacis Burgundia</i>		Bibliorum <i>Græcorum LXX Inter-</i>	
<i>Ducis.</i>	190	<i>pretum editiones varia.</i>	75
Aurium <i>dolor hydromeli auri in-</i>		Bibliotheca <i>Orientalis Dberbelotii</i>	
<i>stillato sublatus.</i>	194		105. seqq.
BALNEA <i>frigida non semper im-</i>		Bills <i>ut secernatur in hepate?</i>	361
<i>probanda.</i>	525	<i>humana analysis.</i>	461
Balneorum <i>Anglia usus &amp; abusus.</i>	524	<i>usus.</i>	462
		Bizotus <i>Historia Metallica Hollan-</i>	
Balsami <i>Peruviani essentia &amp; ex ea</i>		<i>dia auctor emendatus.</i>	334
<i>spiritus fragrantissimus.</i>	390	Blondellus ( <i>David</i> ) <i>ab ipsiſ Rom-</i>	
Balsamicum <i>Elixir singulare.</i>	390	<i>man. Catholicis ad Primatum</i>	
Baptismus <i>per immersionem &amp; su-</i>		<i>Pontificis impugandum incita-</i>	
<i>perfusionem simul olim collatus.</i>		<i>tus.</i>	291
	47. seq.	Bodinus ( <i>Joh.</i> ) <i>ab Elisabetha An-</i>	
<i>num infancibus hetero-</i>		<i>glia Regina contemtum habitus.</i>	292
<i>doxorum conferendus?</i>	175		
Basilicæ <i>Vaticane Descriptio.</i>	204	Bonarotâ ( <i>Michael Angelus</i> ) <i>Ar-</i>	
	seqq.	<i>chitectus illustrus.</i>	207. 208
Batavi <i>Frisique Agri Descriptio se-</i>			Bo-
<i>cundum Antiquos.</i>	20		

- Bononionſis lapis illuminabilis, ſeu  
*Pboſphorus.* 148  
 Bonum, in quod fertur appetitus  
*humanus, quid proprie?* 477  
 Boylii (Roberti) ſententia de ipſa  
*Natura ſub examen vocata.* 428  
 Breviariorum auctoritas qua? 133  
 Britannia Major a Minori, an hec  
*ab illa nomen acceperit?* 150  
 Britannia Minoris Reges antiqui  
*ſibiſſimi.* 159  
 Brixiensis Eccleſia Martyrologium  
*exploſum.* 84  
 Bruno Andegavenſis Episcopus Be-  
*rengarii primum aſſecta, poſt*  
*adverſarius.* 433  
 Bruſius (Petrus) bareſarcha. 514  
 Brutis male negata anima. 436  
 Bullati Doctores num cum aliis iu-  
*dem fruantur privilegio?* 406  
 Burmannus a ſuſpicionem Spinoſiſmi  
*liberatus.* 459  
 Burnetii (Thoma) Theoria Tellu-  
*ris conſutata.* 220. ſqq.  
 De Buſſy Comitum Vita. 23. ſqq.  
**C**abaſiliani impugnati. 7  
 Calculi in corporibus humanis  
*generatio ex glutine.* 137  
 Calixti II P. R. contentio cum Im-  
*peratoribus de inveſtitura Epi-*  
*ſcoporum.* 512. ſqq.  
 Cameracenſis Archi-Epiſcopi Prae-  
*cepta Sanctorum de Vita interi-*  
*ori.* 268. ſqq.  
*Archi-Epiſcopus im-*  
*pugnatus.* 278. ſq. 476. ſq. 482. ſq.
- Cameralis in Germania Judici-  
*conſtitutio.* 540  
 Camero (Job.) refutatus. 216  
 S. Canonis Acta ſuſpecta. 86  
 Canonizationes Sanctorum quan-  
*do caperint?* 168  
 Cantharidum in re medica uſus. 45  
 Canticorum Eccleſia Romana no-  
*va editio,* 63  
 Cardinalibus Episcopi quidam pra-  
*lati.* 85  
 Cardoſi Hagiologicum Luſitani-  
*cum improbatum.* 85  
 Carmelitarum Ordinis antiquitas  
*impugnata.* 132. 529. ſqq.  
*Ordo num ab Elia*  
*Propheta inſtitutus?* 132. 529. 530  
*Scripta pro anti-*  
*quitate Ordinis ſui edita.* 530. ſq.  
 In Carmelo Sacra, quam apud  
*Suetonium & Tacitum?* 96. 534  
 Caroli V Imperatoris bellum cum  
*Hariadeno Barbaroſſa.* 186  
*nummi ex-*  
*plicati.* 425  
 Caroli Audacis Burgundia Ducis  
*Aula.* 190  
 Carotidum arteriarum ex Aorta  
*exortus.* 295  
 Cartesius modus myſterium S.  
*Trinitatis explicandi.* 496. ſq.  
 Cartesius emendatus. 455  
 De Caſaubono (Iſaaco) memorae  
*bilis.* 292  
 Caſſandra Lycophronis illuſtrata.  
 103  
 Per



# INDEX RERUM.

575

<p><i>Per Catenariam inventio Logarithmi numeri dati.</i> 316</p> <p>Catenariæ <i>linea demonstrationes.</i> 305</p> <p>Catenariæ <i>rotatione genitarum Superficierum &amp; Solidorum mensuratio.</i> 321</p> <p>S. S. Catharinæ &amp; Barbara <i>Acta in dubium vocata.</i> 85</p> <p>Gatharrus <i>etiam macilentis infestus.</i> 193</p> <p>Cathedra Petri <i>lignea vindicata.</i> 209</p> <p>Catti <i>unde olim dicti?</i> 31</p> <p>Causæ <i>secunda num sint vera causa?</i> 356. 430. sq.</p> <p>Cereris <i>Sacerdotis effigies.</i> 202</p> <p>Chemica <i>principia quatuor, sal, oleum, aqua &amp; terra.</i> 559</p> <p>Childericus <i>Merovai filius num a Francu regno fuerit dejectus?</i> 156</p> <p>Chinensis. <i>Vide Sinensis.</i></p> <p>Christi <i>cruci affixi extrema tentatio qualis?</i> 273. 280. 286</p> <p>Christianæ <i>religionis articuli fundamentales.</i> 115</p> <p>Christiani <i>veteres Gentilium calumniis afflicti.</i> 420</p> <p>Christus <i>cur brumali tempore nasci, æquinoctiali resurgere voluerit?</i> 399</p> <p>Chronicum <i>Germanicum Jacobi de Konigsbosen.</i> 362. sq.</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>vetus Holsatia.</i> 151</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Belgicum.</i> 188</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Groningantum.</i> 188</p>	<p><i>Chronologiæ per imagines docenda nova methodus.</i> 10</p> <p>Ciceronis <i>Epistolarum ordo noturbandus.</i> 372</p> <p>Cimeliarehiorum <i>instruendorum ratio.</i> 336. sqq.</p> <p>Cinnabaris <i>offinarum curo assumenda.</i> 560</p> <p>Circumcisi <i>num a sacris Ordinibus arcendi?</i> 5</p> <p>Circumcisionis <i>omissio num licita fuerit in deserto?</i> 349</p> <p>Clemens <i>Alexandrinus illustratus.</i> 481</p> <p>Clemens <i>II P. R. gente Holsatia an Brandeburgicus fuerit?</i> 124</p> <p>Clementis <i>VI P. R. Bulla, qua Angelis mandatur, supposititia.</i> 363</p> <p>Clericorum <i>tonsura Græci moribus recepta.</i> 5</p> <p>Clericus <i>(Joannes) refutatus.</i> 456</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>sqq.</i></p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Harmoniam.</i></p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Evangelicam editurus.</i> 487</p> <p>Clodoveus <i>primus Francorum in Gallia Rex.</i> 154</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Legis Salica conditor.</i> 156</p> <p>Cæcorum <i>quorundam admiranda.</i> 293</p> <p>Cælum <i>inter Elementa a S. Paulino relatum.</i> 58</p> <p>Cocceji <i>(Jobi) hypotheses &amp; fata.</i> 29. 351</p> <p>Collegium <i>Medicorum instituendû consilium.</i> 38. sq.</p> <p style="text-align: right;">Colome-</p>
--	---

- Colomesius (Paulus) a seipso dis-  
sentiens. 81
- Columbaria urnarum receptacula  
203
- Colyba Græcorum vindicata. 4
- Comitiolorum Germania, imprimis  
Wormatiensium A. 1495, histo-  
ria. 539. sqq.
- Comitum in Anglia sub Saxonum  
imperio conditio. 442
- Commedi nummus explicatus. 94
- Comœdiæ non illicitæ. 174
- Concilia extra materiam fidei er-  
rori obnoxia. 83. sq.
- Concilii Tridentini dogmata. 178
- Conciliorum Anglo-Saxoniorum  
nova editio promissa. 550
- Concionandi arguta ratio. 358
- Conclavium Pontificiorum histo-  
ria non magna fidei. 84
- Confessio peccatorum quatenus  
ad Laicos institui queat? 234
- Conjugium secundum num licitum  
sit illi, qui ex causa adulterii  
divorrium cum priori conjugē  
fecit. 340  
incestuosum num a na-  
tura & intrinsece vitiosa? 349
- Contemplatio & Meditatio quo-  
modo apud Mysticos differant?  
275  
Mysticorum num  
interrumpi possit? 275. 280. 286  
num pure passive se  
habeat? 276. 277. 279. 280.  
285
- num privet quando-  
que animam visione Christi? 280  
285. sq.
- Conob quid in nummis? 158
- Copernicea Planetarum ordina-  
tio. 449
- De Coquis tractatio. 242
- Corellius (Georgius) refutatus, I  
199.
- Cornua altarium. 99
- Coronarum bodiarnarum forma  
A. glis debetur. 332
- Corpus idem quomodo resurgat?  
358. sqq.
- Creatio hominis ex gleba, fœmine  
ex costa viri, Deo non impossi-  
bilis. 358
- Creaturis vii insita agendi asserta.  
430. sq.
- Crises in morbu vindicata. 41
- Critica Ars Joannis Clerici. II. sq.
- Curva linea infinitas logarithmi-  
cas ad angulos rectos secans.  
230
- Curvæ linea celerrimi descensus. 52  
sq. 223. sq. 466
- Curvarum linearum Problemata  
& Theoremata. 49. 51. 52. 55.  
223. sq. 226. sq. 230. 232. 259. 305  
sq. 462. sq. 466. sq.  
rectificatio. 462. sq.
- In Cycloide isochronismus defecti-  
sus. 266. sq.
- Cycloidis nova proprietates. 53
- Cyclois celerrimi descensus. 49. 54  
223. 466.

Ex

# INDEX RERUM

577

<p><i>Ex Cyrilli Gathcebesi fragmentum de colloquio Archelai cum Manese be- r-siarcha.</i> 396</p> <p><b>D</b>æmones num quid possint in Na- turam? 66</p> <p>Damiani (Petro) liber de correctione Pape &amp; Episcopi vindicatus. 236</p> <p>Decretales Epistole, qua Siricium Pa- pam precedunt, suppositæ. 82</p> <p>Dei fœdus cum Adamo ante lapsum. 214 sqq.</p> <p style="padding-left: 2em;">amor purus commentum My- sticorum. 476. sqq. 483.</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Vide Amor.</i></p> <p>Deificatio Mysticorum. 276</p> <p>Dentium dolor capillis abscissis seda- tus. 195</p> <p>Deus num ita concurrat ad creatura- rum actiones, ut hæc non causa ea- rum sint, sed tantum occasiones? 430. 432. sqq.</p> <p style="padding-left: 2em;">num tantum ob perfectiones suas, sine convenientia cum natura nostra respectu amari possit? 479. 482</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Vide Amor.</i></p> <p>Dherbeloti ( Bartholomæi ) elogium &amp; vita. 105. 113. sq.</p> <p>Diaphoretica inter antifebrilia præ- stantissima. 391</p> <p style="padding-left: 2em;">antimonialia non impro- banda. 560</p> <p>Dies Juridici. 444</p> <p>Differentia &amp; identitas rerum unde? 501. sqq.</p> <p>Digami a Sacris Ordinibus exclusi. 3.</p>	<p>Diluvium quomodo contigerit? 221</p> <p>Dionysio Areopagita falso ad- scripti libri de Hierarchia. 84. 130</p> <p>Divortii ex causa adulterii licen- tia. 340</p> <p style="padding-left: 2em;">apud Judæos licentia quanta? 348</p> <p>Doctoris, Licentiatii, Magistri gradus in Academiis. 406. sq.</p> <p>Doctores Bullati iisdem cum a- ctiis gaudent privilegiis. 406</p> <p style="padding-left: 2em;">num vi Superioritatis Territorialis a Statibus Impe- rii creari possint? 404</p> <p style="padding-left: 2em;">ab Imperatoribus ipsis Regibusque creati. 405</p> <p style="padding-left: 2em;">quibus gaudeant pri- vilegiis? 406</p> <p style="padding-left: 2em;">quatenus equiparen- tur Nobilibus? 406. sq.</p> <p>Dolscius ( Paulus ) quis fuerit? 241</p> <p><i>Sub Dorothei Tyrensis nomine edita scripta non magni mo- menti.</i> 323</p> <p>Dysenteria myrtilli baccarum u- su curata. 194</p> <p style="padding-left: 2em;">venesectione curan- da. 524</p> <p><b>E</b> Bionitz, heretici. 501</p> <p>Ebraicæ lingua studium quo- modo tractandum? 13</p> <p>Ebræorum ritus cum Gentium instituta comparati. 95. sq.</p> <p>Dddd <span style="float: right;">Ee.</span></p>
---	---

- Ecclesiaz Græca orthodoxa cum  
Latina consensus demonstratus.*  
1. *sqq.*  
*Schisma.* 235  
*unius num quandoque  
plures fuerint Episcopi?* 84  
*Eduardi III Angliæ Regis aureus  
nummus explicatus.* 333  
*Eleusinia sacra ex Panathenais de-  
rivata.* 94  
*Elias num altare in monte Carmelo  
rite extruxerit?* 95  
*num fundator fuerit Ordinis  
Carmelitarum?* 132  
*In Elisabethæ Angliæ Reginae bo-  
norem causa numismata.* 314  
*Elixir balsamicum singulare.* 390  
*Ἐπιπέσματις εἰς Θεὸν quid i Petri  
III, 21?* 346  
*Epiphaniæ de visis Prophetarum  
liber fabulosus.* 131  
*Episcopi num quandoque plures  
fuerint ejusdem Ecclesiæ?* 84  
*quidam Cardinalibus pro-  
lati.* 85  
*quo sensu Apostolorum suc-  
cessores?* 325  
*Episcopus (Simon) notatus.* 216  
*De Episcoporum investitura agi-  
tata controversia.* 511  
*Epistolæ variorum hætenus inedi-  
ta.* 240  
*Christiani Dawmii ad Jo.  
Frid. Hekelium.* 373  
*Gregorii Nysseni hæte-  
nus inedita.* 399
- Cardinalis Offati.* 489  
*Erasmus Geographia veteris igno-  
rata postulatus.* 12  
*Erckenboldi Catalogus Episcoporum  
Argentinenſium auctior.* 365  
*Ergasteriorum publicorum utilitas.*  
474  
*Erichthonius Ludorum apud Græ-  
cos auctor.* 93. *sq.*  
*Esseni num fuerint Hæretici?* 131  
*Etymologiæ vocum.* 30  
*Evangelium quibus locis a Christo  
& Apostolis prædicatum?* 322. *sq.*  
*In Eucharistia num panis azymus  
recte adhibeatur?* 5  
*Eunuchi num a sacris Ordinibus  
arcendi?* 5  
*Evolutionum usus.* 211  
*Euthalii in Epistolas Paulinas alias-  
que Catholicas studium.* 400. *sq.*  
*Eutychii Alexandrini Patriarchæ  
Annales fabulis pleni.* 162  
*Exarchorum in Ecclesia Christiana  
origo.* 326  
*Fabricii (Jo. Ludovici) vita, seri-  
pta & obitus.* 171. *sq.*  
*Febriticantium serum num insipi-  
dum?* 527. *sq.*  
*In Febribus ardentibus missio san-  
guinis inepte prohibita.* 34  
*critica despumatio ma-  
le impedita.* 41  
*usus vesicantium.* 46  
*Febris alba puella octenni infesta.*  
195  
*Febrium natura & therapia* 391.  
S. Fe-

# INDEX RERUM 576

<p>S. Felicis <i>Papa martyrium confitutum.</i> 85</p> <p>Felicitas <i>propria naturaliter ab homine appetitur.</i> 477. sq.</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>omnis amoris fundamentum.</i> 478</p> <p>Ferdinandi I <i>Imperatoris nummi explicati.</i> 425</p> <p>Feuda <i>quando ceperint fieri hereditaria?</i> 442</p> <p>Feudorum <i>militarium in Anglia origo &amp; conditio.</i> 441</p> <p>Fidei <i>Christiana articuli fundamentales.</i> 115</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>in Christum num in statu integritatis futurus fuisset locus?</i> 216</p> <p>Firialis <i>causa in doctrina physica usus.</i> 429</p> <p>Finis <i>ultimus num tantum unus?</i> 477. sq.</p> <p>Fixæ <i>stellæ num corpora opaca?</i> 248</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>cujus sint natura?</i> 454</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>quantum a nobis distent?</i> 454</p> <p>Fluidorum <i>duo genera.</i> 298</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>particula quam habeant figuram?</i> 298. sq.</p> <p>Flumina <i>num in Luna dentur?</i> 452</p> <p>De <i>Fluminum natura Tractatus Physico-Matbematicus.</i> 279</p> <p>Fluminum <i>origo.</i> 300</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>motus.</i> 300</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>conjunctio.</i> 301</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>in alia flumina derivatio.</i> 301</p>	<p><i>incrementa unde?</i> 301</p> <p>Fœderum <i>in Germania paci publica constituenda initorum historia.</i> 538. sq.</p> <p>Fœdus <i>Dei cum homine antelapsum.</i> 412. sq.</p> <p>Fontana <i>(Carolus) correctum.</i> 205</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>sq.</i></p> <p>Fontana <i>(Dominicus) Archiepiscopus quanto honore fuerit affectus?</i> 213</p> <p>Fontium <i>origo.</i> 300</p> <p>Fortunæ <i>adversa utilitas.</i> 26</p> <p>Franciæ <i>Historia.</i> 1. 3</p> <p>Francorum <i>in Gallia regni quis primus conditor?</i> 153</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>origo.</i> 187. 365.</p> <p>Friburgensis <i>civitatis Historia.</i> 367</p> <p>Friderici III <i>Imperatoris Constitutio lœtis iniqua, non fuit recepta.</i> 406</p> <p>Fridericianæ <i>Academia, qua Halis est, Inauguratio.</i> 369</p> <p>Frisii <i>agri descriptio secundum Antiquos.</i> 20</p> <p>Fulberti <i>Carnotensis scripta.</i> 233</p> <p>Functionis <i>linea.</i> 225</p> <p>Funditorum <i>in Gallia factio.</i> 25</p> <p><b>G</b>alilæa <i>Gentium unde dicta?</i> 323</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>In Gallia quis primus regnum Francorum condiderit?</i> 154</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>origo Majorum Domus.</i> 365</p> <p>Generatio <i>hominis sine virili semine Deo non impossibilis.</i> 357</p> <p style="text-align: center;">D d d d 2</p> <p style="text-align: right;">Ge.</p>
---	---

Genethliacorum <i>disciplina.</i>	557	Gradus <i>honorum in Academiis.</i>	404. 59.
Gentilium <i>ritus cum Ebraeorum</i>		Græca <i>lingua caterarum mater.</i>	29
<i>instituti comparati.</i>	95. 59.	<i>ut fuerit genita?</i>	30
<i>in veteres Christianos ca-</i>		Græcæ <i>Ecclesie orthodoxæ cum La-</i>	
<i>lumnia.</i>	420	<i>tina consensus demonstratus.</i>	1.
Geographia <i>Orientis.</i>	107		599.
<i>universalis.</i>	196	<i>colyba vindicata.</i>	4
<i>sacra.</i>	321. 599.	<i>status seculo X.</i>	168
Geographica <i>tabula nova.</i>	21. 22.	<i>schisma.</i>	235
	56	Græcarum <i>Scriptura S. versionum</i>	
Geometricum <i>proprie quid sit?</i>		<i>historia.</i>	77
	467	Grævii (Jo. Georgii) <i>Scripta e-</i>	
Gerberti, <i>postea Sylvestri Papa,</i>		<i>denda.</i>	352
<i>gesta.</i>	165	Gratix <i>quatenus cooperetur homo?</i>	
In <i>Germania constituta Pacis pu-</i>			273. 276
<i>blica historia.</i>	537. 59.	In <i>Gravidis etiam venescentio quan-</i>	
Germanix <i>Inferioris descriptio se-</i>		<i>doque utilis.</i>	193
<i>cundum Antiquos.</i>	20	Gravis <i>celerrimus descensus. Vide</i>	
Germanorum <i>veterum res mone-</i>		<i>Curva, Cyclois.</i>	
<i>taria.</i>	423	Gravitas <i>principium motus fluenti-</i>	
Glefe <i>quid Germanis?</i>	363	<i>um aquarum.</i>	300
Glossarium <i>Saxonicum a Gerbar-</i>		Gregorii <i>VII R. P. gesta &amp; ambi-</i>	
<i>do Meiero promissum.</i>	151	<i>tio.</i>	255. 239
<i>Teutonicum a Job. Schil-</i>		Gregorii <i>Nyssenii Antirrbeticus ad-</i>	
<i>tero promissum.</i>	192	<i>versus Apollinarem quando scri-</i>	
<i>Gracum a Jo. Georgio</i>		<i>ptus?</i>	397
<i>Gravio promissum.</i>	352	<i>Testimonia ex Veteri</i>	
Gluten <i>in corporibus humanis cal-</i>		<i>Testamento adversus Judeos.</i>	398
<i>culum &amp; arbritidem produ-</i>		<i>doctrina a suspicione</i>	
<i>centis.</i>	137	<i>Eutychianismi liberata.</i>	397. 399
De <i>Godelli (Godeau) Historia Ec-</i>		Groninga <i>Corbulonis monumen-</i>	
<i>clesiastica judicium.</i>	193	<i>tum.</i>	22
Goldastus (Melchior) <i>correctus.</i>		Groninganum <i>Chronicon.</i>	188
	363	Grotius (Hugo) <i>notatus.</i>	14
Gonorrhœa <i>jam olim Judais in-</i>		Guilius <i>Dux cur tanto in Colinaum</i>	
<i>gesta.</i>	524	<i>odio</i>	

odio exarserit? 294  
**H**adrianus Imperator Antiate fecessu gavisus. 183. sqq.  
 In Hallensi urbe erecta Academia Fridericiana Historia. 369. sqq.  
 Hegemonius quatenus pro editore Colloquii inter Archelaum & Manetem haberi possit? 394. sq.  
 Helmontius notatus. 218.  
 Henrici IV Gallia Regis cum Romana Ecclesia conciliatio. 492.  
 Henrici V Imperatoris lites cum Romanis Pontificibus. 512. sqq.  
 Henrici VIII Anglia Regis numisma. 333.  
 Henricus Leo, Guelfus, successor in Imperio aliquando a Friderico Barbarossa destinatus. 354.  
 In Hepate quomodo scernatur bilis? 361  
 De Hierarchia libri male S. Dionysio Areopagita adscripti. 84. 130  
 Hierocles auctor Notitia Provinciarum ante Constantinum Porphyrogenitum vixit. 328  
 Hieronymus notatus. 79  
 Hildebrandi seu Gregorii VII R. P. gesta & ambitio. 235  
 Hippocrates vindicatus. 520  
 De la Hire emendatus. 266  
 Hispanicae Inquisitionis Decretum adversus Acta Sanctorum Henrichenio-Papebrochiana. 532. sq.  
 Historia populorum Orientalium. 105. sq.

Francia. 153  
 Religionum. 242  
 fundata Academia Fridericiana. 369. sqq.  
 amplificatorum Academia Norica privilegiorum. 543. sq.  
 Sinenfis Imperii. 375. sq.  
 originis Saxonum. 421  
 universalis. 391. 91  
 pacis Germania publica. 537  
 Historiae per imagines tradenda nova methodus. 9. 91. sq.  
 Holfatiae Chronicon vetus. 151  
 Homicidae num a sacris Ordinibus arcendi? 5  
 Hominis partes tres, spiritus, corpus, anima. 355  
 De Homonymis Scriptoribus Svediasma. 120. sq.  
 Hortus Medicus Amstelodamensis. 129  
 Hydromel auri instillatum dolorem aurium tollit. 194  
 Hydrops in femina deventa etatis curatus. 193  
 In Hypercatharsi salutare lac calidum vaccinum. 195  
 Hypothesium in re medica ratio. 36. 38  
**I**cenia, hodie Norfolkia. 445  
 Icterus omne serum in corpore humano flavo colore tingit. 194  
 a motu corporis nimio ortus. 195  
 In Idea clara & distincta frustra  
 Dddd 3 omnis

- omnis certitudinis fundamentum collocatur.* 507 sq.  
*Idearum in intellectu humano varia genera.* 505 sqq.  
*Identitas & differentia rerum unde?* 501 sqq.  
*Jesuitarum in Gallia restitutio artibus Cardinalis Ossati procurata.* 493  
*cum Carmelitis lites.* 529 sqq.  
*Ignis perpetuus in Sacri.* 99  
*Imaginis Divina ratio in primis parentibus.* 217  
*Imaginum in Historia & Chronologia tradenda usus.* 9. 91  
*Imperatores inter & Pontifices Romanos controversia de investitura Episcoporum.* 511  
*Imperialium seu Thalerorum Sylloge.* 422. sqq.  
*Incestuosa conjugia num a natura & intrinsece vitiosa?* 349  
*Indicationes curativa unde a Medico depromenda?* 41  
*Indifferentia sacra quid Mysticis?* 271. 279  
*sano sensu explicata.* 482  
*Indulgentiarum usus in Ecclesia.*  
*Gracia.* 2. 3  
*etiam supposititiarum valor.* 83  
*seculo XV & XVI incrementa.* 131  
*Innocentii X P. R. in Templum.*
- Vaticanum merita.* 211  
*Inquisitionis Hispanica Decretum adversus Acta Sanctorum Herschenio-Papebrochiana.* 532. f. 0  
*Intelligentiæ creata num sub nomine Natura innuantur?* 423  
*Interpretationis regula generales.* 14  
*Intrita plasticorum veterum quid fuerit?* 212  
*De Investitura Episcoporum controversia ut fuerit tandem composita?* 513  
*Johannis XXII P. R. Bulla Sabbatina supposita.* 83  
*Joannis Patriarcha Hierosolymitani liber de Institutione Monachorum spurius.* 130.  
*Josephi Antiocheni de primitiva Ecclesia perfecta militia liber spurius.* 130  
*Josephus B. Virginis Mariae patrum.* 135  
*Irenæi dogmata examinata.* 556  
*Isochronismus descensu in Cycloide.* 266. sq.  
*Jubilæa vindicata.* 3  
*Judææ Tetrarchia.* 322. sq.  
*Judaicæ Theologia veteris & novæ Synopsis.* 239  
*Judex, testis, advocatus in causa sanguinis quatenus ab Ordinibus sacris excludantur?* 6  
*Judiciorum Westphalicarum olim usus & abusus.* 540  
*De Juramento tractatus.* 253  
 Ju.



Juris Naturalis Prudentia.	485	Libanii Sophista ultra 2000 episto-	
Jurisprudentiæ Compendium jux-		la inedita in Vaticana Bibliote-	
ta ordinem Digestorum.	102	ca.	400
Jus Commune quodnam jus defi-		Liberi quam severe apud Sinenses	
gniet in Imperii Reecessibus?	542.	ad obsequium parentibus pra-	
Jus Romanum quatenus in Germa-		standum obstringantur?	386 sq.
nia receptum sit?	542. sq.	Libri quam varie mendis deprava-	
Justini Martyris dogmata exami-		ventur?	17. sq.
nata.	553	Licentiati isdem, quibus Doctores,	
Justorum tres status ex mente My-		gaudent privilegiis.	406
sticorum.	269	Ligorius (Pyrrhus) notatus	205
examinati.	484	Linea. Vide Curva, Cyclois.	
		Linea functionis.	225.
<b>L</b> ac calidum vaccinum in hyper-		Linearum trajectoriarum tracta-	
catbarfi conducens.	195	tio.	470. sqq.
Lampadum aquabiliter semper lu-		us in doctrina radio-	
centium preparatio.	222	rum lucis.	470.
Lanfrancus illustratus.	234	Linguae humana genesis.	29 sq.
A Lapide (Cornelius) notatur.	123	Liquida proprie quenam?	298
In Laudi (Gulielmi) Cant. Arch.		Lockii (Jo.) de Ideis doctrina sub	
memoriam numisma cufum.	334	examen vocata.	504. sqq.
Launojus (Joannes) librum de		Logarithmi numeri dati inventio	
Regia in matrimonium potesta-		per Catenariam.	316
te in vitus composuit.	293.	Λογος vox num ex Platonica phi-	
Lauterbachianum Juris Compen-		losophia in religionem Christia-	
dium correctum.	520	nam illata?	456. sqq.
Leges motus quomodo aboleri aut		Lombardus (Petrus) pater Scho-	
suspendi a Deo possint? 356 sqq.		lasticorum.	517
Legis Salica antiquitas asserta.	156	Ludoviciana regionis in America	
Gen. II. 16. 17. qua fue-		nuper detecta descriptio.	69
rit ratio?	218	Luna num maria, flumina, aerem	
Lex natura alia moralis, alia phy-		contineat?	452. sq.
sica.	64. sqq.	Lutheranos inter & Reformatos	
Lexicon Dberbeloti Turco-Perfi-		num dissensus fundamentalis?	
cum ineditum.	106		144
		Lycophron, poeta obscurissimus.	130
		Machi.	

<b>M</b> achiavelli dogmata ipsis Principibus noxia. 352	Martyrologiorum autoritas que 133
Magi a Zabiis diversi. 108. 110	Martyrologium Brixienſe expoſum. 84
Magorum nomen unde? 111	Materiæ inertia naturalis explicata. 433 ſq.
Mahomet num miracula patraverit? 113	prima notio. 434
Majoragii Philochryſus. 330	Mathematicæ Curſus Ozanami. 246
Majorum Domg in Gallia origo. 356	S. Mauri Vita, qua S. Fauſto tribuitur, conſcripta. 86
Malebranchii creaturis veram ætionem negantis opinio refutata. 430. ſqq. 438.	Mauritius (Ericus) correctus. 363
Mandarinorum apud Sinenſes condictio. 381. 383. 387	Maufolea antiqua, Romana & Etruſca. 201
Manes quam inepte ſe pro Paracletovenditaris? 394	Maximiliani I Imperatoris numiſmata quedam explicata. 424
Manetis Hæreſiarcha cum Archeſtuo colloquium. 394	De Maximis & Minimis methodi ſpecimen. 49. ſq. 53. 211
Margunius (Maximus) refutatus. 1. ſqq.	Mazarini Cardinalis geſta & character. 24. ſq.
Maria & flumina num in Luna dentur? 452. ſq.	Mechaniſmus corporum ſobrie capiendus. 428
B. Mariæ Virginis feſta. 365	Medica praxis ad priſcam obſervandi rationem revocanda. 33. ſq.
Marimor Baptiſmatis ritum indicans illuſtratum. 46 ſq.	Medicina Nov-antiqua. 520
Maruſupialis Americani Anatomia. 407. ſqq.	Medicinæ variæ ætates. 35
paria nomina. 407	impedimenta & corruptela. 34. ſq.
marſupiam. 410	Medici Collegii inſtituendi conſilium. 39. ſqq.
dimenſio. 408	officium in curandis variis generis morbis. 40. 66.
Martialis Lemovicenſis Episcopus num inter Apoſtolos locum habeat? 238	Medici Theologi. 247
Martinii (Matthia) Vita. 351	Medicus natura miniſter. 66
	Mediolanenſis Metropoliſa jus antiquum

<i>riquam in Episcopum Taurinen-</i> <i>sem,</i>	59	Millenariorum <i>in prima Ecclesia</i> <i>varia secta.</i>	551
Meditatio & Contemplatio quo- <i>modo apud Mysticos distinguan-</i> <i>tur?</i>	275	De Minimis & Maximis <i>methodi</i> <i>specimen.</i>	49. sq. 53. 211
Meieri (Theodori Gebbardi) <i>scri-</i> <i>pta.</i>	243	Miracula <i>per suspensas natura le-</i> <i>ges explicata.</i>	356. sq.
De Memoria <i>artificiali iudicium</i>	173.	Miraculorum <i>in Sacris Literis</i> <i>commemoratorum vindicia,</i>	355. sq.
Mercurii <i>particularum figura.</i>	299	In Missæ <i>Sacrificio ritus singularis</i> <i>olim observatus.</i>	239.
<i>ex plumbo renati bi-</i> <i>storia.</i>	559	Missalium <i>numqua extra materi-</i> <i>am fidei auctoritas?</i>	83
<i>color varius ex ad-</i> <i>sperso oleo tartari.</i>	560	Molinaeus (Petrus) <i>Anti-Cottoni</i> <i>auctor.</i>	290
Mercurii <i>Planeta &amp; incolarum</i> <i>eius conditio.</i>	451. sqq.	Monachus & <i>Religiosus num-</i> <i>idem?</i>	131
<i>diameter apprens.</i>	90	Monades <i>qua Dn. Leibniz?</i>	434. 435
Mercurius <i>sub Sole observatus.</i>	86	Moneta <i>Germanorum antiquorum</i> <i>scptis.</i>	423.
	599.	Monetariæ <i>rei corruptela &amp; emen-</i> <i>datta.</i>	335
Meschasippi <i>fluvii Americani de-</i> <i>scriptio.</i>	69. sqq.	<i>in Anglia status.</i>	446
Metallorum <i>transmutatio num-</i> <i>plane neganda?</i>	560	Montanistæ <i>etiam ab Irenæo refu-</i> <i>sati.</i>	552
Metaphoræ <i>varia genera.</i>	257	Montis <i>Francorum canobium.</i>	126
Methodi <i>de Maximis &amp; Minimis</i> <i>specimen.</i>	49. sqq. 53. 211	Moralia <i>Sinensium precepta.</i>	386
<i>Newtoniana specimen.</i>	306. sqq.	Moralitas <i>Juris Natura num ab</i> <i>arbitrio voluntatis Divina de-</i> <i>pendeat?</i>	217
Metropolitanorum <i>in Italia origo.</i>	325	Morbi <i>ex animi passionibus depen-</i> <i>dentes.</i>	36
Militaria <i>arma.</i>	250	<i>navigantium, eorumque</i> <i>causa &amp; curatio.</i>	523
Militaris <i>disciplina.</i>	251	Morborum <i>historia conscribenda</i>	608.
Milites <i>creandi jus penes quos olim</i> <i>fuerit?</i>	446		
<i>etiam ab inferioribus, imo</i> <i>a subditis creati Principes.</i>	446-7		

<i>consilium.</i>	37. sq.	<i>commune.</i>	122
<i>periodi &amp; effectus constan-</i>		<i>Mundi systema ex mente Hugenii.</i>	455
<i>tes.</i>	40	<i>Murorum fornicibus suppositorum</i>	
<i>causa quomodo exploran-</i>		<i>firmitas unde determinanda?</i>	309
<i>da?</i>	40	<i>Musicæ usus in curandis a earan-</i>	
<i>Morbis &amp; Symptoma quomodo</i>		<i>tula morsis.</i>	44. sq.
<i>differant?</i>	522	<i>Myrtilli bacca antidyfentericum.</i>	194
<i>Mortis sententiam qui tulit Judex</i>		<i>Mystica Theologia ab Archiepisco-</i>	
<i>ad sacros Ordines num admit-</i>		<i>po Cameracensi explicata.</i>	268.
<i>tendus?</i>	6		sq.
<i>Mortui Sancti num visione Dei be-</i>		<i>ab Anonymo im-</i>	
<i>atifica fruuntur?</i>	9	<i>pugnata.</i>	476. sq.
<i>Pro Mortuis precum qui usus ex</i>		<i>Mysticorum Vita interior explica-</i>	
<i>mente Græcorum?</i>	2	<i>ta.</i>	268
<i>Mortuis basia non semper impune</i>		<i>Theologorum facta.</i>	268
<i>insignantur</i>	193	<i>tres via, purgationis,</i>	
<i>Mortuorum resurrectio paradoxa</i>		<i>illuminationis &amp; contemplatio-</i>	
<i>ratione exposita.</i>	358. sq.	<i>nis.</i>	270
<i>Motus omnis num immediate a</i>		<i>resignatio &amp; indiffe-</i>	
<i>Deo?</i>	65	<i>rentia sacra.</i>	271
<i>Motus per legem æternam Dei o-</i>		<i>de Tentationibus do-</i>	
<i>mnimateria inunctus.</i>	65	<i>ctrina.</i>	272
<i>fluentium leges.</i>	300	<i>meditatio &amp; contem-</i>	
<i>Motus unice &amp; immediate a Deo</i>		<i>platio.</i>	275
<i>procedit.</i>	356	<i>status passivus.</i>	276
<i>leges quamam?</i>	356	<i>mors &amp; resurrectio</i>	
<i>leges quomodo aboleri aut</i>		<i>spirituali.</i>	276
<i>suspendi a Deo possint?</i>	356. sq.	<i>transformatio.</i>	276.
<i>eadem quantitas num con-</i>			sq.
<i>servetur?</i>	429	<i>de amore Dei puro sen-</i>	
<i>leges num arbitraria?</i>	429	<i>tentia collata cum sententia Epi-</i>	
<i>De Motu Varia.</i>	436. 438	<i>scoporum.</i>	479
<i>Mulier bona illata repetere potest,</i>			
<i>facta separatione a thoro &amp;</i>			
<i>mensa.</i>	520		
<i>Mulleri nomen Eruditorum nullis</i>			

**N**atura sibi & Medicis vindicata. 63  
 quam rebus tribuere solemus, in quo consistat? 427 sq.  
 & Persona quomodo distinguantur? 507. sq.  
 Naturæ vocabulum & existentia asserta. 64  
 quomodo in Scholas fuerit introductum? 64  
 definitio. 65. 427  
 quomodo ministret Medicus? 66  
 miracula peculiari tractatu discutienda. 66  
 Contra Naturam & præter naturam agere ut differant? 65  
 Nautarum morbi, eorumque curatio. 523  
 Neutonianæ methodi specimen. 306. sqq.  
 Nobilitatis jura num competant Doctoribus? 407  
 jus non nisi immemoriali tempore præscribitur. 519  
 Nomen idem cur multis sæpe hominibus commune? 122  
 mutare quando ceperint Romani Pontifices? 234  
 Nominis mutatio an licita? 125  
 Norfolkæ Descriptio topographica. 445  
 Noribergæ situs secundum longitudinem & latitudinem. 138  
 Notionum varia discrimina. 16  
 De Notgero Balbulo memorabilia. 167

Notitia Patriarchatum, Metropolitæon, & Episcopatum Orbis Catholici. 328  
 Nummaxiæ rei notitia exposita 331. sqq.  
 Nummi antiquorum Francia Regum. 157  
 duo Theodeberti Austrasie Regis explicati. 157  
 Pontificum Romanorum templi Vaticani structuram indicantia. 204. sqq.  
 Ottonis arci magni pretii, 335  
 quo clades classi Hispanica A. 1588 illata celebratur, explicatio. 334  
 maximi moduli (Medaglioni) num moneta usum præbuerint? 332  
 adulterini ut a genuinis discernendi? 332. 335  
 uncales, seu thaleri, aut imperiales. 422. sqq.  
 Maximiliani I. Caroli V. Ferdinandi I. Imperatorum, 424. sq.  
 Eduardi III. Henrici VIII. Elisabethæ Angliæ Regum & Regina. 333. sqq.  
 Nuptiæ quarta severe in Ecclesiâ Græca prohibita. 161  
**O**beliscus a Sixto V R. P. in foro Vaticano erectus. 213  
 Observationum in re Medica necesse 2

- cessitas & usus.* 33. sq.  
*neglectus unde?* 34
- Oceani aqua pressio cur nullum urinatoribus dolorem inferat? 223
- Oleo sanguinis humani destillato quantum salis volatilis insit? 461
- Oleum Sulphuris per campanam in majori copia adipiscendi modus. 222
- Olympionicarum cum annis mundi & c. collatio. 119
- Opium in parva dosi nonnunquam plus quam in magna praestat. 194
- Oratio perpetua a Christo commendata qua? 275
- Ordinandorum requisita. 3. sq.
- Ordinationibus sacris quamvis permitti in Ecclesia Graeca & Latina consueverint? 1. sq.
- Ab Ordinibus sacris quinam ex disciplina Graecorum excludantur? 3. sq.
- Ordinum sacrorum interstitia cur minora apud Latinos, quam apud Graecos? 4
- Orientalium populorum Historia. 105. sq.  
 Geographia. 107.
- Origenis circa sacra Biblia studium. 78
- Oscula non semper impune mortuis dantur. 193
- Ossati (Cardinalis) Vita. 489
- Othonis nummi aerei magnipressii. 335
- Palatina, quae hodie agitur, controversa. 170
- Panathenza quando instituta? 93
- Parabola per se aut cum alia conjuncta rectificabilis. 463
- Parabolæ arcuum comparatio 259. 261. 464  
 rectificatio. 463  
 cubicalis primaria arcuum mensura. 465
- Parentum in liberos summa apud Sines auctoritas. 386. sq.
- Parisiense templum cathedralis a quo conditum? 160
- Parisiensis laniena genuina occasio. 294
- Ad Parliamenta Anglia quando admissi Communes? 444
- Paroecianus num Confessarium pro arbitrio eligere possit? 520
- Parricidium quam severe apud Sines puniatur? 387
- Partus undecimestris legitimus. 519
- Paschalis II R. P. contentio cum Imperatoribus de investitura Episcoporum. 511. sq.
- Paschatis ritus. 456
- Passionum animi quantum sit in morbis momentum? 36
- Patriarcha num in Occidente alius contra Romanum Pontificem creari possit? 327
- Patriarchatum in Ecclesia Christiana a quo origo. 316
- Patriarchatus Romanus quam late patuerit? 226
- Pauli

<i>Patri VR. P. in exornanda Vaticana basilica studium.</i>	208	<i>Mausoleum ab Urbano VIII R. P. magnificentissime exornatum.</i>	210
<i>In Paulinas aliasque Catholicas Epistolas studium Euthalii.</i>	400.	<i>primatus assertus.</i>	324
	sq.	<i>Philippi Burgundi, Episcopi Ultrajectini Vita.</i>	189
<i>S. Paulini Episcopi Nolani Poemata?</i>	57	<i>Philonum ea, quae de Sacris tradidit, ex Plafone, an ex Scriptura S. hauserit?</i>	457
<i>A. S. Paulo (Sebastianus) refutatus.</i>	8. sq. 129. sq. 529 sq.	<i>Philosophia Peripatetica J. B. Prolemat.</i>	368
<i>S. Paulus num Episcopus Romanus dicit possit?</i>	84	<i>ut sensim in Theologia se insinuarit?</i>	516. sq.
<i>Pax publica quanta mole in Germania fuerit constituta?</i>	537. sq.	<i>Phlegma sanguinis humani destillatum quantum salu, volatile contineat?</i>	461
<i>quibus fulcris fuerit sustentanda?</i>	540	<i>Ex Phoenicum alphabeto reliquorum populorum litera derivata.</i>	93:
<i>Peccata, quae a Deo physice non impediuntur, nihilominus illicita.</i>	274	<i>Phosphorus ex sale ammoniaco &amp; calce vivaparatus.</i>	222
<i>num &amp; in eos cadant, qui amore puro Deum complectuntur?</i>	277	<i>Photiani, Ecclesia Graeca sectarii; refutatio.</i>	1. sq.
<i>Perceptionis in homine num duo solum modi, sensatio &amp; reflexio?</i>	504	<i>De Physiognomia Dissertatio.</i>	338.
<i>Persona &amp; Personalitas in S. Trinitate ut differant?</i>	498		sq.
<i>&amp; Natura quomodo distinguuntur?</i>	507. sq.	<i>Pindari editiones varia.</i>	118
<i>Personae qualis idea?</i>	508	<i>Planetarum primariorum cum Tellure comparatio.</i>	448. sq.
<i>Personarum distinctarum alia in Deo alia in hominibus ratio.</i>	498. sq. 504	<i>incola quibus studiis incumbant?</i>	451
<i>S. Petri cathedra lignea vindicata.</i>	209	<i>Planetis planta &amp; animalia etiam rationalia vindicata.</i>	450. sqq.
<i>confessio, i. e. sepulchrum.</i>	210	<i>Platonis de vita humana iuascium.</i>	112
		<i>Ex Platonis Philosophia num vox A. de in religionem Christianam</i>	
		<i>Ecce 3.</i>	

- nam illata?* 456. *sqq.*  
 Plautus *explicatus.* 253  
 Pluviae *aqua instar acidularum cum fructu pota.* 194  
 Podagræ *causa & curatio.* 525  
 Podagricorum *sanguis multo plus alcali continet, quam sanguis sanorum.* 526  
 Polaris *stella altitudo minima & maxima Noribergæ.* 139  
 Politianus (*Angelus*) *notatus.* 241  
 Politica *Sinenfium prudentia.* 377. *sq.*  
 Polygamia *Patriarcharum quomodo tolerata?* 348  
 Pontifices *Romani adversus inculationes Græcorum vindicati. 8 in Episcopatu Romano Petri & Pauli, in Universali solius Petri successores.* 84. *quando ceperint mutare nomen?* 234  
 Pontificum *Romanorum infallibilitas qualis?* 82  
*prava facinora.* 162. 168  
*numismata fabricam Templi Vaticani indicantia.* 204. *sq.*  
*primatus.* 324  
*cum Imperatoribus controversia de investitura Episcoporum.* 511  
 Pontificiis *veri Christianismi possessione vindicata.* 245. *sq.*
- Porretani (*Gilberti*) *heresis.* 515  
 Possëvinus *notatus.* 236  
 Preces *pro defunctis quem usum hab. aut ex mente Græcorum?* 2  
 Probationum *in examine candidatorum Ordinis ratio.* 7  
 Protestantium *Ecclesiæ conciliandi ratio.* 141. *sq.*  
 Prudentia *Sinenfium Politica.* 377. *sq.*  
 Psalmorum *nova editio.* 62  
 Pseudonymi *Scriptores detecti.* 289  
 Ptolemæus *illustratus.* 22  
 Pufendorffii *Samuelis Jus Dei Fecciale sub censuram vocatum.* 214. *sq.*  
 Purgatorium *ab Ecclesia Græca admissum.* 2  
 Purus *Dei amor quis? Vide Amor purus.*  
 Pyramides *Egyptiorum num altaria fuerint?* 100  
**Q**uadratrix *Tschirnbaufiana vindicata.* 247  
 Quantitas *motus num eadem in natura servetur?* 429  
 Quercetanus *notatus.* 222  
 Quietismus *oppugnatus.* 476. *sq.*  
 Quietistarum *principiis addictus Simeon Junior seculi XI scriptor.* 238  
 Quinctilianus (*M. Fabius*) *innumeru locu emendatus.* 548. *sq.*  
 De **R** Abutin (*Rogerii*) *Comitis de Bussi vira.* 23. *sq.*  
 Radium *lucis per medium inæqualiter densum transeuntium curva-*



<i>curvatura quomodo determi- nanda?</i>	470	Rhetorici studii ratio.	16
Ratio in hominibus quid proprie?	504. sq.	Romani Pontifices. Vide Pon- tifices Romani.	
Contra Rationem & supra ratio- nem, diversa.	509	Romæ præter Pontificem duo alii Episcopi.	84
Ratherius scriptor gravis seculi XII.	164	Romanum jus quatenus in Germa- nia receptum sit?	542. sq.
Rectificatio Parabola.	463	Roscelini de S. Trinitate senten- tia.	237. 238
Reformata Ecclesia ad primum in do- ctrina fidei consensum invitata.	141	Ryfvicensis Pacis instrumenta, cum antegressis de Pace tracta- tibus collata.	169. sq.
Reformatos inter & Lutheranos num dissensus fundamentalis?	144. 244. sq.	Abellianismo vindicata R. Soutbi de S. Trinitate sen- tentia.	497. 503
Regimenti Imperii constitutio.	540	Sacramenti rationem num habue- rit arbor scientia boni & mali?	216. 218
Regulo antimonii martiali pura ferri substantia admixta.	560	Sacrificia pro mortuis quem usum habeant ex mente Græcorum?	2
Religiones in Belgio vigentes.	27 sq.	Sacrificiorum origo & scopus.	218
Religionis Christiana articuli fun- damentales qui?	115	Sal Volatile sanguinis humani qua proportione phlegmati, spiritui & oleo & sanguine destillati in- fit?	461
Religionum historia.	242	alcali in mineralibus quibus- dam præexistit.	59
Religiosus non illico, qui Mona- chus.	131	succini num cum acido effe- vescat?	560
Resignatio sacra quid Mystici?	271	Ex Sale fixo sanguinis spiritus o- mnino acidus destillatur.	460
Resurrectio mortuorum paradoxa ratione explicata.	358. sq.	Salicæ legis antiquitas asserta.	156
Retractus jus in emptione sub con- ditione ut emptor venditoris va- letudinem diligenter curet, fa- cta, num locum habeat?	519	Sallii (Roberti) in deregendis novis in America regionibus industria & fata.	73. sq. Sak-
Rhemensis Concilii gesta in causa Arnulphi.	165		
Rhetorica Aristotelis commendata.	255		

Salmastius notatus.	79	Scripturæ <i>S. dicta explicata.</i>	350
Salomonis Proverbia Machiavel- lo opposita.	352	<i>Speciatim</i>	
Saltatio ex morbo.	366	Gen. II, 16, 17.	218
Sancti demortui num visione Dei beatifica fruuntur?	9	27	219
Ex sanguinis sale fixo spiritus o- mnino acidus destillatus.	460	Exod. IV. 24 sq.	349
Sanguinis humani sal volatile qua proportione pblegmatis, spiritus & oleo e sanguine destillatis in- fit?	461	XX. 24. 25.	96. sq.
per venesectionem mit- tendi quantitas.	523	26	99
particula calorifica cujus natura?	527, 228	XXVII. 1.	96
Sanguis podagricorum plus alcali cominet quam sanorum.	526	Deuter, XXIV. 1. sq.	349
Gassafras lignum num acidum?	527.	I. Sam. XXIX. 6.	15
528		II. Sam. XII. 31.	252
Saturnalium tempore cusi nummi.	382	II, Paral. IV. 1.	96
Saturni Lunula plures detegenda.	452	Job. XLI, 20.	252
Saxonibus antiquis ignorata Feu- da.	442	Psal. XXIV. 2.	220
Saxonica historia anonymi,	150	CIV. 5.	220
Saxonicum Glossarium a Gerb. Meiero promissum.	151	CXVIII. 27.	99
Saxonum origo.	421	Ezech. XLIII. 15.	98
Scabies non rite tractata epilepsi- am parit.	193	Amos, VI, 13.	252
Scaliger (Josephus) notatus.	104	Matth. V. 32.	340
Scholasticæ Theologia origo.	516.	Job. XXI. 24.	406
sq.		A3. II. 37.	346
		XIII. 2.	148
		I. Cor. VII, 10. 11.	340
		XIII. 5.	480
		II. Cor. V. 1.	23
		Gal. IV, 8.	14
		VI, 17.	252
		Col. II. 15.	253
		II, Tim. II. 4.	23
		I. Petri III. 21.	346
		II. Petri III. 5.	220
		Hebr. I. 4.	350
		Apoc. IV. 10.	253
		Scriptores antiqui, Græci Latini- que, quop ordine legendi?	12

varii-

# INDEX RERUM.

593

<p><i>varii emendati.</i> 17. sq.</p> <p><i>homonymi.</i> 120. sq.</p> <p>Scripturæ S. V. T. versionum Græcarum historia. 77</p> <p>Scripturam Sacram explicandi diversificationes. 518</p> <p>Scylacis Periplus antiquitati sua restitutus. 59. sq.</p> <p>Secretio animalis novo modo explicata. 361</p> <p style="padding-left: 40px;">num fiat ope specficorum fermentorum? 524</p> <p>Septuaginta-Viralis V. T. versionis editiones varia. 75</p> <p style="padding-left: 40px;">historia. 77. sq.</p> <p>Sepulchra antiqua Romana &amp; Etrusca. 201</p> <p>Sermonis humani origo. 30</p> <p>Servi num a sacris Ordinibus exclusi? 3</p> <p>Serum, imprimis agrotorum, multum continet alcalici. 527</p> <p style="padding-left: 40px;">num cum oleo vitrioli effervescat? 527. sq.</p> <p style="padding-left: 40px;">febricitantium num semper inspidum? 52. sq.</p> <p>De Sharburn familia Historia. 446</p> <p>Sherlocki (Guilielmi) sententia de S. Trinitate a Trithesimo vindicata. 499. sq.</p> <p>Similaritas perfecta nusquam datur. 437</p> <p>Sinensis Regni præsens status. 375</p> <p style="padding-left: 40px;">sq.</p> <p style="padding-left: 40px;">forma monarchica. 377</p> <p style="padding-left: 40px;">nunquam mutata. 377</p>	<p style="padding-left: 40px;">tribunalia. 383. 385</p> <p>Sinensium Regum illimitata auctoritas, nec temere tamen usurpanda. 377. 380</p> <p style="padding-left: 40px;">cultus ad adorationem usque procedens. 378</p> <p style="padding-left: 40px;">severitas, jusque vita &amp; necis in subditos. 378</p> <p style="padding-left: 40px;">reditus. 379</p> <p style="padding-left: 40px;">liberrima Successoris electio. 379</p> <p style="padding-left: 40px;">in mortuos etiam potestas. 380</p> <p style="padding-left: 40px;">circa loquendi morem auctoritas. 380</p> <p style="padding-left: 40px;">actiones censura Man-darinorum obnoxia. 381</p> <p style="padding-left: 40px;">historiam infucata m- condendi ratio. 381. sq.</p> <p style="padding-left: 40px;">artes continendæ in officio Magistratibus inferioribus. 383. sq.</p> <p>Siphonis exemplo illustrata causa diluvii. 221</p> <p>A Sixto P. R. P. erectus in foro Vaticano Obeliscus. 213</p> <p>Societatis Medica instituenda consilium. 38. sq.</p> <p>Solidorum &amp; Superficierum rotatione Catenaria genitarum mensuratio. 321</p> <p>Solis cultus apud gentes Americanas. 72</p> <p style="padding-left: 40px;">natura. 4 3. sq.</p> <p style="padding-left: 40px;">facula. 454</p> <p>Souti (Roberti) de S. Trinitate sententia</p>
---	--

- sententia a Sabellianismo vindicata.* 497. sq.  
 Spanhemius ( *Fridericus* ) *Mercurii Helveti librorumque aliorum auctor.* 291  
 Spei, *virtutis Theologicae, ratio* 278. 282  
 Spelmanni ( *Henrici* ) *Vita.* 447  
 Spencersi *in Anglia duo, alter Johannes, alter Guilielmus.* 289  
 Spes *num in puro amore locum habeat?* 270. 279  
 Spiritus *num movere possint corpora?* 66  
 Spiritus *sanguinis humani destillatus quantum salis volatilis contineat?* 461  
 Statua *Veronice inepte formata currens.* 211  
 Statuum *S. R. Imperii jus pacem cum exteris ineundi quale?* 170  
 Stellarum *fixarum natura.* 454  
 S. Stephani *Protomartyris translatio Romana conficta.* 86  
 Sternutatio *quandoque ebrietatis imminentis signum.* 193  
 Stoupa *auctor libri: Religio Hollandorum.* 291  
 Sturmii ( *Jo. Christophori* ) *sententia de Natura illustrata.* 427. sq.  
 Substantia *omnis agit sine intermissione.* 432.  
 Substantiae *quae idea?* 505. sq.  
 Succini *sal num cum acido effervescat?* 560  
 Suetonii *locus de Deo Carmelo explicatus.* 934  
 Sulphuris *oleum per campanam in majori copia adipiscendi modus.* 222  
*elixir, in signe antifebrile & antipodagricum.* 526  
 Superficierum & *Solidorum rotatione Carenaria genitarum mensuratio.* 321  
 Symbolica *Ars.* 258  
 Symbolicarum *figurarum in docenda Historia universali usus.* 91. sq.  
 Symbolum *Athanasianum Athanasio recentius.* 130  
 Symptomatum *a morbo differentia.* 522  
 Tacitus *illustratus.* 22. 534  
 Tamarii *Martyrologium Hispanicum improbatum.* 88  
 Tarantula *morsorum symptomata.* 43  
*curatio.* 44. sq.  
 Tarantulae *descriptio.* 42. sqq.  
 Tarantulae *quomodo capiantur?* 43  
*propagentur?* 43  
 Tatianus *animam hominis corpoream statuit.* 555. 556.  
 Telluri *motus, locusque inser Planetas vindicatus.* 449  
 Telluris *Theoria Burnetiana jam olim inter Habesinos recepta.* 220  
*a Luna differentia.* 452  
 599.  
 450-

# INDEX RERUM

<p><i>a Sole distantia.</i> 453</p> <p>Templa in honorem <i>B. Mariae Virginis aut Sanctorum aliorum</i> num ante <i>Constantini M.</i> tempora fuerint <i>exstructa?</i> 132</p> <p>De Templi Hieros. <i>secundi ara</i> exteriore <i>Exercitationes.</i> 95. sq.</p> <p>Templi <i>Vaticani descriptio.</i> 204. sq.</p> <p>Templorum apud <i>veteres Christianos ornatus.</i> 58</p> <p>De Tentationibus <i>spiritualibus doctrina Mysticorum.</i> 272</p> <p>In Tentationibus <i>extremis constituta anima</i> num <i>fidei &amp; virtutum expert?</i> 272</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>num persuadere sibi possit, se a Deo damnatum iri, &amp; Deum tandem constantem amare?</i> 272. 279. 280. 284</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>quo sensu pars anima inferior a superiori dicatur separata?</i> 273. 280. 285</p> <p>Testamenti <i>Novi versio Gallica Ameloti sub censuram vocata.</i> 147</p> <p>Testamentorum <i>origo.</i> 445</p> <p>Testamentum num <i>per nuncium iudici offerri possit?</i> 520</p> <p>Tetrarchiae <i>Judaeae.</i> 322. sqq.</p> <p>Teutonicum <i>Glossarium a Job. Schiltero promissum.</i> 192</p> <p>Thalerorum seu <i>uncialium Sylloge.</i> 422. sqq.</p> <p>Thani qui <i>veteribus Saxonibus?</i> 443</p> <p>Theae <i>decoctum antihypochondriacum.</i></p>	<p><i>cum.</i> 194</p> <p>Theodeberti, <i>Austrasiae Regis, duonummi explicati.</i> 157</p> <p>Theodelindae <i>Longobardorum Reginae ejusque mariti Agilulfi baptismus.</i> 47</p> <p>Theologia <i>Mystica Cameracensis Archiepiscopi.</i> 268. sq.</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>qualem Cameracensis Praesul tradidit, impugnata.</i> 476. sqq.</p> <p>Theologiae <i>Judaicae veteris &amp; nova Synopsis.</i> 239.</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>Systema methodo Mathematica compositum.</i> 509</p> <p style="padding-left: 2em;"><i>scholastica origo.</i> 516. sq.</p> <p>Theologorum <i>in Belgio diffidia.</i> 28</p> <p>Theophili <i>Patriarchae Antiocheni scripta.</i> 554</p> <p>Theophrastus <i>emendatus.</i> 17. 18</p> <p>Thermarum <i>calor unde?</i> 361</p> <p>Thermometri <i>usus in re medica.</i> 523</p> <p>Tinensis <i>Episcopi studium pro pace inter dissentientes circa religionem concilianda.</i> 176</p> <p>Tonsura <i>Clericorum Graecis moribus recepta.</i> 5</p> <p>Traditionum <i>quae auctoritas?</i> 133. sq.</p> <p>Trajanus num <i>Gregorii M. precibus ex inferno fuerit liberatus?</i> 2</p> <p>Trajectoriarum <i>linearum tractatio.</i> 470. sq.</p> <p>Transformatio <i>quid apud Mysticos?</i></p>
---	--

- cos? 276.279  
 Trevirensis *Historia anonymi.* 150  
 Tridentini Concilii *doctrina.* 178  
 In S. Trinitate num *Roscelinus recte*  
*tres res statuerit?* 237  
 De S. Trinitate *dogma veteribus Ju-*  
*daei minime ignoratum.* 457  
*doctrina vindicta.* 469.  
*sq.*  
*controversia inter An-*  
*glos Sberlockum & Southum.* 497  
*non involvit contradi-*  
*tionem.* 501  
*doctrina antiquitas.* 501.  
 503  
 A Trithismo *vindicata Guilielmi*  
*Sberlocki de S. Trinitate doctrina*  
 499  
 Triumphus *pompa.* 251  
 Tschirnhausiana *Quadratrix vin-*  
*dicata.* 247  
 In Tussi *ravissima vesicatorii usus.* 46  
*usus bellidii.* 194  
 Typographiæ *inventio Argentora-*  
*rentibus vindicata.* 365  
 VAcuum *rejectionum.* 438  
 Valentinianorum *hereses.* 552  
 Valesius (*Henricus*) *emendatus.* 79  
 Vaticani *Templi descriptio.* 204. *sq.*  
 Venæsectio *in febribus ardentibus*  
*imprope prohibita.* 34  
*in gravidis etiam quan-*  
*doque instituenda.* 193  
*quomodo administran-*  
*da?* 523  
*dysentericis, tussi labo-*  
*rantibus & apoplecticis com-*  
*mendata.* 524  
 Venus *Mercurii in colicis Luna vi-*  
*cem præstat.* 452  
 Versionis *LXXviralium V. T. edi-*  
*tiones varia.* 75  
*historia*  
 77. *sq.*  
 Vertiginis *causa.* 524  
 Vescantium *in Medicina usus &*  
*abusus.* 45. *sq.*  
 Vestis *cultus apud Gentiles un-*  
*de?* 99  
 Vice-Cancellarii *munus in Cu-*  
*ria Romana.* 67  
 Victimam *num ligare fas fuerit?*  
 101  
 A S. Victore (*Hugo*) *Comitum*  
*Blanckenburgensium Familia*  
*vindicata.* 354  
 Vita *interior Mysticorum qua?*  
 268  
 Vieussens (*Raymundi*) *scriptura*  
*edita & edenda.* 459  
 Vis *agendi insita creaturis vind-*  
*cata.* 430. *sq.*  
 Unio *qualis inter Lutheranos,*  
*Reformatos & Pontificios lo-*  
*cum habeat?* 245  
 Vossius (*Jo. Gerhardus*) *emend-*  
*atus.* 59. 166. 363  
 Urinatores *cur a pressione aquæ*  
*Oceani nullum sentiant dolo-*  
*rem?* 223  
 Urbani VIII *R. P. magnificent-*  
*issimè exornandò B. Petri mar-*  
*soleo.*

# INDEX RERUM.

		597
<i>soles.</i>	210. <i>sq.</i>	109
<b>W</b> estphaliæ <i>judiciorum usus o-</i>	<i>lim &amp; abusus.</i>	110.
<b>Z</b> abii <i>a Magis diversi.</i>	108. 110	<i>sq.</i>
	Zabiorum <i>religio.</i>	
	De Zoroastre <i>memorabilia.</i>	

---

## ERRATA.

P. 19. l. 27. lege *Falsariorum*. P. 47. l. 24. pro *singulare* responde, lege *singula* respondere. P. 132. l. 17. pro *inersi* lege *inferis*. P. 280. l. 33. pro *artibus* lege *actibus*.















